INTRODUCTIO IN JUS PUBLICUM IMPERII...

Gabriel Schweder

INTRODUCTIO IN JUS PUBLICUM IMPERII ROMANO-GERMANICI NOVISSIMUM.

Solida ac genuina Illius fundamenta ex ipsis Fontibus, Legibus scil. fundamentalibus, Actisque Publicis Imperii & optimis, hujus imprimis ævi, Scriptoribus deprompta, convenientique methodo disposita, succinctè, perspicuè tamen & plenè, insertis quoque nobilioribus controversiis, interdum vel verbo definitis, exhibens.

Adornata &

Tertia hac Editione revisa, in plurimis locis correcta & aucta à

GABRIELE SCHWEDERO,
J.U.D. Cons. Würt. Placitorum Feudal. in Illustr. Eberhard. Prof. Publ.

TUBINGÆ,
Sumptibus PHILIBERTI BRUNNI, Bibliopol.
Typis MARTINI ROMMEI.

Anno M DC XCI.

SERENISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
CAROLO,
DUCI
WURTEMBERGIÆ & TECCIÆ,
COMITI
MONTISBELLIGARDIÆ,
DYNASTÆ
HEIDENHEMII &c. &c.
ADMINISTRATORI
&
TUTORI SUPR.
SACRÆ CÆS. MAJEST. GENERALI
CAMPI-MARESCHALLO ac
CHILIARCHÆ
PACIS BELLIQUE ARTIBUS
TERINCLYTO HEROI
MAGNANIMO
PIO, FELICI
CUJUS
VIRTUTES ET IMMORTALIA
MERITA
CÆSAR PROBAT.
PRINCIPES MIRANTUR.
SUBDITI VENERANTUR.
GENTES UNA PLURES
EXQUISITISSIMIS LAUDUM
TITULIS VEHUNT.

PRINCIPI ac DOMINO
MEO
CLEMENTISSIMO.

CUM

SINCERA APPRECATIONE FELICITATIS,

QUAM

EXACTA SECULA INVIDEANT,
NOSTRA TEMPORA OBSTUPESCANT,
VENTURA ÆTAS ADMIRETUR,

HANC INTRODUCTIONEM

in

JUS PUBLICUM
IMPERII ROM. GERMANICI
NOVISSIMUM

&

PERPETUA OBSEQUIA
MENTE DEVOTISSIMA

ac

HUMILLIMA
CONSECRO

GABRIEL SCHWEDERUS J. U. D.

SERENISSIMO

PRINCIPI ac DOMINO,

DOMINO

EBERHARDO LUDOVICO,

DUCI

WURTEMBERGIÆ & TECCIÆ,

COMITI

MONTIS-BELGARUM

DYNASTÆ

HEIDENHEMII &c.

PRINCIPI

IN SPEM & GAUDIUM PATRIÆ ADOLESCENTI

QVI VERE

CÆSARIS, REGUM, MAGNORUMQUE PRINCIPUM DELICIUM,

AVGVSTÆ DOMVS MVNIMENTVM,

CARVM BEATISSIMI PATRIS PIGNVS DEPOSITVM,

INGENS SERENISSIMÆ MATRIS SOLATIVM,

SPES & AMOR POPVLI.

QVEM

MAIORVM FORTITVDINEM.

AVORVM PROBITATEM & PRVDENTIAM

GENITORIS CLEMENTIAM,

MAXIMASQVE VIRTVTES CÆTERAS,
ORBI RESTITVTVRVM,
INQVE IMAGINE NVLLIBI FALSVRA DENVO REPRÆSENTATVRVM
OMNES INDVBITATO SPERANT,
EAQVE SPE
SVMMA ac PROSPERA QVÆQVE SIBI CERTO POLLICENTVR,
EXSPECTANT.

PRINCIPI ac DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

CVM VOTO
VT
INGENTI EXPECTATIONI CRESCAT,
SVOQVE TEMPORE ILLVSTRE SERENISSIMÆ FAMILIÆ INCREMENTVM,
REIPVBLICÆ PRÆSIDIVM
SESE SISTAT & LONGVM SVPERSIT,
EXIGVA HAC CHARTA HVMILLIMA ADDICO OBSEQVIA.

GABRIEL SCHWEDERUS, J. U. D.

PRÆFATIO NOVA

Ad

LECTOREM.

DEcennium est, ex quo hanc meam Introductionem in Jus Publicum Imperii Romano-Germanici novissimum in usus privatos saltem collectam, aliorum suasu ac hortatu, in gratiam Tyronum hujus Juris primâ vice typis exscribi ac imprimi ægrè permisi. Quod autem de Eâdem fama ac meritis undique gravissimi, Celeberrimi Authores Actorum Eruditorum Lipsiensium Calendis Augusti anno 1682. publicatorum ominabantur, scribentes: *Quod in fronte hujus libelli promittit doctissimus*

simus Auctor, id per integrum bonâ fide & laudabili conatu, nec apta minus methodo, ac sincerâ brevitate præstat. Neque enim ex Iustiniani Iuribus, (quæ nonnullorum vetus illud Romanorum cum Imperio nostro confundentium ἀπαιδευσία est) Statum Germaniæ metitur, sed ex genuinis ac limpidissimis Legum Germanicarum & Actorum Publicorum fontibus, suas derivavit doctrinas. Hac autem procedit via, ut toto Opusculo in Generalem & Specialem partes diviso, illa, præmissis Iuris Publici definitione ac fine, Leges totius Imperii fundamentales latius paulò & historice explanet, mox ortum ejus, progressum, mutationes, incrementa & decrementa, quæ subindè avulsis hinc inde Provinciis passum est, formam deinde ac divisionem hodiernam, ex B. Conringii potissimum scriptis, succinctè pariter & accuratè ostendat: hæc vero in duas iterum sectiones scissa, prima de Imperatore & Rege Romanorum, quæque de Electione ejus dicenda sunt, deinde etiam de Iuribus ejusdem cùm Reservatis, tùm partim Electoribus solis, partim omnibus Imperii Statibus communicatis agat: altera vero Statuum Iura singula singulis

gulis ac distinctis capitibus exequatur. Inspergantur passim ex probatissimis ac novissimis Publici Iuris Scriptoribus controversiæ insigniores, ut dubium plane nullum appareat, quin hic exiguus mole libellus, si non omnium, plurium certè Eruditorum puncta laturus sit; Id postmodum magna exparte evenisse comperi, benevolo enim animo illa Introductio mea à pluribus, Viris etiam Doctis & Famigeratissimis, qui illam lectione sua dignati, & Studiosæ Inventuti Academicæ Juris hujus Studium feliciter auspicaturæ passim præ aliis commendarunt, suscepta fuit, & quia sic assidua Studiosorum manu eam versari contigit, factum sanè est, ut distractis mox intra quadriennium Exemplaribus omnibus, secundam Editionem anno 1685. impensis suis adornarit Illustris nostræ Eberhardinæ Civis & Bibliopola, Philibertus Brunnius, in qua Errores aliquot, qui in priorem irrepserant editionem, correcti & sublati, ac hinc inde quædam adjecta sunt, imprimis verò Part. Spec. Sect. 2. cap. 17. articulus de Judice competente Personarum Illustrium in cau-

 sis

ſis civilibus, criminalibus & matrimonialibus, qui in priori vix digito tangebatur, aliquanto latius diſcuſſus eſt; Animus erat, tertiam hanc Editionem, quæ, niſi præſens ex vicino bello periculum inhibuiſſet, ob exemplarium penuriam ante annum jam prodiiſſet, in tantum augere, ut tractatus juſtum in quarto volumen conficeret, ſed interceſſit huic propoſito laudatus Bibliopola, petens, ut in priori forma Studioſis perquam gratâ & commodâ rurſus prodire permitterem, cujus deſiderio ac voto non potui non aſſurgere, interim id omni ſtudio egi, ut limatior prodiret, hinc non modò plures ſuſtuli errores, quos in ſecundò iteratam Editionem denuò irrepſiſſe deprehendi, ſed & interea immutata notavi, & omnia præſenti rerum ſtatui accommodavi, ubique noviſſimam Auguſtiſſimi Regis Romanorum Joſephi Capitulationem ſimul allegavi, nonnunquam & novam pro ſtabilienda ſententia mea rationem adduxi, alicubi Authorem Diſſentientium rationes refellentem addidi, ab aliis, & imprimis

mis à Celeberrimo Dn. Nicol. Christophoro Lynckero, Consiliario Saxonico-Vinariensi Intimo, & Primario in Academia Jenensi Juris Professore meritissimo, *in editis Analectis ad hanc meam Introductionem*, benè monita grata mente exosculatus emendavi, in cæteris inemendata relictis, uti Virum Amplissimum ac Eruditionis fama Inclutum à me dissentire æquo omninò patior animo, ita & ipsum mihi, quod in iis sententiæ meæ immotus inhæream, nec opinioni Illius subscribam, pro innata sua humanitate benigne condonaturum spero. Enimverò maxima dissensûs nostri causa oritur exinde, quod diversa teneamus principia in quæstione de Statu Imperii nostri, indicantibus id quoque supra Laudatis Auctoribus Actorum Erud. Lips. mense Augusto an. 1689. edit. pag. 422. cum scribunt: Nam *idquidem persuasum habemus, eandem in se libertatem relicturum* Lynckerum *aliis, qua in Schwvvederum usus ipse est, neque nobis succensere posse, si, quod in Schwvvedero ipse reprehendit (Imperium np. hodiernum*

Rom Germanicum à veteri Romano sollicite distinctum) idem viderit præcipuum quondam fuisse, quod in Schwederi instituto laudandum nos quidē existimavimus, in Actis A. 1681 p. 255. cæterum uti ex Analectis Analecta dare incongruum, quodq́ue liber ipse brevi tempore perlustrari à quovis possit, supervacaneum ducimus; ita quantum circa Capitalem in hac doctrina quæstionem, à Schwedero non solum, sed plerisque Scriptoribus aliis, Lynckerus dissentiat, operæ pretium fuerit obiter indicasse. Subscripserat np. Schwederus, cùm de forma Reipubl dicendum esset, sententiæ in Scholis magno consensu receptæ, neque Cæsareæ hactenus Aulæ vel Imperii Principibus Statibusq́ue, quod constet, improbatæ: divisam in Imperio Majestatem sic esse, ut quædam ejus jura soli Cæsari, alia Cæsari & Electoribus, aliisque Principibus Statibusque conjunctim, vindicentur, mixtamque adeò esse Regiminis ex Monarchia & Aristocratia formam. Contra Lynckerus, resuscitata Reinckingii opinione, quam & ab Henr. Henninges non ita pridem justo propugnatam opere meminimus, Statum Imp. Rom. Germanici monarchicum esse

cen-

censet, ita ut plena Majestas, ejusque exercitium sit penes Cæsarem, Ordines a. Imperii in juribus certis exercendis non tq. concausa vel causa socia, sed solum tq. conditio sine qua non, concurrant. Atque huic hypothesi velut fundamentali passim eum inservire videas. Hinc enim Majestatem integram Cæsari per electionem conferri, neque per Capitulationem imminui contendit, quippe qua officium tantùm Imperatoris describatur, modusque exercendæ potestatis determinetur: quod ita tamen accipi cupit, ut actum contra Capitulationem susceptum nullum fateatur, non quidem quod à principio impotenti procedat, sed quod moraliter agens vi antecedaneæ voluntatis, actui a se processuro nullitatem inducere possit. Negat Cæsarem rectè dici in consortium Majestatis Status Imp. recepisse: consortium enim hoc esse tantùm quoad modum exercendi, ne quidem quoad exercitium ipsum. Rejicit Lampadii aliorumque sententiam soli quidem Cæsari partem Majestatis, quæ in jure reddendo versatur, non soli vero eam, quæ in jure constituendo consistit, tribuentium: Legislatoriam enim potestatem Cæsaris esse statuit, ita, ut

Ca-

Comitialium etiam Decretorum causam efficientem solus Cæsar constituat, Statibus locum conditionis sine qua non habentibus: & comitialem quidem inter Cæsarem & Status conventionem materiam legislationi præbere, eamq; antecedere non diffitetur, ipsam verò legislationem quoad formam suam, totam & solius esse Cæsaris contendit. In Instrumento etiam Pacis Osnabr. art. 8. potestatem Legislatoriam Statibus nequaquam tribui docet, sed iis tantùm de requirendo eorum Consilio & consensu prospici. Denique quando Status fidem suam Cæsari & S. Imperio obstringunt, negat Imperii nomine Ordines accipiendos esse, sed integritatem & salutem universi intelligendam ait, cui fidem Vasallus debeat. Uti verò non potui hucusque à me impetrare, ut Statum Imperii pure Monarchicum esse crediderim, ipsa rei evidentiâ aliud planè, & satis, ut puto, quidem clare ostendente, firmissimèq; adhuc persuasus sum, eundem rectius ex Monarchia & Aristocratiâ mixtum statui; ita nec, quæ ex illo principio de Statu Imp. nostri Monarchico fluunt ac deducuntur approbare valeo, sed quoad ea, quæ ex altero

ro principio formam Reip. noſtræ mixtā ſtatuente hinc inde deduxi, in priſtina perſiſto ſententia Pace Viri Nobiliſſimi, cujus inſignia merita de cætero in Rempublicam & rem literariam ſummè veneror; Lectori Candido & benevolo autem liberum relinquo arbitrium probabiliorem ſibi viſam pro lubitu amplexandi ſententiam, haud enim adeo ſum tumidus, ut cuiquam imponere audeam neceſſitatem ſectandi præciſe opinionem meam, ſicuti nec ego unquam mihi imponi paſſus ſum in alterius jurare ſententiam. Vale Lector Honoratiſſime ac Inſtituto fave.

Priorum Editionum

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

QUi ſe Juriſperitos profiteri ſatagunt, non minus Juris Publici, quam Privati doctos eſſe oportere, exemplo Q. Ælii Tuberonis, quem laudat Pomponius JCtus in *l. 2. §. 46. de Orig. Jur.* ac Tiberii Ariſtonis, inter cujus decora id memorat Plinius Junior *lib. 1. Epiſt. 22.* omninò perſuaſus ſemper fui; Cum enim Juſtinianus Juris Prudentiæ ambitum non Privato ſolùm, ſed Publico etiam Jure terminarit, dum poſitionem ei non minus hoc, quam illud aſſeruit, neutiquam integram Juris Prudentiam, tenui meo voto, vel docuiſſe vel didiciſſe eos autumno, qui ſolo Jure Privato contenti Publicum neglexerunt. Qui verò Juris Publici Studium à Scholarum Periſtyliis planè ablegant, & ad Celſas Principum Aulas unicè protrahere nituntur

tuntur, Juris Prudentiam in Scholis addiscendam mancam, mutilamque reddentes, non ipsimet tantùm in clarissimis hallucinantur, inque planissimis impingunt, sed aliis quoque noctem & caliginem inducere satagunt. Ridicula sanè, me judice, & cum summo Principum damno atque incommodo conjuncta res foret, cum agendum, cum de rebus publicis consultandum, & pro communi utilitate consilia danda, tunc Juris Publici capita investigare, exquirere. Academiæ eum in finem sunt institutæ, ut ibi, quæ in Principum Aulis & Curiis usui futura, condiscantur, sicque exinde in Rempubl. Viri ad gubernacula apti educantur, injuriosum proinde, Jus Publicum, sine quo vix quisquam ad illa aptus, Cathedrâ Academicâ planè eliminare velle. Et eam ob rem nihil illorum moratus conatus, fidum pro cœpti Juris stadio felicius emetiendo consilium à me expetentibus author semper fui, ut si rebus, Studiisque suis quam optimè consulere vellent, juxtà privati, Publici quoque Juris Principia ac fundamenta prensarent; rogatus etiam ipsemet aliquoties tàm hujus, quàm illius solida ac genuina fundamenta iis privatim proposui. Qua fini inter alia etiam hæc Juris Publici Imperii nostri Præcepta ex ipsis fontibus, Legibus scilic. fundamentalibus, Actisque Publicis Imperii, & optimis ac noviori-

 ribus

ribus Juris Publici Scriptoribus in usum meum privatum collegi, inque eum, quem Index Capitum monstrat, ordinem redegi. Etsi verò ea colligenti mihi nihil in mentem veniret minus, quàm publicæ illa aliquando exponere luci, tamen cum non tantùm Auditores mei, aliique Studiosi eadem avidè expeterent, sed & Bibliopola, qui de illis fortè audiverat, sumptus offerens instanter urgeret, & porro Viri mihi ad aras usque colendi, ut permitterem ea commodo publico prælo subjici, suaderent, tandem adduci me passus sum, ut illa sub titulo *Introductionis in Jus Publicum Imperii Romano-Germanici novissimum, solida ac genuina illius fundamenta exhibentis*, typis exscribi curarim. Quod autem Titulus hic libri promittit, paginas sequentes reapse & bona fide exsolvere, oppidò deprehendet, qui eas relegere dignatus fuerit. Comperiet scil. eas prima & generalia Juris-Publici Imperii nostri Principia & fundamenta, non ex turbidis lacunis, sed ex limpidissimis fontibus hausta, exhibere, meque in iis ab his, quæ in aliis aliorum hujus generis scriptis notari solent, sedulò cavisse, &, ut vulgares errores ab aliis passim admissos, frequentes aliis veteris Romanæ, & Romano-Germanicæ Reipubl. confusiones, aliosque non ferendos nævos evitarem ac effugerem, manibus pedibusque laborasse, (nullum tamen plane

plane etiam à me commissum esse errorem neutiquam asseveraverim, hominem enim me esse scio, & licet Tertia hac editione, aliquot, qui in Secunda editione inopinato irrepserunt, & inter alias curas relegenti primo intuitu obvenerunt, errores jam sustulerim, superesse tamen alios etiamnum, non dubito, quod si verò de iis amicè monitus fuero, non tantùm spontè concedam, sed dictis quoque vel hoc ipso authoritatem detractam cupio,) brevitati in omnibus studuisse, sed tali, quæ nec in necessariis deficiat, nec sensui quicquam in rebus intelligendis officiat, cum is ubique planus & perspicuus, si parenthesin (quæ semper aliquod notabile includit) præcedentibus & eandem sequentibus attendas. Studium partium & assentationem à me quoque longius abesse, ex verbis nil nisi candorem & veritatis studium spirantibus cuique facilè constabit. Accipe igitur, Lector Amice, quæcunque hic in usum, commodumque tuum produco, & mihi conatibusque meis qualibuscunque favens diutissimè Vale.

INDEX CAPITUM.

PARTIS GENERALIS.

V. Divisiones Imperii (1.) in decem Circulos, Zehen Crayse; *(2.) Caput & Membra,* Haupt und Glieder/ *exhibet, partesque tractationis duas constituit.*

PARTIS SPECIALIS

SECTION. I.

CAPUT

I. De Imperatore in genere agit, præcipuos ejusdem titulos, insignia, &c. exhibens.

II. De ejusdem Constitutione per Electionem Ordinariam, quam in actum Electionis antecedentibus, concomitantibus, & consequentibus considerat.

III. De Electione Regis Romanorum Extraordinaria.

IV. De Imperatoris per Electionem constituti Potestate, ex singulorum Iurium Majestatis consideratione investiganda; ubi definitio, tàm nominalis, quàm realis, item divisiones præcipuæ Regalium proponuntur, factâque ad institutum accommodatione, diversa eorum genera recensentur.

V. Incipit explicare Reservata Imperatoris, initio facto à Iure Sacrorum, & in specie

Iure Primariarum Precum, dem Recht Panißbrieff/ oder Layen-Pfründe zu vergeben/ *ipsi ex eo reliquo*; *cui subjicitur Ius feriarum Imperialium*, *seu ferias generales per Imperium constituendi*, *& Calendarium mutandi vel reformandi*.

VI. *Subjicit Ius circa Academias*, das Recht *Academien* und Hohe-Schulen zu bestätigen/ und mit behörigen Freyheiten zu begnädigen.

VII. *Ius conferendi Dignitates seu creandi Reges Archi-Duces*, *Duces*, *Principes*, *Equites*, *Comites Palatinos*, *&c.* Das Recht Könige/ Fürsten/ Graffen/ Freyherren/ rc. zu *creiren* und zuernennen.

VIII *Ius circa Officia Imperii*, die Macht Reichs-Obrigkeiten und Beambte zu ordnen.

IX *Ius investiendi Status Imperii*, das Regal Zepter- oder Fahn-Lehen zu verleyhen/ *& Ius cognoscendi de Feudis Regalibus*, Erkantniß und Außspruch in Strittigkeiten deß Reichs Fahn- oder Scepter-Lehen betreffende.

X. *Ius*

bohrne ehrlich zu machen / *& jus absolvendi à juramento quoad effectum agendi*, einem seine gegebene Urphede gegen den Herren / so ihn verurphedet hat / relaxiren / damit er sich gegen selbigen rechtens gebrauchen möge.

XVII. *Ius concedendi literas moratorias universales*, Quinquennel oder Austands-Brieff außzugeben / *& jus concedendi nundinas solennes*, Messen und allgemeine Märckt zu verstatten und zu *privilegi*ren.

XVIII. *Ius dandæ civitatis*, eine Stadt auffzurichten / Stadt-Recht zu schencken / *Ius Postarum generalium*, das Post-Regal / durchgängige *general* Reichs-Posten zu bestellen.

XIX. *Ius proponendi in Comitiis Imperii*, das Recht auff allgemeinen Reichs-Tägen zu *propon*iren.

XX. *Explicat jura inter Imperatorem & Electores communicata, in quibus unanimis horum Consensus requiritur, scil. jus concedendi, augendi vectigalia*, Zölle auffzurichten und zu erhöhen oder *prorog*iren / *jus Stapularum*, freye Niderlage und

ge und Staffel- oder Gran-Gerechtigkeit zu verleyhen.

XXI. *Incipit declarare jura inter Imperatorem & Electores communicata, in quibus majoris partis Collegii Electoralis consensus sufficit, facto initio à jure declarandi in bannum Imperii Statum vel aliud Membrum Imperii*, die Stände deß Reichs und andere dessen Glieder in die Acht zu erklären.

XXII. *Subjicit jus concedendi regale monetæ*, das Müntz-Recht zu verleyhen.

XXIII. *Ius alienandi & oppignorandi res Imperii*, die Reichs-Güter zu verändern/ verpfänden/ versetzen/ rc. *Ius conferendi feuda Imperio aperta*, die dem Reich eröffnete und ledig heimgefallene Lehen wieder zu verleyhen.

XXIV. *Explicat jus ab Imperatore cum Electorum consensu per literas & Legationem requirendo exercendum, jus scil. indicendi Comitia Imperii*, allgemeine Reichs-Täge außzuschreiben.

XXV. *Initium facit in explicandis juribus Comitiorum, seu quæ præter Cæsaris & Electorum, omnium Statuum requirunt*

consensum, & quidem à jure Legum ferendarum, & abrogandarum, dem Recht allgemeine Gesetz und Ordnungen zu verfaßen / zu erklären / zu mehren / zu mindern oder gar auffzuheben. *Cui subjicitur jus ponderis & mensuræ universalis*, durchgängige / gemessene Ehlen / Maaß und Gewicht zu setzen / *jus corrigendi defectus monetæ, jus recipiendi quempiam in Statum Imper. jus suspendendi excludendique Statum Imper. à voto & sessione in Comitiis, transponendi Summa Imper. Judicia.*

XXVI. *Jus belli*, Kriegs-Gewalt / *jus delectus & hospitationis*, Soldaten zu werben und einzuquartieren / *jus imponendi collectas*, das Recht Tribut und Geschoß / Anlagen / Steuren auff Geld / Güter / Köpffe / 2c. zu setzen.

XXVII. *Jus Pacis nomine Imperii pangendæ*, Friedens-Gewalt / *jus fœderum*, das Recht in Bündniß sich einzulassen.

XXVIII. *Jus mittendorum & recipiendorum Legatorum*, Gesandten zu schicken und auffzunehmen.

XXIX *Jus munimenta nomine Imperii intra*

Sta-

Statuum ditiones extruendi, das Recht Vöstungen zu bauen/ *extructis Præsidia imponendi*, mit einer Guarnison zu belegen oder zu besetzen.

XXX. *Ipsa Comitia Imperii universalia*, allgemeine Reichs-Täge/ *describit.*

XXXI. *Particularia subjicit.*

XXXII. *Modus, quibus potestas Imperatoris in singulis hactenus explicatis juribus Majestatis spectata exspiret, proponit.*

XXXIII. *De Vicariis, seu Imperii Capite carentis, vel vacantis Provisoribus agit.*

PARTIS SPECIALIS

SECTION. II.

CAPUT

I. DE *Statibus Imperii*, Ständen deß Reichs/ *in genere agit.*

II. *De Electoribus*, Chur-Fürsten/ *in genere, eorum origine & Juribus singularibus, quibus præ cæteris Statibus gaudent.*

III. *De duplici eorum ordine, & cujusque propriis juribus, ubi & de secularium Electorum Successione atque Tutela agitur.*

IV. *De singulis Electoribus Ecclesiasticis.*

V. *De Singulis Electoribus Secularibus.*

VI. De

außgehen und anschlagen zulassen / Gebott und Verbott anzulegen / *dandi Rescripta*, Rescripten zu ertheilen / *certa pondera, mensuras, atque ulnas constituendi*, Gewicht / Maß / Eich und Ellen zu ordnen / *Magistratus ordinandi & ex causa exauthorandi*, Obrigkeiten und Beampten zu verordnen / und zu bestellen / oder abzusetzen; *Tribunalia justitiæ erigendi*, Cantzleyen / Hof- und Land-Gerichte anzuordnen / *Omnimoda Idictio*, die Höchste Gerichtbarkeit in Pein und bürgerlichen Sachen; *Jus Archivi*, das Recht *Archiv* und Brieff-Cammern auffzurichten / und den brieflichen Uhrkunden völligen Glauben zu erwecken / *Ius indicendi Comitia Provincialia*, Landtäg anzustellen und außzuschreiben / *Visitationes Provinciales instituendi*, Land-*Visitationes* anzustellen.

XIV. II. *Exhibet Gratiosa, quo pertinent jus concedendi Privilegia*, allerhand *Privilegien* zu ertheilen / *Ius dispensandi*; *Asyla constituendi*, *Asyla* und Oerter / dahin die Ubelthäter sich *salviren* können / zu verordnen / *fama restituendi*, den Missethätern

tern den ehrlichen Namen wieder zu⸗geben/ *legitimandi, veniam ætatis concedendi; dandi inducias moratorias, concedendi repreßalias*, rechtliche Hemmungen; *instituendi nundinas*, Jahrmärckte anzustellen; *conducendi per vias publicas*, gleitliche Obrigkeit auff freyer Kayserl. Reichs⸗ und Landstrassen/ *jus indagandi, persequendi securitatis publicæ infestatores*, das Streiffen/ *jus approbandi Collegia*, Zunfft und Gülden zu⸗bestätigen/ *jus recipiendi Judæos*.

XV. *III. Utilia quo spectant jus indicendi collectas*, von den Unterthanen Schoß/ allerhand Schatzungen/ Steuer/ ꝛc. zu fordern/ *jus detractionis*, Abzug/ Nachsteur/ *jus percipiendi vectigalia*, Zoll einzuheben/ *jus cudendæ monetæ*, Müntz⸗Regal allerhand Müntz⸗Sorten unter ihrem Bildniß und Titul zu prägen; *Ius Angariarum & parangariarum*, den Herren mit Wagen/ Pferden/ Schiffen/ ꝛc. im Nothfall dienen/ *jus Postarum & cursus Publici*; *jus fluminum publicorum*, Fisch⸗ Flöß⸗ Schiff⸗ Mühlen/ Bau⸗ Insel⸗ Strand⸗ und andere

Gerech-

XVIII.

CUM

CUM DEO.

PARTIS GENERALIS

CAPUT I.

Definitionem, Finem, Objectum, Media & Principia Iuris Publici, tàm communia, quàm propria, exhibens.

CUm omnis, quæ à ratione ſuſcipitur, de re aliqua inſtitutio à definitione proficiſci debeat, ut inquit *Cicero 1. offic.* quo intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur, moniti hujus memores à definitione tractationem noſtram quoque exordiemur; Notandum autem quod Jus Publicum dupliciter potiſſimum accipiatur: *Materialiter* ſcil. & *Formaliter. Materialiter* acceptum denotat ipſum Jus à Majeſtate de negotiis publicis ad publicam utilitatem conſtitutum, ſicque deſcribi poteſt, quod ſit *complexus ſ. congeries LL. ac conſtitutionum directò ac principaliter ad ſtatum Reipubl. ejusq; gubernationem & conſervationem ſpectantium. Dn. Eric. Maurit. de Princip. Jur. Publ. German. c. 2. num. 1. 2.*

Formaliter, Systematicè seu habitualiter sumitur pro arte, Jura illa, quibus cujusque Reipubl. status tanquam fulcris suis innititur, actionibus sive negotiis statum Reipub. spectantibus dextrè applicandi; quæ *Juris Publici Prudentia* speciatim dicitur, & ita quidem rectiùs, quam Jurisprudentia Publica, ac describitur, quod sit *habitus practicus sive prudentia Civilis, Jus, statum, gubernationem & conservationem Reip. in individuo, sive in hoc vel in illo subjecto, immediatè, directò & principaliter concernens, obvenientibus actionibus moralibus & civilibus publicis commodè applicandi, ut inde bonum Reip. eveniat.*

2. Dicimus: *Habitum practicum*, Non enim nobilissima hæc disciplina in nudá cognitione subsistit, sed Juris cogniti accommodationem ad obvenientes actiones intendit. Etenim non quid circa publica sit constitutum inquirimus, ut historicè saltem sciamus, sed ut ex eo nobis caveamus, illudque ad facta obvenientia applicemus, sicque legibus, non tàm utamur pro objecto, quàm principiis, ex quibus de casibus obvenientibus, prævio semper accuratissimo, tùm facti secundum minimas illius affectiones & circumstantias, tum ipsarum LL. quibus in præsentiarum uti tutius sit, examine, judicemus. Speciali autem nomine hic habitus dicitur *Prudentia Civilis.*

3. Dicimus 2. esse *Prudentiam Civil. Jus Statum Reipublic. in individuo, immediatè concer-*

cernens, actionibus eò pertinentibus applicandi, eoque distinguimus *Jus Publicum* I. à *Politica*. Hæc enim Rempublic. abstractè, hoc est, à suo subjecto præcisam considerat, quid & quotuplex sit in genere & specie ostendens: Alii sic efferunt: Politica & Jus Publicum *materialiter* conveniunt, *formaliter* discrepant, Politica format Rempublic. genericam ejusdem specificamque formam exhibens, quidque eandem conservet vel corrumpat generaliter docet. Jus Publicum à Politica sic formatam Rempublic. magis velut efformat, huic vel illi supposito, pro genio ejus, formam legibus publicis determinatam inducens, observatis individui circumstantiis, ut conservetur in toto & partibus. Addunt differre porrò Politicam & Jus publ. 2. *Fine*, hunc enim in Jure publ. esse Justitiam, in Politicis vero utilitatem. 3. *Medio*, Jus public. enim considerare leges conditas, & ad statum publicum directas. Politicam autem versari circa LL. condendas, & ad statum publicum saltem dirigendas. vid. Dn. Maurit. *de princip. Jur. Publ. Germ. c. 2. n. 41.* 4. *Respectu modi & effectus operandi*, Jus public. enim habere vim coactivam refractarios cogendi & compellendi, at non Politicam, qua talem. vid. *Bechman. ad Aur. B. Ex. 1. ad Proëm. n. 24.*

4. II. *A Jure Privato*. Jus public. enim directò & principaliter salutem Reipubl. intendit, actiones morales publicas immediatè eò di-

 rigens,

rigens. Jus privatum verò pro objecto habet negotia & res privatorum, horumque commodum & salutem principaliter intendit, quamvis consequenter in eodem cum Jure publico subsistat scopo.

5. Notamus hic simul quoque III. Differentiam inter *Jus publicum & Rationem status*, quam non accipimus 1. Pro arcano aliquo Reipubl. nec 2. pro lege aliqua statui Reipubl. utili, sive ea bona sit, sive mala, nec 3. pro utilitate & commodo dominantis, nullo facto discrimine, sive justam sive iniquam dominii sui ille habeat causam, prout Machiavellistæ rationem status capiunt, sed 4. pro cynosura consiliorum & actionum ad præsentem Reipubl. statum administrandum observandâ, ut eò felicius finis Reip., qui est civium salus, obtineatur; quæ *Italis*, *ragione di dominio*, *di signoria*, *di regno*, *d' imperio*, & omnium elegantissimè *ragionamento di stato*; *Gallis* curiosis omnium æmulis *La raison d' estat* dicta, hinc à recentioribus Politicis latinitate donata. & *Ratio status* appellata, quanquam apud Criticos & qui elegantiæ latini sermonis præ cæteris student, *Ratio status* sine veniæ præfatione vix unquam reperiatur. Differentia autem inter illa hæc est, quod Jus public. respiciat hujus vel illius Reip. sive individui generalia, tam in corpore integro, quam ejus partibus. Ratio status verò progredia-

grediatur magis ad ſingularia, præſentesque Reip. circumſtantias, ubique & ſemper curioſa, quid hic vel illic Reip. prodeſſe, aut nocere poſſit. Illud firmius duret, hæc magis variet. Eſtque Ratio ſtatus 1. alia generalis, alia ſpecialis, 2. alia regiminis introducendi, alia ejus in priſtino vigore conſervandi. 3. vel intrinſeca, quæ in ſuam maximè Remp. & extrinſeca, quæ ad vicinos & exteros ſagaces oculos vertit.

6. Nec poſſumus ſilentio involvere IV. differentiam inter *notitiam Juris publici & univerſi Status cognitionem.* Differunt hæc ut pars & totum. Notitia Juris publici pars ſaltèm cognitionis illius univerſi ſtatus eſt. Unde nec Jus publicum ignorare poterit, qui cognitionem omnium, quæ ad integram Reipubl. alicujus notitiam pertinent, habet. Contra verò qui Jurium publicorum notitiam habet, non illicò conditionem omnis ſtatus ſcire poteſt.

7. Sicut autem non una, ſed plurimæ hodie civitates, quæ ſingulæ ſuas habent formas ſive Respubl. ita Jus publ. quoque non eſt unum, ſed ſuum cuique Reip. peculiare ac proprium. *Dn. Maurit. d. l. n. 3. ſeqq.* Vitriar. *Inſt. Jur. publ. in Procem. n. 6 ſeqq.* Obvia nobis eſt Respublic. Rom. Germanica, hinc & quod in ea obtinet, Jus publicum tractationis noſtræ argumentum erit.

8. Studium hoc Juris publ. longè utilissimum ac jucundissimum diu à Germanis nostris neglectum, & quasi pro derelicto habitum, cujus rei præcipuæ rationes fuerunt. 1. Civilium rerum non æquè ac aliorum studiorum exculta scientia. 2. Quod notitia Juris ac Status publici imperantibus propria, adeoque ipsis relinquenda, crederetur, ad privatos verò studium hoc minimè pertinere vana hæresi existimaretur. 3. Quod imperitiâ elegantioris literaturæ Germania nostra laborarit. 4. Quod Genesi literarum in terris nostris Teutonicis exortâ maxima doctiorum JCtorum pars ad panem lucrandum & molam farinariam exstruendam potissimum facientia (jura privata) magis curarit. Occasionem autem diligentius in cognitionem Status Jurisque publ. inquirendi pòst dedit Pontificum Rom. Tyrannis, quam nefando ausu in Impp. nostros atque Imperium exercuerunt. Etenim cum à temporibus Gregorii VII. ex arce Tarpejâ hæ prodirent regulæ: *Papam esse Imperatorum Imperatorem, Regum Regem, ac Dominum Dominantium; Papam habere Jus constituendi & deponendi Impp.* & quæ sunt alia ejus generis Christianæ Politicæ monstra, JCti nostri Germani in Jura Imperii inquirere, calamosque suos adversus Italos Papam adorantes, ac fictitia ipsius Jura defendentes stringere cœperunt, id quod præser-

tim Ludovici Bavari ævo (ſeculo XIV.) factum. In illum enim propter aſſerta Imperii Jura adeô exarſerunt, Johannes XXII. Benedictus XII. & Clemens VI. Papæ, ut unus poſt alterum excommunicationis fulmine in eum detonaret. Sed egregios Ludovicus ex ordine Minorum invenit defenſores, Marſilium ſcil. Patavinum, Johannem de Janduno, Andream Laudenſem, Guilhelmum Occamum, quem, Aventino teſte, Ludovico dixiſſe ferunt: *Tu nos pugnis, enſe, ferro, armis à ſervitute aſſere, nos te linguâ, calamo, literis, ſtylo, libris, verbis vindicabimus.* Commovit ſe ergo maximè in Germania hoc Juris publici ſtudium hiſce temporibus, adverſus Italicas depravationes, temporis ſucceſſu magis magisque excultum.

9. Cum verò ſint, qui ſtudium Juris Publ. ſtudioſis in Scholis ac Academiis adhuc verſantibus è manibus eripere conantur, & in aulis Principum demum uſu & experientia addiſcendum eſſe arbitrantur non immeritò hic in veſtibulo quærimus, *an non integrum, ſimulque conſultius ſit, Jus Publ. in Academiis addiſcere & tractare?* Et integrum nobis eſſe in Academiis Jus Publ. tractare, dubitandum minimè. Quanquam enim diſſentientes, periculoſum eſſe, judicio multorum committere ea, quæ ad aulas ſolùm, Principumque ſecreta conſilia, unicè pertinent, objiciant,

 hinc-

hincque argumententur: *Quodcunque Principum & Rerumpubl. arcana in publicum trahit, & cum extremo illorum, quorum interest, incommodo, multorum Judicio committit, illud in Academiis non est tractandum. Atqui Jus public.* &c. E. Nec parùm 2. eorum opinionem juvare videatur *l. 3. C. de Crim. sacril.* ubi de principali iudicio disputare sacrilegii instar esse dicitur, & ideò gravissimè interdicitur, unde tale rursus exsurgit argumentum: *Quodcunque de principali judicio disputat, illud in Academiis docere ac tractare haud oportet. Jus public. id facit.* E. Attamen quantum ad prius argumentum attinet, rectè minor ejus negatur. Non diffitemur, quælibet imperia radices suas agere in fundamentis suis domesticis, certis legibus ac regulis aptatis, ex quarum observatione spiritus illorum pendeat, eaque arcana & nonnisi ipsis Principibus & illis, qui secreti Senatus principalis pars sunt, exactè cognita esse debere. Sed non cadunt sub artem Juris publici illa, nec docendo Publica Jura id adsumimus, ut secreta cujusque domus illustris indagemus, &, si perscrutari vellemus, nequicquam ageremus. Id tantùm in doctrina Juris publ. agimus, ut illa jura, quibus sacri Imperii caput, ejusque membra utuntur, profiteamur. Hæc verò, cum in Recessibus Imp. Aureâ Bulla, Capitulationibus Cæsareis, Pace Profana ac Religiosâ,

ſa, denique & Pacif. Osnabrugo-Monaſterienſi, aliisque actis publicis, ſuffragio Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ac univerſorum Imp. Statuum concluſo impreſſis, publicique Juris factis, omnium cognitioni proſtant, pro arcanis reputari nec poſſunt, nec debent. Sed nec de principali Judicio diſputamus. Aliud enim eſt, *contra Jus à ſummo Principe conſtitutum diſputare, illudque in dubium vocare;* aliud eſt *Jus illud explanare, interpretari, illuſtrare. Illud* interdicitur in *l. 3. C. de crim. ſacril.* non *hoc.* Falſa ergò etiam minor poſterioris argumenti. Relinquitur itaque poteſtas Jus publ. in Academiis docendi ac diſcendi nobis integra, quam ex antedictis hoc ratiocinio communitam damus. *Quodcunque excolit ea, quæ pro cognoſcendo ſtatu Imperii noſtri, jureque, quo tùm Caput, tùm membra ejus utuntur, Imperatoris ac Statuum authoritate promulgata, ac typis ſunt mandata, illud in Academiis licitè docetur ac proponitur. Jus publicum* &c. E.

10. Conſultius quoque ac tutius eſſe fundamenta Juris publici in Academiis ponere, eamque cognitionem dein uſu quotidiano & praxi in Aulis Principum confirmare, quàm tyronis imperiti inſtar nullà Juris publici notitiâ inſtructum aulæ appropinquare, & publico contemtui ſe exponere, dubium itidem eſt nullum. Damnum enim immane quan-

tum conciliasse Rebuspubl. arrogantiam & ambitionem illorum, qui nulla Juris publ. cognitione & prudentia Civili instructi ad gubernationem Rerumpubl. in partibus ipsis concreditis accesserunt, vel moderna rerum facies abundè testatur. Cum econtrario bono Publico optime consuluerint, qui Scholasticis Politicorum, Historiarum, Juris publ. Prudentiæ regulis primo formati solideque muniti ad res prudenter gubernandas transiverunt. Hinc ratio colligendi ex præmissis. *Ubicunque fundamenta generalia eorum, quæ in statu publico geruntur, docentur, ibi Jus public. discere consultum est, & Reip. utile. Atqui in Academiis* &c. E. Quicunque igitur ad publica adspirant munia, summa ope niti decet, ut utramque publici scil. ac privati Juris Prudentiæ partem sibi in Academiis familiarem reddant.

11. Cum sic potestatem, Jus publ. in Acad. tractandi, integram nobis esse obtinuerimus, nonnulla jam de *Fine, subjecto, principiis ac mediis* Juris public. Imp. nostri habitualiter accepti, cujus præcepta in seqq. explicare animus est, ad rationem methodi Analyticæ subjiciemus. Est autem FINIS Juris publ nostri *Ultimus* Reip. Salus; *Intermedius* verò Justitia, & quidem non particularis tantùm, sed etiam universalis, hæc enim totius Juris adæquatus Finis est, ad quem tam qui Reipubl.

præ-

præsunt, quam qui his subjecti sunt, actiones suas dirigere debent, ut beata sit Respubl. *Proximus* est Juris public. in Imp. constituti ad obvenientia negotia, statum & gubernationem ejusd. immediatè concernentia, per commodam illius interpretationem, applicatio.

12. OBJECTUM ejusdem sunt actiones & negotia Imperii nostri Romano-Germanici, vulgò sic dicti, statum & gubernationem immediatè concernentia, quatenus hæc ad Leges Fundamentales Imperii applicantur, Justitiæ conformantur & ad Imperii Salutem diriguntur.

13. MEDIA sunt accurata Juris publ. constituti, quod ad facta singularia applicandum, cognitio, & modi Jus cognitum legitimè applicandi.

14. PRINCIPIA Juris publ. Imp. nostri alia *communia* (sive hæc nobiscum ita, sive cum aliis adminicula extrinsecus assumptá vocaveris, perinde erit) sunt, alia *propria*. *Hæc* in legibus Imper. Fundamentalibus, *Aurea Bulla scil. Capitulationibus Imperatorum*, *Recessibus Imperii*, *Constitutionibus Pacis Profanæ ac Religiosæ*, *Instrumento Pacis Osnabrugo-Monaster.* consistunt; *Illa* ex Historia Germanica præprimis, qua veteri, qua novâ, præcipuè tamen hac, interiori cognitioni Politices associatâ petenda, & Actorum publicorum subsidio confirmanda sunt. (Vid. *Bœcler. Not. Imp. lib.*

l. c. 4.

1. c. 4. Pacif. à Lapide in not. & strict. ad Monzamb. Disc. 1. num. 6. ubi Historiæ tàm veteris, quam novæ, & Actorum publicorum Scriptores ac Collectores longa serie recensentur.) Quibus præterea insinuanda veniunt illa, sine quorum cognitione nemo solidi quicquam in Juris publici stadio emetiri valebit, qualia sunt *1. Jus Feudale*, tum ratione Feudorum Regalium dignitatem regalem annexam habentium, (quæ si tollas, totum Imperium nostrum abolebis) ac investiturarum; tùm ratione actionum illorum nomine competentium. vid. *Joh. Frid. Rhetii Comm. in Jur. Feud. Comm. Proœm. num. 79. 80. 2. Jus Privatum*, tùm quod inde in argumentum devocentur multa, tùm quod ea, quæ omni Reip. communia sunt, veluti munera, honores, magistratus, leges, hospitationes militares, collectæ, onera realia, personalia & mixta, Jura meri mixtique Imperii, Jurisdictionis &c. ex eo petenda veniant, tùm quod actiones & remedia, ordinaria ac extraordinaria, petitoria ac possessoria, pro acquirendis ac retinendis Juribus competentia Jus Civile plenissimè suppeditet, prout *Gylmanni Symphoremata*, *Seileri*, *Barthii*, *Thilmanni de Benignis*, *Blumii Decisiones & sententiæ*, *Gaylii*, *Mynsingeri*, aliorumque *Observationes*, *Klockii Relationes* abundè testantur.

15. Ex hactenùs dictis facile nunc decidi potest quæstio: *Ad quos Juris Publ. spectet professio?*

fessio? scilicet non ad *Historicos*, illi enim acquiescunt in nuda gestorum cognitione, & legum latarum originum enarratione; nec ad *Politicos*, qui tantùm leges in genere considerant, deque verâ earum ac genuina interpretatione ac applicatione non sunt soliciti; Sed ad *JCtos Scientia historica & prudentia Civili instructos*. JCti enim officium est, LL. sive principaliter publicam salutem sive singulorum utilitatem spectent, interpretari, exponere & ad singulares casus prudenter applicare.

CAPUT II.

De Aurea Bulla & Capitulatione Cæsarea.

PRincipia Juris public. propria aliquantò plenius consideraturi initium facimus ab AUREA BULLA. *Bulla* in Veteri Romanorum Rep. fuit insigne ingenuorum puerorum à pectore dependens; qua primùm Tarquinii Prisci filius, quod in puerilibus annis hostem manu percusserat, donatus. *Alex. ab Alex. 2. genial. dier. cap. 25.* Rotunda in cordis figuram formata fuit, ut eam inspicientes ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent. vid. *Limn. 1. J. P. c. 11. varias variorum de hoc instituto opiniones referentem.* Fuit & aliud Bullarum genus, quibus nobilium ostia decorabantur. Verùm *h. l. Bulla* nihil aliud

aliud insinuat, quàm majus Imp. sigillum, majoris momenti concessionibus ac diplomatibus, nec non Pragmat. Sanctionibus ad totum Imperium & posteritatem pertinentibus, appendi solitum. Cùm enim de gravissimis Imperii negotiis Carolus IV. præsenti constitutione cavisset, meritò eam sigillo majori munivit. *Synecdochicâ* itaque *denominatione* ipsa Sanctio *Bulla*, ab ejus appensione, appellatur, & quidem cum apposito *Aurea*, non tàm ob contentorum Sanctionis præstantiam, quàm ob appensi sigilli materiam, quæ aurum fuit; *Aureâ enim & argenteâ Bullâ* usi antiquitus Impp. in rebus majoris momenti, vel cum ad Reges scriberent; ad matrem verò vel libros scripturientes *cereâ*, quæ inferioribus quoque communicata, primò quidem Principibus & Magnatibus, postea etiam aliis. Sic duo summa imperii Judicia, Aulicum scil. & Camerale, Electores item & Principes ac Comites Imperii hodiè *cerâ rubrâ*, Civitates autem *viridi* utuntur, exceptis iis, quæ singulari privilegio Jus cerâ rubrâ sigillandi acceperunt, quas inter Norimberga, Brema, Biberacum, Constantia, Hamburgum, Leybach in Carinthiâ, & Stetinum ac Cöslinum in Pomeraniâ, &c. *Dn. Stryck. Diss. de cera rubra c. 2. num. 37. & c. 3. Thulemar. de Bulla aur. argent. c. 5. n. 10. Plumbeâ* denique sunt usi ad Despotas, Patriarchas & reliquos Magi-

Magiſtratus honorarios ſcribentes. De aureæ Bullæ uſu *Capit. Ferd. III.* ita cavet *art. 46.* daß die güldene Bull/ als ein Vhraltes inſigne eines regierenden Röm. Käyſers oder Königs/ an kein ander Diploma, als welches bey der Reichs-Cantzley mit Käyſerl. Maj. verwilligung außgefertigt wird/ gehenckt werden ſoll. Conf. *Ferdin. IV. art. 44.*

2. Eſt igitur AUREA BULLA (die Güldene Bull) *Sanctio Imperii ab Imperatore Carolo IV. Ordinum Imperii conſenſu, pro parte anteriore Norimbergæ, pro reliquâ Metis promulgata, leges, electionem cumprimis atque coronationem Imperatoris, Electorum Jura, aliaque Imperii acta graviſſima concernentes* (quarum quædam conſuetudinum receptarum confirmatoriæ, aliæ controverſiarum definitivæ, aliæ novorum Jurium collativæ, aliæ jam latarum LL. reiterativæ &c.) *continens.*

3. Ut Aurea hæc Bulla plurimis egregiis mactatur elogiis, quando ab ipſis dicitur *Lex Imperii Fundamentalis* vid. Heig. *1. qu. 5. n. 2.* Darauff/ als auff einer Grundfeſt/ das H. Röm. Reich ruhet. *R. I. Wormat. de anno 1521. Nervus firmiſſimus Pacis Publicæ. Peucer. lib. 3. Chron. in vita Caroli IV.* &c. vid. *Limn. ad A.B. prælim. obſ. 7. pag. 22.* ita ab aliis variorum defectuum arguitur, & imperfectionis nota illi inuritur. Sed ab horum impetitione eam maſculè defendit *Limn. d. l.*

4. Au-

4. Author Aureæ Bullæ, ut ex descriptione patescit, fuit IMP. CAROLUS IV. Johannis Regis Bohemiæ & Comitis Lützelburgensis filius, ex alterâ uxore Elisabethâ Wenceslai Senioris filia, in baptismate ab avo Wenceslaus dictus, posteà verò inter solennia Confirmationis sacra à Carolo Pucro Franciæ Rege, affine, apud quem pueritiæ rudimenta exegit, Carolus appellatus, qui vivo adhuc Ludovico VI. Cæsari, instinctu Clementis VI. ac conspiratione Balduini Trevirensis, oppositus, verùm nec tunc, nec post brevi insecutam Ludovici mortem statim imperium quietè tenuit, varios nactus corrivales, quos tamen tandem partim vi, partim donariis devicit, eoque plenam successionem impetravit, anno 1355, Romæ coronatus. Fuit cætera Carolus Princeps sermone affabilis, accessu facilis, literatus, & literatorum Fautor maximus, Linguarum quoque Gallicæ, Italicæ, Germanicæ, Bohemicæ ac Latinæ, quin & Juris peritissimus ac amantissimus, quod præter generale Studium Pragæ institutum, testatur satis A. B. quam ipsummet Carolum IV. Imperatorem, non Bartolum, qui ejusdem fuit consiliarius, privilegio Comitivæ ab ipso donatus, composuisse, plurimorum fert opinio, aliis tamen haud adeò probabilis visa. vid. *Limn. ad A. B. procem. Obs. 30. Thulemar. d. tr. de bull. c. 6. n. 16.*

5. Cau-

5. Causa promulgandi A. B. Impulsiva Electorum potissimùm dissensio atque divisio, partim *ex ambitione*, quæ, dum primum quisque locum & authoritatem in eligendo sedendoque vindicarat, sæpe simultates & non semel cædes excitaverat: (Exempla videsis ap. *Arum. ad A. B. diss. 1. §. 6.*) partim *ex discordi electione*, quæ, dum simul & semel plures elegerant, vel minis Pontificum deterriti, quod uni promiserant, revocaverant, cruenta & longos in annos durantia bella in Imperio generaverat, nata, fuit. Ad hæc dissensionum genera, iisque annexa incommoda tollenda, & concordiam ac unitatem inter Electores reducendam ac fovendam, unanimemque electionem inducendam, præsentem Carolus, probante Senatu Imperii frequentissimo, promulgavit constitutionem. vid. *ipsum A. B. procem.* cui consonat *c. 3. §. 2. c. 7. pr.* Errant proinde *Lampadius (v. tr. de Rep. Rom. Germ. p. 2. num. 12.)* ac *Monzambano* (vid. *c. 4. §. 6.*) Carolum IV. ut filium suum Wenceslaum ad Imperii solium eveheret, A. B. condidisse statuentes. Si enim hæc Caroli fuisset intentio, haud onerasset Electores juramento de non nisi apto, atque idoneo eligendo. vid. *A. B. c. 2. §. 2.* Lippis enim tonsoribusque notum, quis qualis, ac quantus fuerit Wenceslaus Caroli filius. Sed & 5to demum anno post ipse ei natus est, cum jam

condita esset A. B. Natus quippe ipse anno 1361. A. B. verò condita anno Christi 1356. 4to Idus Januarii *A. B. Procem. sub fin.*

6. Conscripta est hæc constitutio linguâ Latina, (stylo tamen, pro more illius seculi, non admodum eleganti) ex Limnæi mente ideò, quod Carolus propensior in eam, quàm Germanicam fuerit, eâdem non ipse modo frequenter uti, sed alios quoque illâ utentes perbenignè audire solitus. Quod verò eidem hoc licuerit, non modo praxis antiqua, sed etiam usus ad nostra tempora continuatus, & Capitulationibus Impp. à Caroli V. ævo in præsentem usque diem corroboratus (vid. *Cap. Car. V. art. 14. ibi Limn. Ferd. I. art. 13. Rudolph. II. articul. 13. Matth. art. 14. Ferdin. II. art. 12. Ferd. III. art. 16. Ferd. IV. art. 42. Leop. artic. 43. Josephi art. 42. quibus expreßè permittitur in negotiis Imp. uti linguâ vel Germanicâ vel Latinâ)* probant. Quamvis consultius Carolum fecisse putet *Limna. ad A. B. prælim. Obs. 1.* si linguam Germanicam prætulisset, eò quòd materia legis Germanos, & German. Imperium, das Römische Reich Teutscher Nation / concernat; persona Legislatoris ejusdem nationis; Linguam Germanicam pro vernacula habens; locus denique, ubi lata, nempe *Norimberga*, ubi priores Constitutiones *ad cap. 24. usque* editæ v. *procem. & c. 12.* quasi in umbilico Germaniæ sita, *&* *Metis*, ubi constitutiones, quæ

quæ à *cap. 24.* ſequuntur, prioribus adjectæ *v. cap. 24. pr.* itidem tunc temporis adhuc juris & idiomatis Germanici fuerit. Sed forſan etiam ideò Latinâ linguâ eam edere Carolo ac Proceribus Imperii placuit, ut à Pontificibus Roman. quoque legeretur, quoniam illorum intereſſe credebatur, haud ignorare, quæ de omni Electionis negotio in Germania placuerant. Succeſſu temporis variæ A. B. translationes factæ ſunt in linguam Germ. nulla tamen earum authoritate publicâ eſt approbata, unde ad quæſtionum deciſionem Latina potius quàm Germ. alleganda, diſſonat enim in non paucis à Latina, imo continet etiam quædam, quæ in textu Latino planè non leguntur, obſervante *Limn. in prælim. ad A. B. obſ. 4. & ad c. 11. §. ult.*

7. Authographum unum hujus Bullæ Francofurti ad Mœnum in Curia, quam appellant den Römer/ ceu in loco Electioni Cæſarum dicato, ſanctè aſſervatur, literis monachalibus in pergameno ſcriptum, conſtans foliis 43. (in numero auctores variant) eſtque ſericis filis nigri & glauci coloris involutis transfixum, quibus rotundum Imp. Sigillum, idque aureum, appenſum. In Sigilli hujus altero latere eſt Imperator, ſedens in Majeſtate cum Coronâ imperiali in capite, tenetque manu dextrâ Sceptrum Imperii, ſiniſtrâ pomum cum cruce deſuper. A dextro Cæſaris latere

est clypeus cum Aquilâ simplici, à sinistro clypeus cum figurâ Leonis. In circumferentia legitur: CAROLUS IV. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROM. IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS ac circa Imperatoris Caput utrinque adhuc stant verba: ET BOHEMIÆ REX. In altera Sigilli parte extat castrum magnum cum tribus turribus, in medio inferiùs habens portam, cum literis: AUREA ROMA. In circumferentia leguntur hæc verba: ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Originale Palatinum Heidelbergæ asservatum cum aliis documentis literariis, & Bibliotheca præcellentissima, tempore, quo in anteriori bello Germ. Heidelberga à Cæsareis & Bavar. anno 1622. occupata fuit, aliò perlatum, conjicit *Limn. in Obs. prælim. 2. num. 2.* Sed id factum esse negat *Thulemar. de Bull. c. 7. n. 5.* ubi & de cæteris in reliquorum Electorum archivis asservatis testatur. Exemplaria, quæ typis exscripta, varia sunt, ac pleraque mendosa, opere fuerit pretium legere, quæ *Limn.* de variantibus his lectionibus *in obs. prælim. 3. & tom. 1. addit. ad lib. 1. J. P. c. 11. num. 90.* annotavit. Accuratissimam copiam Originalis Francofurtensis exhibet *laudat. Dn. Thulemar. in fin. d. tr.*

8. Quandoquidem verò Imperatores fide jurata in Capitulationibus ad *A. B.* conservationem strictam obstringuntur, facilè patet, eam

eam ipſorum arbitrio haud ſubeſſe, nec pro lubitu ab iisdem vel abrogari, vel immutari poſſe. Conſentientibus tamen Electoribus ac Ordinibus Imperii, pro ſtatu & utilitate Reip. eandem tuto vel limitari vel renovari poſſe, tantò faciliùs eſt largiendum, quantò eſt certius, poſt tempora Caroli non modo tacito Electorum & Ordinum Imperii conſenſu, per contrariam obſervantiam in multis (ut e. g. 1. in ordine ſuffragandi, poſt auctum Electorum numerum & immutatum aliquantum eorum ordinem. 2. Jure coronationis. 3. Miſſæ celebratione, cui Electores antequam ad Electionem Regis Roman. progrediantur, *ex Aur. Bull. præſcripto* intereſſe debent, Proteſtantes tamen, eorumque Legati, multoties ſeceſſerunt; aliisque pluribus. vid. *Carpzov. ad L. Reg. c. 3. ſect. 3. à num. 8. usque ad finem. Limn. l. J. P. 11. num. 101. ſeq. ibique in addit.*) ab expreſſa illius Sanctione receſſum fuiſſe; ſed & expreſſo Imperii conſenſu, per octavi Electoratus inſtitutionem, ei in Electorum numero derogatum eſſe. vid. *Inſtrum. Pac. art. 4. §. quod Domum, &c.* ibi: *Imperator conſentit cum Imperio in inſtitutionem octavi Electoratus* add. *Strauch. Diſſ. 4. th. 14.* Sequuntur Capitulationes Cæſareæ.

9. Pauci in orbe Chriſtiano ſunt Reges ac Principes, quorum poteſtatem non aliquo modo comprimat & circumcidat inita cum Or-

dinibus pactio, quæ pro diverſitate Rerumpubl. vel pauciora vel plura continet capita, prout ſtatus cujusque Monarchicus purior eſt & liberior, vel magis aut minus temperatus, aut ex Ariſtocratiâ vel Democratiâ mixtus. De Imperatore quidem noſtro id vulgò conſtat, Reip. adminiſtrationem in eum, non, niſi certis conditionibus, quas omni ſtudio ſe obſervaturum mediante ſacramento promittat, ac in Scripturam redactas reiteratæ obligationis cauſa ſubſcribat, transferri. Vocatur earum Inſtrumentum uſitato, ſed barbaro, vocabulo CAPITULATIO, *Germanis* Capitulation / Käyſerliche Obligation. Nomen autem hoc *Capitulatio* habet à variis capitulis ſive articulis, quibus conſtat. Capitulare enim eſt articulatim paciſci, & Capitulatio pactio articulatim diſtincta; Hinc *Franc. Irenic. in Collegio Jur. Public. in Diſcur. Andr. Burgold. ſup. Inſtr. Pac. ad part. 3. Diſc. 5.* Capitulationes Cæſareas, quæ olim *Leges Palatinæ* dicebantur, docente *Goldaſto in dedicat. Tom. 3. Conſtit. §. Imperatoria.* Articulirte verbrieffte Pacta, ſo die Stände deß Reichs mit ihrem erwehlten Oberhaupt eingehen/ *Germanicè* vertit, & *Limnæus in comm. ad Capit. Impp. proleg. ſect. 1.* pro etymologiæ Latinæ ratione *Germanicè* Käyſerliche Artickels-Brieffe/ rectè dici poſſe tradit, & aliàs Käyſerlich Wahl-Articul oder Geding appellari, in vulgus notum eſt.

10. De-

10. Describit autem Capitulationem *Franc. Iren. d. l.* quod sit *Lex Germanorum regia*, (secutus in hoc *Carpzov. c.1. de L. R. G. se-ction. 4. Schuz. v.1. D.4. th.1.*) *qua Imperii administratio in Imperatorem designatum & Electum certis conditionibus defertur, hoc fine, ne status Reip. Rom Germanicæ sub libertate Ordinum ac venerabili Cæsaris authoritate florens ullo modo turbetur ac convellatur.* Cæterum nostratis Capitulationis & antiquæ Legis Regiæ Romanorum, ad cujus exemplum per Legem Regiam describitur, comparatio parum habet simile. Per Legem Regiam enim absoluta & infinita potestas Principi conferebatur, Capitulatio autem Imperatori non absolutum, sed certis limitibus definitum defert Imperium; L. Regia populus libertate se sua abdicabat, Capitulatio verò Civium Imperii libertatem firmat. Lex Regia semel lata duravit usque ad mutatum Imperium, Capitulatio, quoties electus Imperator, hactenus denuò præscripta, & temporibus Reip. accommodata est; Lex Regia ad potestatem, Capitulatio ad potestatis normam sive exercitium pertinet. Si itaque propter convenientiam in re nomen Capitulationi nostræ convenire putat, valde vereor cum *Strauch. Diss. Exot. Jur. Publ. 4. th. 10.* ut hoc nomen rei sit conveniens, & generis loco rectè *Lex Regia* ponatur.

11. *Limnæus d. l.* ait esse *regulam potestatis*

Cæsareæ & administrationis Imperii, electo Regi Romanorum ab Electoribus præscriptam & ab eodem mediante juramento receptam. Sed vereor etiam ut satis rectè regula dicatur, antequam enim regula sit, pactum præcedat oportet, quod demum facit, ut, quam ante non habebat, naturam regulæ, accipiat.

12. Alii *Legem Imperii fundamentalem* esse dicunt, *qua Imperium limitatò Imperatori defertur.* Sicque acriter inter Dd. controvertitur, *quid sit Capitulatio formaliter*, ut Magistri loquuntur; *an lex? num verò conventio?* Plurimis lex esse videtur. vid. *Lampad. p. 3. c. 2. num. 12. Burgold. p. 3. Disc. 6. th. 2.* argumentantur enim contra eos, qui conventionem esse dicunt ita. 1. *Ubicunque de re indebitâ non danda agitur, ibi non est propriè conventio. Atqui in capitulatione de quadam parte potestatis, quæ Imperatori indebita, in eum non transferenda agitur.* E. Sed ℞. Conventiones sive pacta esse duplicia, alia de dando, alia de faciendo vel non faciendo. *§. ult. Inst. de V. O.* Procedit major in prioris generis conventionibus sive pactis, de dando, suo tn. etiam modo. vid. *Strauch. Diss. 4. th. 27.* Pacta verò de non faciendo eo, quod utrum facere liceat, ambiguum est, jure omnino valent atque subsistunt: *Ambiguum est*, inquam, nam si certum sit, facere me jure non posse, quod ne faciam, alius stipulatur, ego promitto, *v. gr. ut ne furtum faciam*, pactum tanquam contra bonos mores factum non valebit.

lebit. *l. 7. §. 3. de pact.* Jam Capitulatio est ejusmodi conventio, quâ Imperator promittit se non facturum, quod utrum facere liceret, nondum definitum, adeoque adhuc ambiguum erat, imò quoad quosdam articulos etiam de faciendo promittit, prout ex perlustratione articulorum Capitulationis facilè innotescet. 2. *Omnis conventio utriusque ponit obligationem. Capitulatio non ponit.* E. Sed falsitatem majoris arguit 1. divisio pactorum in obligatoria & liberatoria, quorum hæc obligationem non ponunt, sed tollunt. 2. Partitio contractuum in μονοπλεύρους & συνπλεύρους. 3. *Lex non est conventio. Capitulatio est Lex fundamentalis,* Er. Sed Lex propriè Capitulatio dici non potest, quod facilè deprehenderit, qui modo ad naturam & indolem Legis paulò attentius adverterit. Sancitur enim Lex ab Imperante, qui Majestatem habet, subditis civili potestati, quos etiam invitos ad obsequium obligat. Ast Capitulatio à solis Electoribus (penes quos tantùm Legum in Imperio nostro ferendarum potestatem esse, nemo statûs imperii nostri gnarus dixerit) hactenus concepta, nec invitum Imp. ex potestate præscribentium, sed sponte eam acceptantem, vi factæ promissionis juratæ, quam nulla externa necessitate coactus ex liberâ præstat voluntate, obligat. Et qui se noviter electus Imp. legibus adstringi patietur invitus ab iis, quibus

nec ante, nec post electionis negotium est subjectus? Nec obstat, quod Lex fundamentalis communiter dicatur, & ab ipsis Electoribus *in responso ad Cæsaris propositionem de d. 20. Jan. anni 1623.* ap. *Lundorp. Tom. 2. act. publ. l. 6. c. 171. p. 661.* vid. Carpzov. *c. 1. sect. 4. num. 9.* add. *Capit. Leopold. a. 36.* Nam LL. quæ comm. vocantur fundamentales, conditiones potiùs sunt, imperanti præscribentes modum regiminis, quàm leges, vocabulo propriè accepto, pro jussu majestatis obligatorio in ordine ad subditum, quoniam inferiorem non obligant ex superioris præscripto; vocari tamen Leges possunt eo modo, quo pacta & conventiones contractibus legem dare dicimus. Sed quid opus est multis in re clarissimis Capitulationum verbis definitâ, ita enim in procœmio omnium à Carolo V. usque diserte scribitur: **Daß wir uns demnach auß freyem gnädigen Willen mit denselben unsern lieben Neven / Oheimen und Churfürsten / dieser nachfolgenden Articul / geding und pactsweiß vereiniget / vertragen die angenommen / bewilliget und zugesaget haben / alles wissentlich und in Krafft dieses Brieffs.** *Conring. ad Lampad. 3. 2. 12. Strauch. diss. 4. th. 27.*

13. Placet ergo Capitulationem describere cum *Conringio Diss. de Capitul. Cæs. th. 20.* quod sit *pactum seu conventio, qua Imperator per Electorum suffragia designatus ante coronationis solennia,*

lennia, certas sibi propositas conditiones, normam Imperii administrandi continentes, acceptat, & de iis servandis juratò cavet, publicæ salutis conservandæ causa.

14. Non minori studio de prima Capitulationum origine, quàm forma Dd. contendunt *Hortlederus ap. Goldast. in Polit. Imperial. part. 12. disc. 2.* sub turbulento Henrici IV. imperio eas primum ortas putat. Cum Conrado I. Seculo 10. cœpisse autumat *Arum. vol. 4, I. P. disc. 4.* cui consentit *Carpz. ad L. R. G. c. 1. sect. 8. num. 40. 44. & 53.* Sub Ludovico Arnulphi Filio illas natas asserunt alii. *Oldenburger in Limn. Enucleat. l. 1. c. 10. in fin.* ad Caroli V. tempora ortum refert. Sed verissima videtur *Goldasti & Limnæi Proleg. ad Capit. sect. 3. num. 15.* sententia, Conringio *in Diss. de Capit. Cæsar. thes. 13. seqq.* item in *Disp. de præcip. negot. in Com. Imp. tractari solit. th. 41.* ac *in not. ad Lampad. p. 3. c. 2. §. 4.* & Rachelio *in Disp. de Capitul. regn. German. cap. 2.* quoque probata, videlicet Capitulationes cum Rep. nostra, imò quibusvis Regnis Germanicis ejusd. esse ætatis, incrementum vero & aliam atque aliam faciem pedetentim & variis temporum intervallis accepisse. Cum enim Germania nostra ab ultimis usque temporibus, ad quæ Annalium fides pertingit, subinde unius quidem, sed non absolutum, verùm legitimum ac restrictum agnoverit imperium, indubiè nunquam

quam non admissi sunt Reges in certas leges. Nullo autem constat indicio, singillatim illas quondam verbis disertis expressas, multo minus esse scriptas vel novatas. Per igitur est verosimile, si non semper saltem ordinariè, Reges in observantiam duntaxat aliquam communem legum & consuetudinum receptarum creatos. Cum Rudolpho Suevo Anti-Cæsare Henrico IV. Imperatori opposito anno 1077. nova aliqua solito pluribus constans capitulis facta conventio, quam scripto quoque comprehensam fuisse, ex *Brunone συγχρόνῳ* conjecturam facit *Conring. ad Lamp. p. 3. c. 2. §. 4. & in addend. ad p. 125*, ubi & in quas conditiones Otto IV. receptus fuerit, ostendit. Cum Carolo V. in plurimas novas, easque scriptura comprehensas leges ab Electoribus conventum. Nam cum ipse magnis suis viribus metum incuteret, arctioribus solito vinculis formidabilis ejus potentia videbatur frenanda, ne plus ultra tenderet, & Germaniæ libertati atram inferret noctem. Hinc & ipsi præscriptam Capitulationem, quà præsentem formam, primam dicunt. Placuit etiam deinceps utile exemplum in successoribus, tametsi minus periculum immineret. vid. *Fr. Iren. ad Burgold. p. 3. adject. disc. 11. pag. m. 126.* quæ igitur hodiè lucem viderunt Capitulationes, sunt Caroli V. Ferdin. I. Maximil. II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II.

III.

III. (quas singulari volumine eruditis commentariis illustravit *Limnaeus*) Ferdinandi IV. Leopoldi I. (ab eodem seorsim illustratae & *Tomo 2. addit. ad l. 1. c. 12.* insertae) & Josephi.

15. Quod si, *an rectè Electo talis Capitulatio praescribatur, & per eam potestas ipsius certis quasi cancellis includatur?* quaesiveris, intrepidè id jure fieri affirmavero. Firmatur enim per illam Imperii & obsequii nexus, ac conservantur eâdem, cum juribus Imperatoris Statuum ac subditorum, Imperii Jura & privilegia. vid. *A. B. cap. 2. §. 6.* add. *Capitul. Carol. V. art. 4. Leopold. & Joseph. articul. 3.* Conf. *Reinck. l. 1. cl. 3, c. 19. Limn. in proleg. section. 2. Conring. Diss. de Capitul. Caesar. th. 5. seqq.*

16. Jus Capitulationis concipiendae Electores se privativè, non admissis votis Principum in vim suffragii, quoad alios Statûs habere praetenderunt, & aliquandiu exercuerunt, quorum partes defendendas suscipit *Herman. Hermes c. 9. quaest. 8.* Sed caeteri Imperii Ordines, jam post Rudolphi II. obitum, dum Matthias eligeretur, de hoc conquesti, demùm in tractatu Pacis Westphal. obtinuerunt, ut *Instrumento Pacis articul. 8. §. habeantur &c.* caveretur, ut in proximis Comitiis perpetua & certa Capitulationis forma, consensu Ordinum in plenis Comitiis conderetur. Verùm ejus editionem hactenus impediit Electorum, reliquorumq; Ordinum aemulatio vid. *Textor.*

de rat.

de rat. stat. c. 18. Burgold. p. 3. disc. 5. num. 1. ibique Fr. Iren. ubi & de Capitibus ei inserendis agunt. Quid interim in electione Ferdin. IV. & Leopoldi ratione Capitulationum inter Electores & cæteros Status actum, atque gestum fuerit, pluribus referunt *Burgold. d. l. & ibi in addit. Fr. Iren. Author* der grundfest *p. 3. c. 3. Conring. Diss. de Capit. th. 25. seq.* Monita quædam scil. Capitulationibus eorum inserenda Principum & Statuum Legati Principalium suorum nomine Electoribus in vim suffragii exhibuerunt, ex quibus tamen ea, quæ attendi Principum maximè interfuisset, sunt præterita, uti ex monitorum illorum à *Sprengero in Inst. Jur. Public. l. 1. cap. 28. & Authore* der grundfest *d. l.* exhibitorum cum Capitulationibus dictorum Cæsarum institutâ collatione, & Principum ac Statuum contra Capitulationem Leopoldinam interpositâ protestatione ap. *Burgold. d. l. Author.* der grundfest des H. Röm. Reichs. *p. 256.* cuivis patebit, poteritque quilibet facilè deprehendere errare eos, qui illas Capitulationes modo Instrumento Pacis conveniente conceptas esse docent, quos inter *Author Comitiologia Ratisbon. de anno 1654. p. 2. D. 3. num. 3. p. 4. D. 9. num. 13. p. 270. & p. 336. & Beichling. in Disp. de Jure Princip. Elector. sub præs. Dn. Ludvvel. anno 62. hab. th. 33. Herm. Herm. Fasc. Jur. Publ. c. 9. q. 8.* Si enim ad illius præscriptum confectæ fuissent,

ſent, ſine dubio ceſſaſſent illæ Electorum & reliquorum Principum ac Statuum Imp. in præſentibus Comitiis de hac materia deliberationes ac diſputationes, quas longa ſerie deſcribit *Balthaſ. Venator. in relation. rer. in præſent. Imp. Comit. geſtar.* An autem omnium Imp. Principum & Statuum nomine Leopoldina concepta ? alia eſt quæſtio, de qua v. *Rachelius Diſſ. de Capit. Regn. Germ. c. 3. §. 5.* Inaudivimus aliquando, tandem negotium Capitulationis perpetuæ ad normam Inſtrumenti Pacis communi Statuum conſenſu conficiendæ in modernis comitiis felicem ſortitum fuiſſe finem, ſed vana relatione nos deceptos eſſe dies poſt docuit. Projectum tamen ejus ab Electoribus m. April. Anno 64. Statibus oblatum exhibet *Fritſch. in addit. ad Limn. l. 1. c. 12.*

17. Præſcribitur autem Capitulatio ei, qui ab Electoribus in Regem Romanorum electus eſt, ante coronationem & Imperii commiſſionem. Priusquam enim peractâ electione quicquam nomine imperii ſuſcipiat, eundem Statuum jura & Privilegia confirmare oportet. *A. B. c. 2. §. 5. Capit. Leop. art. 3.* Quia vero hæc confirmatio hodie per ipſam Capitulationem fit, hinc eâ demum reipub. gerendæ facultatem vel poteſtatem adminiſtrandi Imperium electo Regi vel Imperatori dari, rectè aſſeritur. *Limn. ad Capitul. Proleg. ſect. 7. n. 6. ſeqq.*

seqq. Non frustra autem, *num etiam Rex Rom. qui Imperatori in vivis existenti adjungitur, Capitulatione vivo adhuc Imperatore adstringatur?* dubitaveris. Hic vero variatum, proindeque id ab Electorum dependere arbitrio, tradunt *Limn. in Proleg. sect. 5. Hermes. c. 9. qu. 3.* Articuli Capitulationis juramento, ab ipso electo in persona, secundum formam ab Electoribus vel eorum nunciis præscriptam, corporaliter præstando confirmandæ, ingens cum tempore & Imperatoribus incrementum cœperunt. Vid. *Limn. d. l. sect. 6.* non autem tantùm iisdem singularia, & quæ, si Capitulatio non foret, ei licita essent, sed etiam quæ juris generalis & ordinarii sunt, misceri videdemus (vid. *Cap. Ferdin. III. art. 42. Ferdin. IV. & Leopold. 38. Joseph. 37.* eum in finem, ut electus sciat se jure ordinario in totum solutum non esse *Limn. d. l. n. 11.*

18. In scripturam redactæ & subscriptæ atque subsignatæ Capitulationis septem uniformia in omnibus conficiuntur autographa, & singulis Electoribus, excepto Bohemo, cui cum Capitulatione nihil negotii est, unum traditur, in rei memoriam.

19. Instituti hujus finis non est alius, quam ut Principatus libertate Ordinum, libertas verò Ordinum Principatu temperetur, & sic præsens Reip. Status eò melius conservetur & exinde salus publica promoveatur. Obligat enim

enim Capitulatio Imperatorem, ut non aliter, quam uti convenit, imperio utatur, & præscriptas ac acceptatas conditiones in gubernanda Republ. sanctè observet, atque adeò in potissimis Reipubl. negotiis Ordinum omnium, vel minimùm Electorum, consilium & adsensum expetat. Prospicit autem simul Ordinum Imp. securitati & existimationi, ut non videantur ampliùs per meram usurpationem aut contumaciam negotiis Reip. se immiscere. Ad præsentis igitur status conservationem, si quæ alia Lex vel Constitutio Imp. nostra certè facit Capitulatio. Subnascitur hic quæstio hinc inde agitata, *An Imperator, licet ita paciscendo promittat, quod potissima Reip. negotia cum Ordinum consilio & consensu gerere velit, inq; præcipuorum jurium Majestatis exercitio eorum adhibere suffragium ac assensum, nihilominus habeat Majestatem sive summam potestatem?* (ita rectius formatur quæstio, quam ut communiter concipi solet: *num Capitulatio deroget Imperatoris Majestati?* vid. *Conring. de Capit. thes. 52.*) Affirm. eam *Lampad. 3. 2. 12. Gerhard. in qq. controvers. Jur. Publ. hexad. 2. q. 3. Herm. c. 9. q. 6.* Eitel Fried. von Herden in der Grundfest. *p. 1. tit. 1. Sprenger. in Inst. Jur. Publ. 1. c. 28. p. m. 171. Limn. ad Capitul. sect. 8. n. 22.* qui sibi gratulatur quod qq. assentientem habeat *Grotium de Jur. B. & P. l. 1. c. 3. num. 16.* Prolapsi autem sunt in hanc ipsam opinionem, vel quod promiscuè & cum

vulgo usi sint vocabulo Majestatis, non satis cautè proprium ejus significatum ab improprio separantes, vel quod duplicem finxerint Majestatem, personalem & realem. Negant econtra Imperatorem habere Majestatem seu potestatem summam omni quidem ex parte, quandoquidem in consortium ejus Proceres seu Status Imperii recipiat. *Burgold. p. 3. D. 5. num. 2. ibique Franc. Irenic. Just. Sinolt. Schuz. vol. 1. Disp. 4. thes. 1. lit. F. Carpzov. de L. R. G. c. 1. sect. 10. 11.* Et rectè quidem, *Conringii* judicio, quia propriè Majestas est summa (*in genere potestatis humanæ scil. &, negativè*), *quatenus nulli alii potestati humanæ subjicitur; Majestas enim seu potestas positivè summa i. e. cui omnes aliæ potestates humanæ subordinatæ sunt, nec datur, nec ob imbecillitates generis nostri dari potest,*) in civitate (*hæc subjectum Majestatis constituitur; Est autem subjectum ejus mediatum seu remotum saltem, proximum verò & immediatum sunt in Monarchia Princeps, in Aristocratia Optimates &c.*) ubique (*vocabulum hoc non in ordine ad locum, sed in ordine ad objecta v. gr. leges, magistratus, monetam &c. accipiendum est*) potestas. Et una est in quavis Republic. divisionem in species seu duas æque summas Majestates, quarum altera realis, altera personalis sit, non admittens, cum non magis plura specie diversa summa, quæ sub communi aliquo genere comprehendantur, quàm plura infinita specie

diversa

diversa sub communi aliquo genere ab istis speciebus præscindente contenta dari possint. Quod si autem harum Majest. altera ab altera dependere statuatur, dependens ab altera vera species non erit, qui enim esset potestas non summa species summæ? *v. B. Stablii Orat. binas de duplici Majest. ad calcem Regularum Philosophicarum adjectas. Boecler. ad Grot. l. 1. c. 3. n. 7.* Sed tamen nihilominus ut totum aliquod potestativum in partes suas potentiales rectè dividitur, quia non simplex aliqua facultas est, sed ex pluribus potentiis, quas diversitas objecti civilis determinat & distinguit, quasi in unum quoddam potestativum concreta, ut sic unitas illa, propter quam in species dividi nescit, non obstet, quo minus in partes potestativas commodè dividi possit, vocantur verò illæ comm. *jura Majestatis*, olim Regalia dicebantur, nunc verò hæc vox in alium sensum trahi solet. Quod si itaque ista omnia, aut certè potissima, ita defert Imperatori Capitulatio, ut consilio & suffragio Ordinum ea expediat, palàm est, integram Majestatem uni & soli Imperatori non tribui, sed in partes ejus vocari Ordines, subjectumque adeò adæquatum, proximum Majestatis in civitate nostra German. constitui Imperatorem & Ordines Imperii. Quatenus autem notat Majestas summam dignitatem & pro externo splendore, summo honore, & reverenda amplitudine accipitur,

eam Imperatori soli rectè tribui ultrò largimur, cum ipse Caput sit Imperii, cui Principes tanquam membra adsistunt, cui singuli Ordines Imperii nomine juramentum fidelitatis præstant, quem iidem, ut Vasalli Dominum, reverentur, & ihren allergnädigsten Kayser und Herrn vocant. Quibus omnibus tamen non statim cohæret summa potestas.

20. Antequam præsens caput concludamus, vel digito tangenda erit quæstio: *Num adeò strictè servanda sit Capitulatio, ut nec in casu necessitatis ob moræ periculum ab ea Imperator recedere possit?* In qua observabis pro licentia stetisse Ferdinandum II. Econtra pro stricta observatione Capitulationis Electores & Status stare. vid. *omninò Limn. proleg. sect. 8.* ubi hanc latiùs propugnat. In quam satis aperta etiam videntur esse verba *Capit. Maximiliani II. & omnium seqq. Impp. artic. ult.* Dawider nicht zu thun/ in einige Weiß oder Wege/ wie die möchten erdacht werden. Non tamen Imperatorem Capitulationi contravenientem statim ob contraventionem quamvis jure deponi posse, coronidis loco notato.

CAPUT III.

De Recessibus Imperii, Pace Profana & Religiosa, ac Pacificatione Osnabrugo-Monasteriensi.

Reces-

RECeſſus Imperii (Reichs-Abſchiede / Reichstags-Abſchiede / Reichs-Satzungen / Ordnungen /) ſunt *decreta Comitialia ſ. Leges univerſales, in Comitiis Imperii, mutuo Imperatoris & Statuum conſenſu, de negotiis adminiſtrationem & conſervationem Reip. imprimis concernentibus, legitimè conſtituta & promulgata.*

2. Quare autem hæ Leges *Receſſus* dicantur, non una eſt omnium ſententia. Hoc certum, quod non inde ſic dicantur, quod ab illis multi recedere ſoleant, nec quisquam morem iis gerere amet, ut non neminem per jocum quæſtionem reſolviſſe refert. *Tabor. racem. crim. p. 439. num. 2.* Sed *vel* inde, quod ſint inſtar ſecretorum Imperatoris & Ordinum Imperii animorum receſsûs, ſive reconditæ Cæſaris Statuumque Imperii cogitationes, *vel* quod per eas à variis diſſenſionibus recedatur, juxta *Fibigium Elect. Jurisprud. ſemid. 8. quaſtion. 2. num. 14. Vel* potius quod ſub ipſum diſceſſum à receſſuris à comitiis, poſt conſultationes & deliberationes finitas conſtituantur juxta *Schüzium*, ſic appellantur. Vocantur alio nomine Conſtitutiones Imperii, quod vocabulum idem ſignificare cum Receſſibus notat *Beſold. Thes. Pr. Voc.* Reichs-Abſchiede. *Reink. de R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 5. num. 46.* Receſſus Comitiorum. *Reink. d. l.* Ordinationes Imperii *Struv. Ex. 2. theſ. 33.* Et titulotenus ſaltim ab illis A. B. Reformationes Poli-

ticæ, Ordinatio Cameralis, Criminalis, Monetalis, Constitutiones Pacis Religiosæ, & Profanæ, Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum, & Cæsareo-Gallicum, &c. distingui videntur. *Dn. Maurit. Disput. de Recess. Imp. th. 7. seqq.*

3. Distingui possunt cum *Maurit. d. l. th. 10.* I. in *Recessus Comitiorum Universalium & Particularium. Illi* sunt, qui conficiuntur in Comitiis Imperii generalibus, ad quæ omnes Imperii Ordines convocantur. *Hi*, qui concipiuntur in Comitiis, in quibus non omnes Imperii Status, sed eorum aliqui tantum conveniunt, qui tamen omnium sustineant vicem, quales sunt, die Reichs-Deputations-Abschiede/ eandem cum aliis Imp. Recessibus authoritatem habentes. *R. I. de anno 1594.* §. was und so viel aber noch. 97. die Visitations-Abschiede/ cujus generis duo inter Recessus Imperii extant, *de anno 1531. & 1533. scil.* Sunt tamen multò plures cum aliis decretis, declarationibus, &c. in unum volumen collecti & A. 1686. modo editi. Satis longo tempore eorum nulli, conventibus hujusmodi ordinariis inde ab anno 1582. impeditis, conscripti: spem quidem restituendorum, impedimentis per Instrumentum Pacis submotis, fecit *Recessus Imp. novissimus de anno 1654.* §. Wie nun die überhäuffte Revisiones, &c. *128.* & §. Nach dem nun die alten Revisions-Sachen. 132. non tamen cum

insecuta

insecuta est vel extraordinaria Visitatio, nedum Recessus Visitationis, Commissariis Episcopi Ratisbonensis, & Principis Megapolitani anno 1654. secundum dispositionem §. darmit den auch/ 2c. 130. missis, quod reliquorum Statuum, qui primam Visitatorum classem constituunt, nemo adesset, re infectâ discedere coactis, donec tandem Cameralibus ipsis serió & instantius in his adhucdum durantibus Comitiis Ratisb. decretæ extraordinariæ Visitationis executionem urgentibus, ad interim per quosdam specialiter eò Deputatos, in nonnullis Capitibus, Visitatio quædam facta sit. vid. *Fritsch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 2. n. 198. p. 370. seqq.*

II. Etiam Recessus in *primarios* & *secundarios seu ascititios*, Neben-Abschiede/ dividuntur. *Posterioris generis* concipi solent, quando in Imperii Comitiis concluduntur quædam, quæ in typis excuso exemplari certas ob causas tempore promulgati Recessus ab omnibus adhuc legi nolunt Imperii Status, aut aliis ex causis: & servandi traduntur Electoris Moguntini Archivo. Exempla extant in Comitiis Ratisbon. *anni 1541.* vid. *Rec. Imp. de d. ann.* §. *60. anni 1559. & anni 1576. referente Limn. tom. 1. addit. ad l. 9. c. 1. n. 223.*

4. Causam Recessuum Imperii Efficientem non soli constituunt Imperatores, sed cum ipsis Electores, Principes & alii Imperii Status,

tus, penes hos enim adæquatè Legum in Rep. nostrâ ferendarum est authoritas. *Tob. Paurm. de Jdict. l. 2. c. 2. num. 52.* Id quod sæpius ipsi Imperatores per suos agnoverunt. Ferdinandus II. enim Legatis Circuli Franconici anno 1629. 28. Aug. respondit. Es erinnere Sich Jhre Kayserl. Majestät / daß in dem einige Sachen / da man neue Gesetz und Constitutiones auffrichten wolle / deme im Reich Herkommen nach / solches auff gemeinen Reichs-Versammlungen constituirt werden solle. Et jussu ejusdem Imperatoris ad *literas Electoris Saxon. datas 28. April. anno 1629.* Responderunt Consiliarii Aulici: Neue Gesetz können Jhre Majestät nicht machen ohne Consens der sämptlichen Reichs-Ständ. *Thom. Maul. in Epist. Iconismo Aquilæ Rom. annexa.* add. *Instr. Pacis art. 8. vers. 1. 2. 3. 4. Cap. Leop. & Joseph. art. 2. vers.* Deßgleichen sollen und wollen wir / rc. Imperatorum nomine his partibus defuncti nonnunquam Reges Rom. Vicarii, aut Commissarii eorum. Vid. *R. I. de anno 1542. R. I. de anno 1525. 1526. 1527. 1543. qui primùm in postrema editione typis descriptus, cum in reliquis hactenus defuisset.* Nec dubitandum, quin Interregni tempore Vicarii Imperii tanquam provisores ejus, cum Statibus leges hujusmodi universales condere possint. *arg. c. 5. A. B. §. 1.*

5. Materia Recessuum varia. Præcipua

eorum

eorum capita ſunt: negotia belli, pacis, tributorum, monetæ, matriculæ redintegrationis, moderationis indictarum penſitationum, ordinationis Judicii Cameralis, adminiſtrationis juſtitiæ, recuperationis avulſarum ab Imperio provinciarum, &c. vid. omninò *Inſtr. Pac. art. 8. §. Gaudeant. & §. habeantur autem Comitia. &c.*

6. Formam eorum Subſtantialem mutuum Cæſaris ac Ordinum conſenſum eſſe monet *Paurmeiſter d. l. num. 84.* Quod modum concipiendi ac formandi illos attinet, notandum, quod poſtquam Imperator, Rex Rom. cum reliquis Statibus convenit, Electoris Moguntini ceu Archi-Cancellarii Imperii ſit, Receſſum conſcribere, qui ut omnia Comitiorum Decreta, quæ publicè fieri intereſt, ſcripto per Cancellarium vel Secretarium ſuum comprehendi, ita & ex iis Receſſum concipi & formari curat. Initium ejus plerumque ex verbis literarum Imperialium, quibus convocantur Comitia; narratio ex propoſitione; Expeditio ex relationibus & reſolutionibus Imperatoris & Statuum peti conſuevit, cumq; ea ſingula durante deliberatione accuratè obſervari à Cancellario vel Secretario Moguntino ſoleant, fit, ut brevi Receſſus formulam ſcripto comprehenſam exhibere queat. Hæc inde priùs in Senatu Electorum examinatur, antequam Deputatis Imperatoris & Statuum prælegatur, quod ita obſervatum *Ao. 1641. in Comitiis Ratisbonens.*

 docet,

docet *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. num. 195.* ubi addit, Senatui Electorum persuasum esse, id se habere præ reliquis Statibus præcipuum, Daß allein den Churfürsten in ihrem Raht das Concept deß Reichs-Abschieds abzulesen und zu überlegen gebühre/ solches aber dem Fürsten Rath/ nicht zu communiciren sey/ dann derselbe so wohl als der Reichs-Städte Rath zu warten habe/ biß ihm der Receß bey der gewohnlichen Deputation vorgelesen werde. Cui tamen sententiæ Senatus Principum contradicit, qui quid eo de negotio tum judicaverit, legere est apud *Limn. d. l.* Post hoc examen dein stato die in conclavi Electorum, Imperatoris, & omnium trium Collegiorum Deputatis (Electores autem singuli unum vel duos, qui tamen ratione suffragii pro uno habiti, Principes Ecclesiastici tantum tres, Seculares totidem, Civitates duos, ad hanc prælectionem mittere hactenus sunt soliti, in nuperis verò Comitiis *anno 1654.* habitis longe plures à Senatu Principum ad hanc revisionem ablegati, vid. Herden *l. 2.* Grundfest. *c. 10.*) Recessus prælegitur, sique quid hic majoribus votis mutandum existimaverint, id mutatur; Bis deinceps in membrana in Cancellaria Electorali Moguntina describitur, descriptus subscribitur, subscriptus sigillis confirmatur, tandemque solennis fit publicatio. Authenticarum autem illarum scripturarum (vulgò *Originalia* vocant) una in der Reichs Hoff-Canzley/ altera in deß

in deß Reichs Cantzley ap. Moguntinum seponitur: & Cameræ Imp. copia ad Imperatoris jussum à Moguntino transmittitur, ut secundum eam Processus in futurum decernat.

7. Ità legitimè formatis ac promulgatis Recessibus, ceu legibus Imperii universalibus, per modum contractus sancitis, omnes deinceps, qui Imperii Germanici sunt partes, adstringuntur, ita, ut non minus Imperator & Status constituentes, quam jure Comitiorum destituti Imperii subditi immediati & mediati omnes, ad eorundem observantiam obligentur, diverso tamen obligandi modo. Imperator enim & Status Imperii exindè per modum conventionis sive contractus ad constituta servanda tenentur, valent quippe Recessus Imperii illorum respectu tantum in vim conventionis sive contractus, per verba in Recessibus usitata: **Haben uns demnach mit ihnen/ und sie sich hinwider mit uns verglichen/** imò in **Erklärung deß Landfriedens/** *de anno 1500. in fin. pr.* expresse dicitur: **Und haben uns deßhalben mit und gegeneinander in Contractsweiß vereiniget/ verpflichtet/ und verschrieben/ rc.** Conf. *R. I. de anno 1559. §. 85. ibi:* **Solches alles und jedes/ so obgeschrieben stehet/ und uns Kayser Ferdinanden betrifft/ gereden und versprechen wir/ bey unsern Käyserl. Würden und Worten/ stet/ fest/ unverbrüchlich/ aufrichtig/ zu halten und zu vollziehen/ deme stracks und unverweigert nachzukommen.** & *§. seq.* **Und wir Churfürsten/ rc.**

ſten / ꝛc. gereden und verſprechen/ ꝛc. *R. I. de anno 1654.* §. über dieſes 197. *in fin.* §. und wir 199. add. *Capit. Leopold. art. 38. Joſeph. art. 37.* Illi autem qui non Status Imperii, ſed meri ſubditi ſunt, iisdem tanquam legibus ſuperiorum obligantur, eorum ratione etenim in vim LL. Receſſus valent. Neque hoc novum eſſe, ut utraque vis contractus & Legis uni negotio tribuatur, jam pridem obſervavit Grot. *2. de J.B. & P. 14. num. 9.* ibi Felden. *in annot.* Jurant etiam duorum ſummorum in Imperio Tribunalium Judices & Aſſeſſores, ſe jus ſecundum Receſſus hos litigantibus ibid. reddituros. vid. Juramentum der Reichs-Hofräth. *in Ferd. III. Ord. Conſ. Aulic. tit. 7. circa fin.* & Aſſeſſorum Cam. *p. 1. tit. 57. Ordin. Cam.*

8. Prima Receſſuum Imperii collectio à Petro Trachen/ Sculteto Spirenſi, facta *anno 1527.* in lucem prodiit ſub tit. Alle und jede deß Reichs Ordnungen ſampt der Guldnen Bull und Abſchieden ꝛc. Auß Befehl Keyſerl. Majeſtät Stadthalters und Regiments im Reich zuſamen geleſen/ durch Peter Trachen / Schultheiſſen zu Speyer. Inſecutæ editiones Wormat. *anno 1536.* Moguntinæ *an. 1548. 1552. 1559. 1563. 1567. 1599. 1607. 1614. 1615. 1621. 1642.* quam excepit demum ultima *anni 1660.* quæ quamvis Receſſus *anni 1510. 1535. 1543. 1559. 1569.* qui in prioribus deerant, adjecerit, nihilominus tamen non immeritò de ejusdem perfectione dubitave-

bitaveris, cùm promittat exhibere omnes ab *anno 1356.* usque ad *annum 1654.* in Comitiis factos Recessus, nullus autem de *anno 1356. usque ad annum 1442.* factus inibi habeatur, cùm tamen intra tantum temporis spatium nullos fuisse conditos Recessus vix quisquam credere possit. Quid quod ex *Chronico Lehmanni Spirensi l. 7. c. 63.* Comitia *anno 1389. 1398. & cap. 80. iterum an. 1431. 1437. 1440.* habita fuisse (certè non sine effectu) constet, & Constitutio *de re monetariâ*, cujus expresse fit mentio *in R. I. de anno 1551. §. 36.* & apud *Goldastum p. 2.* der Reichs-Satzung. *p. 156.* exhibetur, Recessui haud adjungatur, quod omninò fieri debuisset. Confer *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. nu. 225.* Utinam verò non simul tot tàm veteres, quàm posteriores editiones scaterent vitiis, quæ adeò non corrigit ultima *anni 1660.* ut plurimis etiam locis passim augeat. vid. omninò *Dn. Maurit. d. dissert. de R. I. th. 37. 38. Dn. Joachimus Hagmejerus apud Schützium vol. 2. J. P. Disp. 4. th. 1. lit. B.* Paulum IV. Papam Recessus Imperii inter libros prohibitos retulisse tradit, eaque de re Ferdinandum I. Imp. non semel conquestum, *Petri Suavis Historia Concilii Tridentini* teste adductâ. Cæterùm totum volumen Recessuum inter libros prohibitos ab ipso relatum, vix ibidem deprehendes.

9. Nullæ Constitutiones magis Imperio quietem & tranquillitatem conciliant, quam illæ

illæ de *Pace Prophana*, ac *Religiosa*; quas proinde hoc capite qq. considerare animus est. Fundatur autem illa divisio Pacis (utinam re nunquam divisæ) *in Prophanam sive Imperij* den *Profan*- oder Landfrieden / & *Religiosam*, *sive Religionis*, Religions-Frieden / *in R. I. de anno 1555.* §. Setzen demnach/ ꝛc. 14. *R. I. de an. 1591.* §. alsdann wir/ ꝛc. 94. Utraque verò Pax illa Publica est, h. e. servanda ab universis Imperii civibus, & ab ipso etiam Imperatore. Illa tamen, quæ res profanas respicit, *specialiter* Publica vocatur. Estque nihil aliud, quam *Pragmatica Sanctio perpetuò valitura, unanimi Imp. & Ordinum Imperii consensu promulgata, de sibi invicem vim publicam non inferendo, sed inferendam aut illatam mutuis viribus removendo, ut sic quisque rebus ac juribus suis liberè uti, & ubique tutò vivere possit.*

10. Originem suam saluberrima hæc Constitutio refert ad Maximilianum I. Imperatorem laudatissimum, qui Judicio Camerali in *Comitiis Wormatiensibus anno 1495.* instituto, eandem concordi Statuum Imp. suffragio & consensu *dicti anni die 7. August.* promulgavit vid. Königl. Landfr. *d. ann. pr. in fin.* Omninò necessarium fuit intestinos motus, scceleratas admodum frequentes diffidationes, clancularias invasiones, direptiones, deprædationes &c. plurimum Imperium devastantes, per peculiarem legem abolere, ut tuta inter impro-

bos

bos esset innocentia, inque ipsis improbis severis minis refrenaretur nocendi facultas. Repetiit post eandem Constitutionem Maximilianus *anno 1500. Augusta Vindelicorum* superadditis aliis quibusdam capitibus, quæ videbantur priori Constitutioni deesse. Maximilianum secutus est Carolus V. Imper. Carolo Magno ætate & annis quidem posterior, sed virtute atque animi dotibus par omninò & similis. Videns enim plurimum momenti positum esse in pace publicâ, non tantùm ea, quæ à Maximiliano hunc in finem edita, omnia approbavit, sed etiam in diversissimis Comitiis & diætis multum auxit. Testantur hoc ipsum *Recess. Worm. anno 1521. Norimb. anno 1522. Augustanus de anno 1548. 1551.* idem factum à fratre ipsius Ferdinando I. *Augusta Vindelic. anno. 1555. Ratisbonæ 1557. Augusta 1559.* Non potuit satis augeri, ideoque à singulis ferè Impp. crescente hominum petulantiâ, nova subinde adjecta sunt capita ac clausulæ novæ, ne cuiquam daretur occasio elabendi. Maximilianus II. *Augusta anno 1566. Spira anno 1576.* & Rudolphus II. *anno 1598.* quasi colophonem ei imposuerunt, omnia illa inserentes, quæ ex facti speciebus noviter emerserant, ab illo tempore enim à sequentibus Imperatoribus nihil novi amplius additum.

11. Finis saluberrimæ hujus Constitutionis est publica tranquillitas, ne ex illicitis moti-

bus

bus & turbis bello involvatur Germania, quæ nasci plerumque solent, si quis alterum aggrediatur, & possessionibus suis exuat.

12. Præcipui Pacis hujus articuli sunt sequentes: ut I. omnes diffidationes per Imperium sublatæ sint. Land-Fried. *de Anno 1548. art. 1.*

II. Nemo cujuscunque sit dignitatis aut status ullo prætextu alteri bellum denunciet, eum spoliet, capiat, invadat, obsideat, aut fœdus contra eundem ineat. Land-Fried. *de d. anno præfat. §. 1.*

III. Nemo alterum possessione sua, regalibus, jurisdictione, ac aliis quibuscunque bonis ac juribus armatâ manu factoque violento privet. *d. §. vers.* Daß auch keiner den andern/ rc. (quod confirmatum in *Instrum. Pacis art. 1. §. 2. inf. art. 17. veruntamen*: ibi: *Nulli omninò Statuum Imperii liceat jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ sive jam exortum jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ Pacis.*

IV. Quilibet alienos subditos per territoria sua libere commeare aut migrare sinat, nec permittat illis à suis vim inferri, aut eos quovis modo gravari. *d: §. 3. vers.* sondern soll. rc.

V. Nemo alteri subditos suos abstrahat, aut ad inobedentiam concitet, aut contra morem Majorum sine superioris scientia in clientelam suscipiat. *d. §. 1. vers.* Noch seiner Unterthanen. rc.

VI. Ne-

VI. Nemo ei, qui in debito loco jure æquo uſurus, victualia, commercia, penſiones ac reditus detineat. *R. I. Aug. de anno 1555. §.* Gegen demnach, ꝛc.

VII. Status Imp. milites vagos (die Umblauffende/ Gardende/ und Herrenloſe Knecht/ Landläuffer/ Hanenreuter/ Freybeuter/ ꝛc. vid. *Wehner. voc.* Freybeuter) reprimant, implorato, ubi opus fuerit, vicinorum auxilio, Kayſerl. Landfried/ de anno 1548. *art.* von den Herrenloſen Knechten/ ꝛc. 24.

VIII. Nemo alterius ſubditos, qui ob delicta profugiunt, aut dominis ſuis minantur, hoſpitio recipiat, aut foveat. *d. Conſt. articul.* Friedebrecher/ ꝛc. *16.*

IX. Nemo pacifragis vel per ſe, vel per alios inſerviat, conſilio, opeve ulla adſit. *d. Conſt. præf. §. 2. & art. 8. R. I. de anno 1555. §. 14.* aut eos hoſpitio recipiat. *d. Conſt. artic.* Auffhebung allerley Freyheit/ ꝛc. *27.*

X. Quilibet pacifragos & offenſores perſequatur; læſis etiam non imploratus auxilium ferat. *d. Conſt. art. 6. pr.*

XI. Si pacifragi, eorumque auxiliatores in bannum Imperii declarati fuerint, requiſitus bannum citò exequatur. *d. art. §. fin.*

XII. Læſis contra pacifragos, eorumve aſſeclas & receptatores, defenſio ac perſecutio omninò ſit licita. *d. Conſt. art. 3. §. 1.* In alieno quoque territorio, juxta modum *in R. I. de an-*

no 1559. §. Und wie wol in solcher / ꝛc. *21. & seq.* determinatum.

XIII. Nemo declarati in bannum pacifragi bona in ipsius commodum recipiat. *d. Const. art. 21. junct. prac. 20.*

13. Qui in hosce Pacis Publicæ articulos, vel committendo vel omittendo, quod quibus contingat modis. vid. *in Ord. Cam. p. 2. tit 9. seqq. Schüz. vol. 2. D. 4 thes. 3. & 4.* peccat, Pacem Publicam fregisse dicitur, & de fracta Pace Publica accusari potest, modò hæc tria concurrant requisita 1. scil. vis illata sit publica *R. I. de anno 1548. in pr. Const. Pac. Public.* ibi: Mit gewaltiger That / *junct. Conc. Ord. Camp. p. 2. tit. 10.* §. *4.* ibi: Mit offentlichen Gewalt. 2. Armata manu, i. e. pluribus collectis & coadunatis hominibus armatis. *d. Const. verb.* Mit gewehrter Hand. 3. Ex proposito & dolo. *d. Const. verb.* Fürsetzlich / gefährlich und freventlich / ꝛc. de quibus plura vid. ap. *Carpz. Pr. Cr. p. 1. quæst. 35. n. 14. seqq. Gail. de P. P. c. 7. Schütz. d. D. 4. th. 5. lit. C. D. E. Blum. in Proc. Cam. tit. 29. num. 11. seqq.* Nec refert an immediatè *vel* mediatè Imperio subjectus; an mas *vel* fœmina sit; sicuti nil quoque refert, utrum Pacem hanc frangens persona sit secularis, aliàs quoque Cameræ jurisdictioni exempta, *vel* Ecclesiastica, modò hæc immediate Imperio sit subjecta, Regalia ab Imperio agnoscens; (de Ecclesiasticis enim

enim notandum, eos tùm demum hîc conveniri posse, si Imperio immediatè subjiciantur & Regalia ab Imperio habeant. *Gail. de P. P. lib. 1. c. 1. num. 12. 13. seqq. Schütz. d. l. th. 6. lit. B.*) an vera *vel* mystica sit persona. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. numer. 1. seqq.* Et fieri quidem potest hæc accusatio non tantùm ab ipsis læsis, secularibus & Ecclesiasticis, (sed his tantùm Statibus Imp. existentibus, si enim non sunt Status Imperii, neque immediatè Imperio, sed suis Prælatis & Superioribus parent, tantùm civiliter ob fractam pacem ad restitutionem bonorum ablatorum, damnaque accepta resarcienda agere, non etiam criminalem accusationem super turbatâ pace instituere possunt. *Schütz. d. l. th. 5. lit. A.*) sed etiam aliis quibusdam personis, maximè si læso vinculô cognationis vel aliàs conjuncti. *Mynsing. 4. O. 34.* An & à Procuratore? Ita sanè *Gail. de P. P. lib. 1. c. 19.*

14. Judex competens autem in causa fractæ Pacis Publicæ est vel Camera, vel Judicium Aulicum, vel loci ordinarius, modò reus non fuerit persona Ecclesiastica inferioris ordinis, ea enim coram superioribus suis, adeoq; judice Ecclesiastico, forum sortitur. *Schüz. d. l. th. 7. D.*

15. Pœna pacifragis constituta est proscriptio sive bannum imperiale, præter quam adhuc alia pœna pecuniaria 2000. marcarum auri puri (quarum una 72. efficit aureos Rhena-

nos) inter fiscum & accusatorem dividenda. *R. I. de anno 1521.* §. Wie der Landfried / 2c. ut & perditio privilegiorum ab Imp. concessorum, contra P. P. violatores definita est, *in d. Const. de P. P.* Et in arbitrio actoris est, an ad pœnam fractæ pacis & restitutionem damni conjunctim, vel separatim ad unum eorum agere velit *O. Cam. p. 2. t. 9. R. I. de anno 1555.* §. Wir setzen/ ordnen und wollen. Excluditur autem actio ad pœn. 20. ann. spatio. *arg. l, 12. C. ad L. Corn. de fals. Myns. 4. O. 35.*

16. Sed pergimus ad alteram speciem, Pacem scil. Religiosam, quam definimus, quod sit *Sanctio Pragmatica perpetuò valitura, concordi Imperatoris ac Statuum Imp. consensu de religione Protestantium non minus quam Pontificia liberè colendâ, & de se invicem religionum harum intuitu non turbando, in Comitiis Aug. anno 1555. facta atque promulgata, & modo anno 1648. iterum per instrum. Pac. Osnabr. Monast. confirmata.*

17. Pax hæc non sine maximis laboribus, periculis & difficultatibus in Imperio parta est. Cum enim à temporibus Hildebrandinis Potestas Pontificialis insurgere cœpisset, paulatim Præsul Romanus cùm vi, tùm astutia, Vicariatus Christi prætextu, obtinuit, ut omnis in toto propè Christiano orbe circa religionem potestas & cura soli sibi permitteretur. Ista verò suâ potentiâ quàm ad libidinem,

nem, variique generis ſordes, (nundinatione indulgentiarum, in ſummum Chriſtianæ religionis opprobrium, præter alios *Joh. Tezelio*, Pirnenſi, Dominicano Monacho, præfecto, inſtitutâ,) ac ad dominatum ſecularem ſtabiliendum, turpiter abuſus ſit, quàmque genuina Chriſtianæ fidei ac pietatis dogmata abſurdis ſuis & inficetis traditionibus & corruptelis infeſtaverit, vel adhuc ex præſenti ſtatu religionis Pontificiæ, quàm ferè totam in quæſtu habent Sacrificuli, videre eſt. Et quò non ampliùs progredi auſa fuiſſet Papalis ambitio, niſi haud multò poſt initium ſuperioris ſeculi contra eam ingenti ac propè incredibili conatu inſurgere cœpiſſet Martinus Lutherus, Theologus Wittebergenſis, Islebii in Comitatu Mansfeldico, *anno χειϛογονίας 1483. 10. Nov. hora noctis 10.* Patre Johanne Luthero, metallurgo, natus. Licet autem ipſe mox à primis, *Witteberga d. 31. Oct. anno 1517.* contra impias illas nundinationes, aliaque ſuperſtitioſa, & conficta Roman. Cathol. Eccleſiæ dogmata propoſitis theſibus, tàm vi aperta, quàm clancularìis inſidiis, ac neſcio quibus fulminibus, cùm à Pontifice Romano (Leone X. qui cenſuram iſtam ſanctitate ſuâ indignam ratus, in ipſum ſtatim detonans præfervidâ ſuâ ſeveritate haut parum ipſimet ſuæ ſuorumque in fictitiâ Petri Cathedrâ ſucceſſorum majeſtati & omnipotentiæ nocuit: quaſi in

ſatis fuiſſet, ut barbara Rom. Papæ in conſcientias tyrannis convelleretur) tùm maximis ac potentiſſimis Europæ Principibus peteretur, divinis tamen auſpiciis, quæ certè vix hic minora, quam ipſo Chriſtianiſmi initio fuerunt, ac pauciorum quorundam Procerum, (qui ex interpoſitâ contra Edictum Wormatienſe de d. 13. Octobr. 1529. de perſequendis Lutheranis proteſtatione, nomen Proteſtantium, quod hodienum Aug. Conf. addicti gerunt, acceperunt,) præſidio ſubnixus, rem brevi eò perduxit, ut jam omnes propè enormiſſima Aulæ Romanæ vitia palàm fateri, jamque tàm precibus, quàm minis Papam de Concilio legitimo, quo ea corrigi, religionumque diſſidia componi poſſent, interpellare cogerentur. Sed vix tàm poteſt ſcarabæus roſas effugere, quàm tum quidem à Concilio Aula Romana, maximè ſub Clemente VII. & Paulo III. abhorrebat. Hinc variis artibus ſpem ac obteſtationes Imperatoris ac Principum fruſtrabatur, oblatis ferè ejusmodi locis in Italia, quò venire Proteſtantibus Principibus minus tutum erat.

18. Suum interim qq. Cæſar, ſtans à parte Pontificis, maſculè egit, & cum apertâ vi non poſſet, quantumvis in bello Schmalcaldico, (quod duobus tomis exactiſſimè perſecutus eſt *Hortlederus*, *& breviter Burgold. ad Inſtr. Pac. p. 1. diſc. 1.)* ſuperior Proteſtantibus eſſet, occul-

occultâ arte in Ecclesias nostras totius Papatus lernam denuò reducere tentavit, libro, qui *in Recessibus Imp. Declaratio Religionis*, *Interim vulgò*, nominabatur, proposito, quem Protestantibus quantumvis invitis ac reluctantibus obtrudere nisus fuit. Authores ejus Triumviri neutrales *Julius Pflug*, *Episc. Naumburgensis*, *Michael Sidonius*, *Episc. Mersburg.* & *Joh. Islebius*, aliàs *Agricola* dictus. Sed nec quicquam profuit Cæsari Interimisticæ illius religionis commentum, ab utriusque partis Dd. quippe acerrimè impugnatum fuit, unde ita contemni cœpit, ut quibusdam *religionis monstrum*, *scortum*, *idolum*, aliis *Sphinx Interimistica*, & proverbio diceretur, das Interim habe den Schalck hinder ihm. Vid. *Sleidan. lib. 20.*

19. Pontifex, qui quidem authoritatem suam periclitari jam metuebat, si porrò Principum spes, quam in Concilio habebant, frustraretur, seriò rem agere, locumque Concilio Tridentum in confinio Germaniæ & Italiæ situm destinare cœpit, sibi tamen servato supremo totius negotii directorio. Quamquam autem contra hoc Pontificis reservatum, quippe naturali rationi, omniumque gentium moribus contrarium, ut reus quis pariter & judex sit, aliquoties solenniter protestati sint Reformatæ Religionis Principes ac Status, nihil tamen impetravere. Hinc etiam non tantùm nihil erro-

rum ac abusuum Ecclesiæ Catholicæ illo Concilio improbatum, sed plurima insuper, quæ hactenus indifferentia, interque ipsos Pontificios Dd. controversa fuerant, sub anathematismo tanquam necessarii fidei ac Religionis Christianæ articuli obtrudi voluerunt, ut sic tantum abfuerit, dissidium illud inter Catholicos & Protestantes hoc Concilio compositum fuerit, de quo magnam adhuc spem plurimi conceperant, ut potius longè remotius eo ipso ab invicem sint separati. Cœterum Processum ac Decreta Concilii hujus Tridentini, quod *anno 1564.* finem impetravit, sub examen revocarunt duo summi Viri, alter Lutheranus, *Martinus Chemnitius*, *Pastor Primarius Brunovicensis*, de quo verè pronunciatum: quod parum profecisset prior Martinus, (*Lutherus* nempe) nisi alter, (*hic* puta,) ipsum excepisset; alter Catholicus mutato nomine *Petr. Suavis* dictus, sed cui verum nomen est *Paulus Sarpus*, *Monachus Eremitici ordinis ac Reipubl. Venetæ Theologus:* Scriptum ejus eruditissimum, fereque antiquitatis Ecclesiasticæ thesaurus.

20. Cum tandem pacem rebus Germaniæ variis bellis devastatæ necessariam esse videret Cæsar, nullaque componendi dissidii religiosi ratio superesset, moderato Ferdinandi I. tùm Rom. Regis ingenio res eò perducta est, ut *anno 1552. Passavii* paciscerentur invicem Cæsar ac status Imp. ut deinceps quicunque Status, aut

aut alioqui immediatè Imperio ſubjecti ſint, liberum habeant in territorio ſuo ſive Catholicæ ſive ſecundum formam Aug. Confeſſionis reformatæ religionis conſtituendæ & tractandæ jus & exercitium; Hæc ipſa transactio posteà *Comitiis Auguſtanis anno 1555.* Comitiali conſenſu Lege publicâ, quâ ut utraque tàm Evangelica ſive Auguſtana, quàm Pontificia in Imperio poſthac tolerari religio debeat, & nemo cujuscunque ſtatus, dignitatis aut gradus ille ſit, alterum quocunque ſub prætextu gravari, invadere, lædere aut damnare præſumat, cautum eſt, confirmata. Et hæc eſt illa diu deſiderata *Pax Religionis*, quam ob non adhibitum Pontificis Romani conſenſum, irritam eſſe, fremant licet Jeſuitæ, nunquam tamen obtinebunt; quid enim Præſul Vaticanus cum Sacroſancto noſtro commune habet Imperio? Qui verò eam Imperatori ac Statibus Catholicis vi, ferroque ab Evangelicis extortam eſſe clamitant, næ illi malè Inviƈtiſſimi Principis (imò & propriæ) exiſtimationi conſulunt. v. omnino *Petr. Syringius de Pac. Rel. concl. 15. lit. D.* Quâ enim quæſo fide, quâve fronte extortam dicunt Pacificationem toties tantâ verborum religione confirmatam. Digna erunt lectu verba *Inſtrum. Pac. Osnabr. art. 5. §. 1. Transactio anno 1552. Paſſavii inita & hanc anno 1555. ſecuta Pax Religionis prout ea anno 1556. Auguſtæ Vindelicorum & poſt in diverſis Comitiis Univerſalibus*

S. R. Imp. confirmata fuit, in omnibus suis capitulis unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis consensu initis & conclusis, rata habeatur, sancteq; & inviolabiliter servetur. add. *art. 6. §. 17.* ubi prohibetur, *ne quisquam publicè privatimq; concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam vel Osnabrugensem Declarationem uspiam impugnet, dubium faciat, & assertiones contrarias inde deducere conetur. &c.*

21. Materia circa quam versatur hæc Pacis Constitutio, quæ sit? ex dictis constare jam potest, Libertas scil. religionis, per quam tamen, cave, ne omnimodam religionem quamcunque amplectendi licentiam intelligas; eam enim religionum confusionem in bene constitutâ Rep. minime ferendam, nec hæc, nec ulla alia Imp. Constitutio unquam permisit vel indulsit, sed apertè libertas illa religionis, quæ dicta Constitutione concessa, ad Romano-Catholicam, Augustanam, & (ex unanimi Cæsareæ Majestatis, omniumque Ordinum Imperii consensu, excepto Saxone, in Conventu Osnabr. Monaster. facta declaratione. vid. *Instrum. Pac. art. 7.*) Reformatam restricta est, ita ut præter has aliam, quocunque illa veletur operculo, Pacificatio hæc agnoscat minimè. Forma quæ sit? ex definitione colligi potest.

22. Effectus consistit in libero religionis

alterius

alterius ex illis exercitio & rerum Ecclesiasticarum administratione. Ad Exercitium autem tria maximè necessaria sunt. I. Publica doctrinæ professio, ut scil. tam A. C. addictis, quam Catholicis, palam religionis suæ fundamenta profiteri & scriptis contra quoscunque, adeoque & ipsos Pontificios defendere liceat. §. Und damit solcher Friede/ ꝛc. 15. ibi: Von wegen der Augspurgischen Confession und derselben Lehr Religion und Glaubens halben. ꝛc. II. Disciplina Ecclesiastica, ad quam pertinet Suspensio Ecclesiasticæ Jurisdictionis Pontificis Rom. & Episcoporum, Catholicorum, quam Principes Imperii A. C. agnoscere ampliùs noluerunt, sed Superioritatis jure sibi iterum vindicarunt & receperunt. §. Darmit auch beyde obberührte Religions Verwandte / ꝛc. 20. Cujus præcipua capita sunt hæc 1. Cognitio de Confessionis Augustanæ veritate. 2. Cognitio de caussis spiritualibus & inter personas Ecclesiasticas. 3. Excommunicatio, quæ est censura à Canone vel judice Ecclesiastico prolata, privans legitima communione Sacramentorum, & quandoque hominum. Estque vel major vel minor. vid. *Schuz. v. 2. D. 4. thes. 13.* 4. In suspensâ Jurisdictione Episcopali Pontificis Rom. se fundarunt Protestantes, cum anno 1581. Gregorius XIII. ipsis vellet obtrudere Calendarium suum, ejusque intuitu repudiarunt. III. Con-

Constitutio Ministeriorum. Quæ omnia latiùs explicata vid. *ap. Syring. d. differt. concl. 23. & seq. Schüz. th. 13.* In rerum Ecclesiasticarum administratione consideranda sunt Templorum Collegiorumque exstructio, & bonorum Ecclesiasticorum cura.

23. Exercendæ religionis alterutrius facultas competit post Cæsarem 1. Regi Romanorum. 2. Statibus Imperii, quos in tres classes distribui, ita, ut in prima Electores, in secunda Principes una cum Comitibus & Baronibus, in tertia liberæ Imp. Civitates consistant, in vulgus notum est. Et in Electoribus ac Principibus secularibus quidem nulla est difficultas, possuntque tam Catholici, quam A.C. addicti in suis territoriis & provinciis, vigore hujus Pacificationis, religionem suam liberè exercere, & exercitium semel introductum rursus mutare *Const. Pac. relig. Anno 1555.* §. Und damit solcher Fried / 2c. 15. Ecclesiasticorum verò potestas restricta est. §. Und nach dem. 18. ubi cautum. Wo ein Ertz-Bischoff / Bischoff / Prälat / oder ein anderer Geistlichen Standes / von unser alten Religion abtretten würde / daß derselbig sein Ertz-Bistumb / Bistumb / Prälatur / und andere Beneficia, auch damit alle Frucht und Einkommen / so er davon gehabt / alsbald ohn eine Widerung und Verzug / jedoch seinen Ehren ohnnachtheilig / verlassen / auch den Capitteln / und denen

nen es von gemeinen Rechten / oder der Kirchen und Stifft Gewohnheiten zugehört / ein Person der Alten Religion verwandt / zu wehlen und zu ordnen zugelassen seyn. rc. Sed huic clausulæ dignitate al:qua in Ecclesia prædictos ad Protestantium religionem transeuntes beneficiis suis (salvâ tamen existimatione) privanti, quæ vulgò *Reservatum Ecclesiasticum*, der Geistl. Vorbehalt / dicitur, Principes & Status Imperii Augustanæ Confessionis sese, tàm in Constitutionis actu, quàm postea, voce & scriptis acriter opposuerunt, semperque invaliditatis eam arguerunt, prout patet ex oppositionibus, supplicationibus, protestationibus, replicationibus, recensitis à *Lehm. in actis public. de Pac. Religion. l. 1. c. 10. seqq. l. 3. c. 38.* Conf. *Syring. d. dissertat. concl. 37. Limn. lib. 1. c. 13. num. 34. seqq. Schüz. vol. 2. diss. 4. th. 15. lit. A.* Tandem verò *Instrumento Pacis. art. 5. §. 1. Bona Ecclesiastica, 14. & seq. 15.* res ad æqualitatem perducta, sic, ut, si Catholicus ad Evangelicam religionem, vel contra Evangelicus Episcopus ad Catholicam religionem accesserit, eo ipso Episcopatum & bona Ecclesiastica amittere debeat, salva existimatione. vid. *Fritsch. Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 7.* idem repetens in *annot. ad Instrum. Pacis art. 5. p. 445. seqq.* add. *Dn. Ulric. Obrechti Diss. de Reservat. Ecclesiast.* 3. Nobilibus Imperio immediatè subjectis. vid. *R. I. de Anno 1555.*

no 1555. §. Und in solchem Frieden sollen die Frey-Reichs-Ritterschafft / welche ohn Mittel der Kays. Majestät und uns unterworffen/auch begriffen seyn/ also und der gestalt/ daß sie obbemeldter Religion halber auch von niemand vergewaltiget / bedränget und beschwehret werden sollen. *26. Instrum. Pac. art. V. §. Libera. &c. 27.* 4. Quoque libera religionis alterutrius colendæ facultas mediatis Imp. Comitibus, Landsassiis, Vasallis, Civitatibus & subditis Statuum vigore Pacis hujus religiosæ competit. Nec quisquam propter mutationem religionis in Imperio permissæ mulctari, incarcerari, aut alio modo turbari, sed quisque à domini religione dissentiens suique cultus exercitio destitutus è territorio liberè exire, nec invitus retineri, vel dimissorialibus literis ipsi denegatis, ut maneat, cogi potest. vid. *Myler. de Stat. Imp. cap. 85.*

24. In causa fractæ Pacis religiosæ judex competens est Camera Imperialis *R. I. de anno 1555.* §. Wir befehlen und gebieten auch hiermit. *R. I. de anno 1566.* §. Nach dem dann / *6. vers.* Wir wollen / rc. Sed an & Senatus Aulicus? gravissima est quæstio, in utramque partem agitata. vid. *Limn. l. 9. c. 2. num. 127. & seqq. Rümelin. p. 3. d. 6. coroll. 5. Schüz. vol. 2. D. 4. th. 17. lit. B.* Hinc anno 1582. à Dominis Cameralibus inter Cameræ dubia relata, & Imperatori ac Statibus in Comitiis decidenda

denda relicta. vid. *Lehmann. in act. Publ. Pac. relig. lib. 3. c. 30. num. 4.* Ac in Comitiis Ratisbon. anno 1613. inter Statuum Imp. gravamina Imperatori oblata reperitur. vid. *Lundorp. tom. 1. act. publ. l. 1. c. 38.* Nec levis est controversia, utrum necesse sit, ut litigantes Imperio immediatè subjecti sint? In qua itidem variantes Dd. sententiæ. vid. *Rumelin. d. D. 6. coroll. 6. Schüz. d. th. 17. lit. C. Blum. Proc. Cam. c. 28. n. 65. 73. 77.*

25. Superest Pacificatio Osnabrugo-Monasteriensis (der Münster und Osnabrückische Friedenschluß) *quæ* definiente *Fritschio*, *est solennis & perpetuò duratura conventio, inter Imperatorem ac Status Imp. inter se, & Regem Galliæ, Reginam, Regnumque Sueciæ, eorumque confœderatos, de habenda pace, deponendis armis, & tollendis gravaminibus, controversiis circa Religionem, bona Ecclesiastica, Administrationem justitiæ, aliaq; negotia Imp. subortis, sopiendis, anno 1648. unanimi consensu inita.*

26. Dicitur ea *Palladium & Arx Imp. inexpugnabilis. Burgold. p. 1. disc. 2. membr. 1. n. 14. Imperii columna & Basis, qua tota Imperii structura innititur. id. d. l. num. 18. Imperii vinculum & coagulum id. ibid. n. 19. Lex Fundamentalis perpetua: Murus aheneus: cujus authoritas meritò Sacrosancta esse debet, quippe à qua salus ac tranquillitas totius Imp. dependet*, hinc meritò illa fundamentum Pacis Neomagi *Anno 1679.*

no 1679. d. 5. Febr. conclusæ, nec non Armistitii d. 15. Aug. 1684. pacti, constituitur. *Item* **der gemeinen Reichs- Stände Bibel.** *Franc. Iren. in Coll. Jur. Publ. in Burg. disc. ad Instrum. Pac. p. 3. disc. 1. p. 2. in med.*

27. Constitutio ipsa dicitur vulgò *Instrumentum Pacis*, quod duplex: *Cæsareo-Suecicum*, & *Cæsareo-Gallicum*, utrumque procemio, tractatu, & conclusione constat. Illius tractatus septendecim articulis sive capitulis includitur, quorum summam *Burgold. p. 1. disc. 2. membr. 2.* seqq. comprehendit versiculis:

Articulis *septem & denis* Pax Suecica constat:
Primus amicitiæ conjungit *fœdere* partes:
Præteriti immemores vult læsos esse *secundus*:
Pristina *restituit ternus* sua *jura* cuique:
Enumerat *quartus speciales restituendos*:
In sacris quintus conflata *gravamina* solvit:
Helvetiis sextus dat *libertatis* honorem:
Septimus in *fœdus Calvinum* Pacis adoptat:
Jura Politiæ Statibus *bis quartus* adumbrat:
Flori restituit veteri *Commercia nonus*:
Bellorum *decimus* partitur *præmia* Suecis:
Brandenburgiaco undecimus Pomerana resarcit:
Mechlenburgiacis bis senus adempta rependit:
Brunsvvigum decimi demulcent munera *terni*:

Dat

Dat *Confessori decimus* solatia *quartus*:
Hassum terquino placant & Clerus & Hassus:
Arma *bis Octonus* sistit *pacemq́*, reducit:
Septimus hanc *firmat decimus*, redditque perennem.

Nimirum respiciunt articuli.

I. Amicitiam ac Pacem inter Imperatorem & Status cum Rege & Regno Succiæ perpetuo stabiliendam.

II. Amnestiam generalem.

III. Restitutionem in genere.

IV. Restitutionem in specie: quibus *scil.* personis, familiis ac Domibus, quando & quomodo fieri illa debeat.

V. Religionis securitatem, Pacem, causas atque negotia.

VI. Helvetiorum possessionem libertatis & exemtionis firmatam & approbatam.

VII. Reformatorum receptionem in præsentem & omnes alias Imperii transactiones, leges atque constitutiones: Item Protestantium inter se Jus reformandi.

VIII. Confirmationem omnium Statibus, ac in specie liberis Civitatibus, competentium Jurium, prærogativarum, privilegiorum, regalium, &c. It. Promissionem indagandi æquum inter Creditores & Debitores temperamentum.

IX. Abolitionem noviter inventorum vectigalium & teloniorum.

X. Satisfactionem Suecicam.
XI. Electoris Brandenburgici æquivalentem compenſationem & reſtitutionem.
XII. Megapolitanorum Ducum æquivalens & ſatisfactionem.
XIII. Brunſwicenſium & Luneburgenſium Ducum compenſationem, ſatisfactionem & reſtitutionem.
XIV. Marchionis Brandenburgici Chriſtiani Wilhelmi ſatisfactionem.
XV. Haſſo-Caſſellanam ſatisfactionem.
XVI. Præſentis transactionis executionem, quæ conſiſtit in reſtitutione & præſtatione.
XVII. Præſentis Pacificationis ratihabitionem, validitatem, pœnalem aliamve munitionem.

28. Hujus tractatus tredecim conſtat articulis, quorum ſumma etiam his continetur verſiculis:

Articulis quatuor minor eſt Pax Gallica Suecâ,
Nonnihil in rebus varians, ut in Ordine rerum.
In *quatuor primis* (niſi quod removetur Iberus;)
Vix eſt diſparitas in re, neque diſcrepat ordo:
Quintus ineſt *quinto*: Gallorum & *ſeptimus* uni:
In ſexto ſociis Gallus dat præmia Cattis:
Hel-

Helvetiis quod *ſextus* ibi dat, *ſeptimus* iſthic:
Nonus & octavus ſimiles ſunt prorſus utrisque:
At *decimus*, Gallis loca quæ cedenda, recenſet:
Undecimo in partes Galli Pax Itala tranſit.
Ultimus his illisque ferè & *penultimus* idem eſt.

Continetur ſcil.

I. Ne paciſcentium alter alterius hoſtes præſentes aut futuros nullo unquam prætextu contra alterum, ſive conſilio, ſive ope, clam aut apertè juvet.

II. Ut controverſia Lotharingica amicabiliter, non armis componatur.

III. Reſtitutio Domus Palatinæ.

IV. Reſtitutio Ducum Würtembergicorum.

V. Reſtitutio Marchionum Badenſium.

VI. Satisfactio Gallica.

VII. Reſtitutio Auſtriacis à Gallo facienda.

VIII. Ducum Sabaudiæ & Mantuæ ſatisfactio & inter ſe conciliatio, &c.

Pax Noviomagenſis Cæſareo Gallica 5. *Februar. 1679.* concluſa 36. articulis conſtat, quorum ſummam his exhibet verſiculis Dn. Jacobus Otto, JCtus & Conſil. Reip. Ulmenſis *in Templo Pacis & Paciſcentium.*

Sex & triginta Articulis Pax Gallica conſtat:

Primus præteriti immemores vult temporis esse:
Westphalicam Pacem firmando limitat *alter*:
Est fortalitium *terni quartique* Philipsburg:
De Urbe Fryburgensi tractant *septemque sequentes*:
A bis seno, aliisq; decem Lotharingica causa:
Terq; quaterq; vicesimus obfert Restituendos:
Est Gottorpiensis *quintus vicesimus* auctor:
Hostium adhuc sistit *sextus vicesimus* arma:
Septimus & vicesimus evacuat loca reddit:
De Bulljonensi *octavus vicesimus* arce:
Bella procul monstrant, prope census, *ambo sequentes*:
Montisferratum *primus tricesimus* ecce!
Quos *duo* contineat Pax tractant ista *sequentes*:
Dat Pacem sartam tectamque *penultimus ante*:
Hanc *duo postremi* firmant, redduntque perennem:

Pacis Noviomagensis Cæsareo-Svecicæ summa includitur ab eodem his versiculis.

Viginti quatuor minor est Pax Suecica scitis:
In *quatuor primis* vix in re discrepat ordo:
Hostium & enumerat tunc *quintus* bella quadrigam:
Articulus *sextus* commercia libera jactat:

De

De Duce agit Gottorpensi tum *septimus* æque:
Proximi at *articuli* de junctis Pace sub illa:
Denique *postremi duo* firmant, ratificantque.

Armistitii inter S. Cæs. Majestatem & Imperium nostrum, atque Galliarum Regem d. 15. Aug. 1684. pacti summam laudatus Dn. Otto his comprehendit versiculis.

Lex Armistitii *viginti* continet annos:
Pacis Westphalicæ & Neomag. basis estque *secunda*;
Tertia amicitiæ conjungit fœdere partes:
Quarta possideat Gallus Kehl & Argentinam:
Intereaque illic Dominum vult *quinta* Supremum:
Idem restituat possessa * loca omnia *sextâ*:
Utque arresta relaxentur, bene *septima* suadet;
Octavâ Dominus tum proprietarius, ejus
Et successores ob pacta relinquitur alma:
Nona tollantur super his dubia omnia amice:
Ac *decimâ* Commissarius pro finibus adsit:
Post caput & tempus Tractatus, caudaque fixa:
Et vinclo juris *bis dena* renunciat omni:
Cum *decima ternâ* commercia libera sunto:
Judicii *decima quarta* Processibus ardet:

* *np. ab anno 1681.*

Hoc *decimâ quintâ* Tractatu continet ec-
quos:
Præstatur *decima sexta* quoque Guarantia:
Tum partes aliæ præstabant mutuo eandem:
Octava decima includendas rite reservat:
Et *decimo nono* articulo placet Autonomia:
Has jubet esse ratas *tandem* Pars utraque le-
ges.

Sed vix quadriennio elapso Galliarum Rex hoc Armistitium fregit.

CAPUT IV.

De Imperio Romano-Germanico.

CUm multum conferat ad exactam Jur. Publie. prudentiam intima & accurata Reip. de cujus Jure Publ. agitur, notitia, haud gravabor à primis incunabulis Imperii nostri ortum, progressum, præcipuas mutationes, incrementa & decrementa ad præsentem usque faciem breviter delineare, ad exemplum *Jacobi Lampadii*, qui peculiarem *in tractatu de Rep. Romano-Germanica*, huic rei tribuit partem, sed non sine solœcismo de Statu Imperii Germanici sollicitus veteris Romæ Imperium perquirit. Sequenda autem eâ in re nobis erit aliena magis, quàm domestica fides, quia dicente *Tacito de morib. Germ. lib. 1. c. 19.* literarum olim secreta apud Germanos viri pariter ac fœminæ ignorarunt; (quem locum rectè *Berneggerus* quæst.

quæst. 99. de peritia ſcribendi literas interpretatur, quam quidem vix ſatis rectè ante Rudolphi I. Habſpurgenſis ætatem didicerunt, ut ſc. non tàm latino, quàm proprio charactere ſcriberent. vid. hanc in rem notabilem locum apud *Phil. Camerar. cent. 3. hor. ſubſeciv. cap. 65.*) Neque Græcorum ſcripta quicquam præſidii hîc nobis afferent, quorum annalibus, verba rurſus ſunt *Taciti lib. 2. annal. c. 88. ignotus Arminius, ut qui ſua tantum mirentur.* Inter Romanos verò quanquam fortè plurium induſtriâ res Majorum noſtrorum perquiſitæ ac literis mandatæ fuerint; vix tamen alii hodiè injuria temporis ſuperſtites ſunt, ex quibus de antiquo Germaniæ ſtatu nonnihil diſcas, quam ſolus *Julius Cæſar*, & *Cornelius Tacitus*, quorum *ille* ſparſim libro *de bello Gallico*, *hic* continuâ ſerie majorum noſtrorum inſtituta memoriæ prodiderunt. Quibus quidem non eſt, ut fidem tantoperè derogemus, cum ipſimet bonam Germaniæ partem audaci experientiâ perluſtraverint, ac plurimarum rerum, de quibus ipſi teſtantur, veſtigia, ſecutis adhuc temporibus, haud obſcurè ſint reperta.

2. Germani igitur, (de hujus vocabuli originatione diverſæ, diſcrepantesq; ſunt autorum ſententiæ, quarum decem explicat *Berneggerus quæſt. 7. in Tacit. German. quem vide.*) quos indigenas, minimeque aliarum Gentium adventibus & hoſpitiis mixtos fuiſſe *Ta-*

citus credidit *cap. 2. num. 6.* (quanquam nihilominus ſint, qui illorum originem ex Aſia petunt. vid. *Philipp. Cluver. lib. 1. Antiq. German. c. 2.)* non unam olim Remp. aut Civitatem confecerunt, ſed in tot ferè Civitates fuere diſtributi, quot diverſi illorum populi fuerunt. Sanè Francorum gens prima fuit, quæ auſpiciis & rarâ felicitate Caroli M. omnia, quæ Balthico mari, Oceano, Alpibus & Carpato monte ac Viſtula fl. ſunt cincta, extenſo præterea per totam Galliam imperio ſuo, conjunxit. In ſingulis ferè iſtis Civitatibus Germanicis duo erant civium Ordines, Nobilium nempe & Plebejorum, excluſis ab hoc poſteriori ſervis & libertis. *Tacit. c. 25. num. 4.* Ex hac diverſitate Ordinum diverſa quoque Conciliorum ſeu Comitiorum prodibat forma, ut alia majora eſſent, alia minora. De utrisque idem *Tacitus c. 11. num. 1. De minoribus rebus Principes conſultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur.* Principes quos *Tacitus, & Cæſar lib. 6. de bello Gall. c. 22.* dicunt, proprio Germanis idiomate Grafen/ quod judicem ſignificat, audierunt; quæ vox poſtea recentioris ævi Scriptoribus in Comitum appellationem, imitatione majorum, tranſiit. Atque Graviones iſti ex ordine Nobilium iisdem majoribus Comitiis eligebantur. Iterum *Tacitus c. 12. num. 5. Eliguntur in iisdem*

dem Conciliis & Principes, qui jura per pagos, vicosque reddunt: Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas, adsunt. Fortè Comites hi sunt, quos alibi *Tacitus 5. Histor. c. 19. num. 4.* Senatores vocat, ipsi Germani proprio nomine eos Schöpen oder Schöpffen dixerunt.

3. Erat igitur Principum 1. cum Centenis suis Comitibus (à quibus adhuc quibusdam Germaniæ locis causarum criminalium judices Cent-Grafen vocari autumat *Bernegger. quæst. in Tacit. 64.*) per pagos (seu præfecturas) vicosque jus dicere. 2. De minoris præjudicii causis consultare & decernere. 3. Eas, quæ majoris momenti essent προβουλία [seu] præconsultatione separatim instituta, ad populi judicium ac confirmationem referre. Hinc 4. ipsi quoque in Comitiis generalibus de iis, quæ pro utilitate publicâ constituenda erant, populum oratione habita rogabant, cujus denuò testis est *Tacitus*, ubi formam illorum Comitiorum his verbis describit *d. c. 11. num. 5. & seqq.* *Ut turbæ, (i. e. toti populo) placuit, consident armati. Silentium per Sacerdotes, quibus tum & coërcendi jus est, imperatur. Mox Rex vel Princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, authoritate suadendi magis, quam jubendi potestate; si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt.*

 Atque

Atque hæc ratio regiminis publici apud omnes Germaniæ populos obtinebat, ſolis Suionibus exceptis, de quibus ita *Tacitus c. 44. num. 3. Eſt*, inquit, *& apud illos opibus honos, eoque unus imperitat, nullis exceptionibus, non precario jure parendi. Nec arma ut apud cæteros Germanos, &c.* Ergò ubi omnibus ſolos illos opponit, haud obſcurè ſignificat apud reliquas Germaniæ gentes precarium ſaltem Principum ſuorum imperium fuiſſe, ſive Principum nomine hos appellaveris, ſive Regum. *Nec Regibus*, inquit *Tacitus c. 7. num. 1. infinita aut libera poteſtas, & in Comitiis integri populi Reges auditi authoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate.*

4. Ex quibus omnibus liquido apparet, eam Regni ſpeciem Germaniam ſervaſſe olim, quod *Ariſt. 3. Polit. c. 15.* Laconicum vocat, quale ſcil. apud Lacedæmonios obtineret; Nimirum & Germaniæ Status à vera Monarchia alieniſſimus fuit, ſumma rerum penes totum populum exiſtente, ad quam ſine dubio minora illa haud pertinuere, de quibus Principes ſoli conſultare poterant. Enim verò libertatis tenaciſſimam gentem fuiſſe, ut multoties ex *Tacito*, ita præſertim *e lib. 2. Annal. c. 44. num. 3.* apparet. Et cum tres partes ſint veræ Majeſtatis in Republica: Conſultatio ſcil. de rebus communibus, cura legendorum Magiſtratuum & Judicia, idem *Ariſtot. 4. Polit.*

c. 14.

c. 14. Quantum ad duo posteriora, ex superioribus jam constat, Principes & Comites eorum totius populi judicio fuisse electos, ut jus per pagos redderent, deque rebus minoribus consultarent. Quantum ad consultationem, quam circa bellum, pacem, fœdera, leges denique versari, *ibidem* monet *Aristoteles*, de his omnibus, non nisi in Comitiis majoribus actum. Legum quidem non tanta apud ipsos cura fuit, plus ibi bonis moribus, quam alibi bonis legibus valentibus. *Tacit. c. 10. num. 6.* Scilicet quod justitiam ingeniis colerent, non legibus, & apud eos, exemplo veterum Romanorum, jus bonumq; non legibus magis quam natura valeret. Fortasse & de fœderibus cum vicinis ineundis rarò inter eos actum, cum, teste eodem *Tacito in vita Agric. c. 12. num. 2.* nihil adversus validissimas istas gentes pro Romanis utilius fuerit, quàm quod in commune non consuluerint: Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus; hinc dum singuli pugnarint, universi victi. Cæterum hæc majora Comitia, cum non nobiliores tantùm, sed & plebeji, adeoque totus populus, frequentarent, quis alium hic sibi, quam popularem statum imaginetur.

5. Majorem speciem absolutioris Principatus induisse videtur Germania armis accincta. Nam bello apud eos exoriente, unum aliquem

aliquem militaris fortitudinis gloria inclutum, tanquam ſupremum militiæ moderatorem, elegerunt. *Tacit. l. 4. Hiſtor. c, 15. num. 4.* De cujus electionis ſolennitatibus videndus *Cluverius lib. 1. Antiqu. German. c. 46.* Electum Hertzog dixére obſervante *eodem.* De quo quidem ita *Cæſar l. 6. c. 22. Cum bellum Civitas aut illatum defendit aut infert, Magiſtratus, qui ei bello præſint, ut vitæ necisque habeant poteſtatem,* durante ſcil. bello, eo enim finito, hæc ducum poteſtas exſpiravit) *deliguntur,* Sed *Cæſaris* fidem non parum ſuſpectam contraria *Taciti* aſſertio facit, qui *cap. 1. de mor. Germ. num. 1.* Duces Regibus imperandi jure exæquat. *Nec Regibus*, inquit, *infinita aut libera poteſtas, & Duces exemplo potius, quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Cæterum* (pergit *Tacitus*) *neque animadvertere, neque vincire neque verberare quidem, niſi Sacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante.*

6. Vides ingenium populi libertatis ſervantiſſimum, ut non niſi divinâ ſententiâ ſe patiatur coërceri? Atque libertatis hujus ſerius jacturam paſſi ſunt, qui trans Rhenum terras incoluerunt, cis-Rhenanis poſt varias clades magnam partem, jam ante *Taciti* ætatem, Romanorum jugo ſubactis. vid. *Tacit. lib. 1. Annal. cap. 59. num. 5. & 4. Hiſtor. c. 55. num. 3.* Quos dubium non eſt, eandem cum cæteris

Pro-

Provinciis Romanorum ſortem expertos, ut exutâ omni libertate non ſuis amplius, ſed victorum legibus vivere coacti fuerint. Batavis tamen adhuc libertatem ſuam armis Romanorum illæſam vindicat *Hugo Grotius libro de antiq. Reip. Batavicæ c. 1. & ſeqq.* quanquam *c. 4.* eosdem vix ſatis verè Francorum Imperio ſubducat, ut oſtenſum ab *Excell. Conring. tr. de Fin. Imp. German. c. 3.* Quod ipſum etiam Francorum Imperium trans Rhenanæ tandem libertati incredibili armorum ſucceſſu finem impoſuit, initio victoriarum ab Alemannis & Bajoaricis facto, quos ſub finem ſeculi V. ſuperatos, Clodoveus Francorum Rex in verba ſua jurare coegit. Hos anno ſequentis ſeculi 24to Thuringi, tum circa annum 728. imperante Francis Carolo Martello Friſii, ac demum Saxones, Imperio Caroli M. auſpicatiſſimo, ſecuti ſunt. Vid. *laudatum Conring. d. tr. d. Fin. c. 2.* Hæc Francorum gens, quæ judicio *Erici Puteani in Comment. ad Hiſtor. Inſubricam p. 187.* ſuper omnes gentes enituit, recentiori ætate, quam ut ejus meminiſſe potuerit *Tacitus*, (prima enim eorum mentio fit circa ſeculum III. ſub Cæſare Gallieno, dum in narratione rerum ſub eo geſtarum dicitur, quod Poſthumus Anti-Cæſar ad ſe pertraxerit Francos, iisque Gallienum oppugnarit) ab eminentiori tuendæ libertatis ſtudio hoc ſibi nomen fecit, (*Francus* enim Germanicè

manice liberum sonat hominem, Franck nempe idem est quod Frey, & *Francisia* libertatem significat: *Francissare* vero idem est ac in libertatem se asserere) atque ex illis omnibus conflata videtur, qui *Taciti* tempore Catti, Tencteri, Usipetes, Ubii, Bructeri, Chauci, Cherusci, Hermunduri, Narisci, Suevi denique dicebantur. vid. *Marquard. Freher. lib. 2. Orig. Palat. c, 3.* Fuit ergo sub Imperio Francico ætate Caroli M. (cujus Stemma Genealogicum exhibet *Puteanus lib. 9. Hist. Insubr. p. 181. Bœcler. in Histor Caroli M. p. 92.*) quicquid in Germania trans Rhenum Germanicæ fuit originis. Nam reliquum tum iis ferè locis, quæ inter Rhenum & Vistulam, Oceanumque & Danubium, Albim denique & Salam interjacent Venedi & Sclavi maximam partem tenuerunt, quos non quidem subditos sibi, sed tributarios fecit Carolus, teste *in ejus vita Eginhardo*. Vid. *Conring. d. l.* Nec tamen, intra hos tantum limites felicitas & amplitudo Regni Francici stetit, sed primo quidem jam Clodovei tempore, quicquid in Gallia Burgundiones & Westro-Gothi occupaverant, destructa illorum Republ. his verò in Hispaniam concedere coactis, sibi asseruit. Post auspiciis Caroli Magni latius progressa totam penitus Galliam usque ad Iberum amnem, hinc Pannoniam, & oppositam in altera Danubii ripa Daciam, Istriam, Liburniam atque

que Dalmatiam, denique nonnulla Germaniæ loca cis Rhenum, quos *d. l.* recenset *Conring. c. 3.* suo subjecit imperio. In tantam Imperii amplitudinem surrexit inclyta Francorum Respublica.

7. Cæterum notandum, eos, qui armis sub Imperium istud concesserunt, non statim participes quoque ac membra factos fuisse Civitatis Francicæ, sed meros subditos, omnique jure Civitatis seu civilis libertatis destitutos, eo in Republ. Francica loco fuisse, quo in familia servi. Vid. *Grot. l. 2. d. J. B. c. 9. num. 6. Carol. Sigon. l. 1. de antiq. jur. Provinciar. c. 2. & seqq.* Enimverò solis Saxonibus ea felicitas contigit, ut Francis adunati *unus cum eis populus efficerentur*, quæ verba sunt *Egenharti in vita Caroli Magni.* Quo quidem pacto jura sua libertatemque non amisisse Saxones, sed ea cum Francis communia habere cœpisse docet *Conring. Diss. de Civib. Imper. German. thes. 25. 26.* Eorum vero qui ad Civitatem istam Francicam pertinebant, duo hîc quoque erant Ordines, *Majorum* nempe, qui & *Seniores* dicti, & *Minorum* sive *Plebejorum.* Ex utrisque Comitia Regni generalia, quibus quotannis celebrari solitis negotia regni in integrum annum constituebantur, constabant. Testis ejus rei omni fide major *Adelhardus, ipsius Caroli M. cognatus & Consiliarius, post etiam utriusq; Corbejæ Abbas*, cujus ex *libello de Ordine Pala-*

tii verba hunc in modum recitat *Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, ipse quoque non multum ætate recentior, nobili Francorum ortus prosapia, inque aulicis regni negotiis versatissimus in Epistol. ad Episcopos Franciæ perscripta. 3. c. 29. Consuetudo tunc temporis trita erat, ut non sæpius, sed bis in anno placita duo tenerentur, unum quando ordinabatur status totius Regni ad anni vertentis spatium; quod ordinatum nullus eventus rerum, nisi summa necessitas, quæ similiter toto regno incumbebat, mutabat. In quo placito generalitas universorum Majorum & Minorum,* (ita enim supplendum esse illum locum ex sequentibus rectè colligit *Conring. Diss. de Civibus Imper. German. num. 32.) tam Clericorum quam Laicorum conveniebat. Seniores propter consilium ordinandum. Minores propter idem consilium suscipiendum (approbandum) & interdum pariter tractandum & non ex potestate, sed ex proprio mentis intellectu vel sententia confirmandum.* Pergit *seq. cap. 30. Cæterum autem propter dona generaliter danda aliud placitum à Senioribus tantum & præcipuis Consiliariis habebatur, in quo jam futuri anni status tractari incipiebatur.*

8. Apparet ex his sole meridiano clarius 1. Etiam in Francorum Imperio duplicia celebrata fuisse Comitia, majora altera sive generalia, altera minora sive particularia. 2. In majoribus illis de summâ totius Imperii, immuta-

mutabili per annum decreto, fuiſſe conſtitutum. 3: Jus ſuffragii in iis ferendi non tantùm fuiſſe penes Proceres & Nobiliores, ſed etiam plebejos; quanquam 4. diſpari authoritate, ut ſcil. illi in quibusdam ad ſummam rerum pertinentibus ſoli deliberarent, ac προβυλία quadam certi quid concluderent; in quibusdam tamen & plebs ſeu minores ad tractationem ipſam admitterentur. 5. Nec illa, quæ à ſolis Proceribus definita eſſent, aliter rata fuiſſe, quàm ſi ea poſtmodum libero quidem judicio totus populus approbaſſet. Cujus certè libertatis effectus is fuerit, ut 6. & contradicere, hocque modo definita ab optimatibus reprobare potuiſſet populus. Is enim liberè agit, qui & contrarium poteſt. *Ariſt.* 3. *Ethic.* 1. Quanquam quod ibidem à *Conringio* obſervatum, vix ullum uſurpati hujus juris à plebe exemplum exſtat. 7. Nemini quicquam in iſtis decretis, adeoque nec Regi ipſi, mutare aut omittere fas fuiſſe; & ſi urgentiſſima neceſſitas immutati ſtatus mutationem eorum urgeret, non potuiſſe 8. eandem ab alio quàm toto populo fieri. Cæterum 9. minoribus Comitiis ſolos Proceres cum quibusdam Conſiliariis Regis de minoris momenti cauſis deliberatum coiiſſe ac decreviſſe, eosdemq; 10. partim Clericis, partim Laicis conſtitiſſe. Ad utrumque iſtum cenſum qui pertinuerint, ex illis *Thegani Chor-Epiſcopi Trevirenſis in libr.*

de gestis Ludovici Imper. c. 6. apparere potest. Ibi enim hunc in modum de Carolo M. *Imperator*, inquit, *cum intellexisset appropinquare sibi diem obitus sui, vocavit filium Ludovicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis, habuit grande colloquium cum iis Aquisgrani in palatio.* Observa locum, quo fato suo concesserit Heroum maximus. De cujus etiam loco natali jam non minus, quam fatali, certiores sumus ex *antiquitatibus Fuldensib. à Christophoro Brovvero, Jesuitâ editis*, ubi teste *Thoma Reinesio, lib. 2. variar. lect. c. 16.* Hæc Caroli nostri verba, quæ inter chartas manuscriptas traditionum illi Abbatiæ factarum repererit, recitat: *Donamus & tradimus Domino nostro Salvatori & Sancto Bonifacio Martyri, qui in Fuldensi requiescit Monasterio, terram conceptionis nostræ, hoc est, totam provinciam circa fluvium Vnstrut, ipsam Chorten* (domum) *nostram in Vargalaha, &c.* Vides Thuringiæ vindicari hunc honorem editi in lucem gloriosissimi Regis, quem hactenus constanter per aliquot secula jactavit Ingelsheimum, vicus non multum à Moguntina Metropoli distans, usque adeò, ut & ipsum Carolum IV. Imp. & inter recentiores Scriptores, *Joachimum Franzium* in ejus opinionis societatem traxerit.

9. E prædictis autem patet, adhuc Caroli ætate gentem Francicam avitæ libertatis suæ tena-

tenacissimam fuisse, neque multum institutis ac forma Reip. à nationis suæ ingenio, majorumque moribus discessisse, ne tum quidem unius absolutum Imperium expertam. Quæ autem post hæc tempora mutationes quoad formam publici regiminis contigerint, tum paucis persequemur, cum ejus Caroli M. gesta in Italia obiter perlustraverimus. Id enim jam pro certo & indubitato habemus, antequam quicquam ibi gereret Carolus jamdudum constitutum, omnibusque numeris absolutum fuisse potentissimum Regnum Francorum. Sed & hîc quædam de statu, qualis tunc ab aliquot seculis in Italia fuit, præmittenda erunt.

10. Imperium igitur Romanum, Amplissimum olim ac potentissimum, atrocissimo fato obnoxium fieri cœpit, factâ ejusdem in Orientale & Occidentale à Constantino Magno divisione, ut quæ provincias versùs occidentem Romani nominis hostibus fœdissimè prostituit; nam quasi pro derelictis habitæ Barbaris animos fecerunt, ut velut vacuam possessionem apprehendentes obvia quæque invaderent. Sanè ab eo tempore usque adeò invaluit Barbarorum in Imperio Romano licentia, ut jam circa *annum Christi 400.* Gothi, ductu Alarici Regis, irruptione in Italiam factâ, ipsam Romam diriperent, expulsoque Honorio, Flavium Priscum Attalum imperare ibi juberent,

ut est ap. *Sozomen. lib. 9. Histor. Ecclesiast. c. 8.* Paulo post & ab Attila ferocissimo Hunnorum Rege ejusdem urbis excidium deprecatus est Leo I. Pontifex. Denique eodem seculo Odoacer Herulorum Princeps, ab extremis Panno- niæ finibus, ducto in Italiam bello, Romanos gravi obsidione eò adegit, ut Regem se agno- scerent, Imperiumque suum, abdicato Romu- lo Augusto, quem ob puerilem ætatem vulgò Augustulum, alii Momyllum, sed corruptè pro Romulo vocant, cum novo Regno commuta- ri paterentur. Ita Imperium quod in Augusto cœpit, in Augustulo, fatali periodo, desiit. Odoacer autem Imperium armis occupatum jure legibusque stabilire aggressus est, non mi- nus jam lenis Rex, quam violentus victor. Post Herulos iterum Gothi ab eodem Danubio mo- verunt arma, Romano nomini velut noctem allaturi. Eventus belli fuit, ut pulso primum, post etiam interfecto Odoacro nequicquam strenuo, castris Herulorum Theodoricus Go- thorum Rex, ipsaque adeo Ravennâ regni se- de (hic enim Odoacer velut in specula Italiæ consedit) potiretur, qui victor totius prope Italiæ agros pro lubitu distribuit. Sed Gothis vix 70. annis Imperium Italiæ tenentibus bel- lum infert Justinianus Imperator, ductu fortis- simorum ducum, Belisarii ac Narsetis. Qui ultimus etsi corpore Eunuchus, animo tamen verè masculo, ac belli pacisque artibus inclu-

tus

tus heros, insigni illa victoriâ, quâ ultimo Gothorum Rege Theja superato atque interfecto, *anno Christi 553.* bello ac regno, nominique Gothico in Italia finem felicissimè imposuit, melius de Imperio Constantinopol. meritus videbatur, quàm ut eum Sophia Justini II. uxor ad Gynecæum suum, misso pro hastâ fuso, ac colo pro armis, non sine gravissimâ injuria ablegaret. Nefandam igitur hanc injuriam vindicaturus Narses, à Barbaris, à quibus non ita pridem Italiam liberaverat, auxilium sibi petiit, Regemque Longobardorum Alboinum, missis optimis Italiæ fructibus, (uvis, malis Hesperiis &c.) ab extremis Pannoniæ oris contra Romanos provocavit. (convenit hoc factum generosæ Narsetis iræ, multum laudatæ ejus pietati, justitiæ non convenit, vid. *Cyr. Lentul. dub. 184.)* Ingrediuntur Italiam Longobardi, adjunctis sibi Saxonibus, aliisque Gentilibus, nobilissimamque ejus partem, cuncta nempe præter Romam, Pentapolin, Ravennam, Venetias & Calabriam, occupant. Hujus verò partis Italiæ, quam nondum Longobardi tenebant, regundæ gratia, ab Orientis Imperatore missi institutique sunt Exarchi, quod idem est, ac si tu dicas Vicarios. Erat enim Exarchus, definiente *Josepho Scaligero lib. 3. can. Isagogicorum p. 339.* Præfecti Prætorio Vicarius, qui Ravennam cum aliquot urbibus Imperatoris Rom. nomine adversus Longobardos tuebatur:

batur: de hoc Exarchatu plura vid. apud *Sigonium lib. 1. de Regno Italiæ*, & *Eric. Puteanum singulari opere, quo Exarchatus historiam magnâ curâ est complexus*. Sanè hinc paulatim Venetiæ, quarum natalis ad *ann. Christi 421. à Sabellico; 452. à Car. Sigonio;* ab aliis ad alium refertur, in libertatem asserere se cœperunt. vid. *Conring. de Germ. Imper. Rom. c. 7. & 8.* Roma quoque Orientalium Cæsarum sceptro se subducere, suique juris tandem fieri cœpit. Ut sic demum hæc quatuor in Italia diversissimo imperio continerentur: *Urbs Roma, Regnum Longobardicum, Exarchatus Ravennatensis, denique Urbs Venetiarum*; quæ ultima ab eo tempore semper in sua libertate perstitit, nullam amplius subjectionem experta. vid. multis *Conring. de fin. Imp. Germ. cap. 11. p. 131. & seqq.* Pars quoque Italiæ, quæ Regno Longobardico cessit, reverà ab Imperio Romano separari, optimoq; jure à Regibus suis possideri cœpit, ubi Marte non semel, sed frustrà, tentato, Romani & Constantinopolitani Imperatores fœdera postea cum iis & contractus, tanquam justis ditionis suæ in Italia Dominis, inierunt, manentibus duntaxat de finibus, non de ipso regno, controversiis. Enimverò si is, qui dominium alicujus rei prætendit, sciens cum altero eam rem possidente, tanquam cum Domino contrahit, jus suum remisisse non immeritò censetur. *l. 28. C. de donat, l. 77. ff. de R. V.* Quod

cur

cur non inter Reges quoque locum habeat & populos liberos, nihil causæ videt *Hugo Grotius l.2. de J.B. & P. c. 4. num. 4.* adde *Hugonem de Roy de eo quod justum est, l.3. tit.2.§.4.* Et quemadmodum vel armis vel pactis, cùm tacitis, tùm expressis, vel demum longi temporis præscriptione, olim plurimas Regiones acquisiverunt Romani, ita nihil impedimento fuit, quo minus easdem pari pacto iterum amitterent. vid. *Conring. d. tract. cap. 19.*

11. Ab Alboino per varia successionum intervalla Imperium Longobardorum ad Aistulphum tandem pervenit, qui fratri suo Rachisio benignissimo Principi, abdicato Imperio, substitutus, ut potentiæ religionis studium sociaret, fœdus cum Pontifice Romano iniit, nec quicquam initio regiminis ambitioni, cuncta modestiæ ac pietati dedit, à qua tamen indole mox descivit. Nam velut fato quodam actus cùm dilatare magnitudinis suæ vires mallet, quam regere, graviori molimine discrimen provocavit. Primus quidem impetus in Exarchatum, quem eo tempore Eutychius administrabat, erupit. Ravenna obsessa, & ad deditionem compulsa est, neque capitis sui jugum reliquæ urbes recusarunt. Eutychius auxiliis destitutus, & melioris fortunæ desperatione ad fugam compulsus, in Græciam ad Constantinum Copronymum abiit: atq; tum Exarchi in Italia esse desierunt. Supererat Ro-

ma, hanc, ut gradatim incederet, primò sibi tributariam esse voluit, hocq; nomine Legatos ad Romanum Pontificem, qui tum Stephanus erat, misit; Tributo à Pontifice negato, urbem obsedit. Pontifex igitur clausus urbe & ad extrema redactus, unicum salutis subsidium censuit, Francorum, gestorum fama celeberrimæ gentis, auxilium implorare. Venit Pipinus, bisq; infesta per Insubres arma ducens, Aistulphum ad pacem & fœdera compellit. Summa fœderis erat, ut restituto Pontifici (nam ad hunc pertinere eas Provincias falsò persuasus erat) Exarchatu & Pentapoli, reliqua Italiæ tranquille & citra vicinorum injurias possideret. Cæterum cùm Pipinus domum reversus esset, Aistulphus quasi ipsum puderet limitum, quos hostis fixerat, fœdi fraga rursus molitur consilia, sed fortè inter venandum ab apro percussus velut sceleri immoritur. Succedit, quanquã non sine motu, Desiderius, sub Aistulpho Comes Stabuli, qui cùm contra fidem datam Ravennam, & alia vicina oppida armis repeteret, Pontifex Urbis quoque timens ad Carolum Francorum Regem Legatos mittit, auxiliumque ejus implorat. Desiderius, cùm Carolum Hadriani Pontificis precibus concessisse, & cum valido exercitu appropinquare audiret, vires suas colligit, Alpiumque fauces occupat. Sed Carolus aliquot cohortes per cautes aviosq; colles jubet circumduci, qui

qui à tergo se ostentantes usque adeò terruerunt Desiderium, ut, omisso prælio statim Ticinum fugeret. Institit fugienti Carolus & Ticinum acri obsidione pressam, fame, armis ad deditionem compulit. Sic Desiderius cum uxore ac liberis in Francorum potestatem venit, & regno exutus in Franciam captivus abductus. Unus tamen filius Adalgisus sceptri hæres futurus, nî fortunæ sævitiam irritasset Pater, Veronâ, cui is defendendæ à Desiderio relictus erat, in Græciam celeri fuga pervenit, ac cùm posteà Græcorum ope repetitum veniret regnum, interfectus est. Itaque ergò, cùm clementiam omnes victoris mallent, quàm vim experiri, à Longobardis ad Francos Imperium fortuna transtulit. Isq; non Regni quidem, utpote ad Francos translati, sed Regum familiæ Longobardicæ, qui integris duobus seculis per Italiam regnantes maximo vicinis fuêre terrori, exitus finisq; fuit.

12. Ex quibus omnibus apparet 1. omnia illa, quæ ita à Longobardis acquisivit Carolus, hactenus non fuisse neque Romani Pontificis, neque Imperatorum Constantinopolitanorum: Adeoque 2. hæc ipsa eundem Carolum non per concessionem à Papa vel Imperatore, sed jure belli, atque sic proprio, deinceps possedisse, prout neque unquam 3. alteruter à Carolo petiisse memoratur, ut hæ sibi terræ tanquam justo Domino restituerentur. Neque

4. conſtat, ipſum Carolum ultro jus ſuum in eas quæſitum abdicaſſe, ac Pontifici Romano, vel alii cuicunque renunciaſſe. Quin apertè teſtantur Annales Francorum, Carolum ſtatim à devicto Deſiderio Regnum Longobardorum omne quaſi jure belli occupatum adminiſtraſſe. Cujus rei hoc egregium eſt argumentum, quod Carolus ab eo ipſo tempore, quo cepit Deſiderium, *Regem Francorum ac Longobardorum* ſe appellaverit. Patet hoc inter alia ex *privilegio Cœnobio Lutetienſi Pariſiorum S. Vincentii* ab ipſo *conceſſo*, cujus verba extant apud *Baronium ad annum Chriſti 773.* Conf. *Epiſt. Adriani Pontificis ad Conſtantinum & Irenem, quam ex actis Concilii Nicani ſecundi*, idem recitat, *Baronius ad annum Chriſti 785.*

13. Eſt ergò indubium, totum Longobardorum Regnum, majoremque adeò Italiæ partem, tenuiſſe Carolum, nullius alterius beneficio, ſed ſuo acquiſitum gladio. Neque ergò potuiſſet jure de his omnibus controverſia ipſi moveri, etiamſi nunquam ſalutatus fuiſſet *Imperator Romanorum*, quod quidem aliquamdiu poſt hæc geſta, *ann.* nempe *Chriſti 800.* ipſis Feriis Natalitiis in Baſilica S. Petri factum, cum Carolus multum diverſæ rei cauſa Romam ad Pontificem perveniſſet. Tum enim Senatus, Populusque Roman. tot beneficiorum memor, futuræque ſecuritati ſimul proſpiciens, libera voluntate eum ſibi Principem

pem ac Imperatorem constituit, taliumque securum ac prope invitum, per Pontificem in dicta Basilica renunciavit. Sane testatur *Eginhardus* sæpè Carolum affirmasse, si sibi de consilio Populi Romani constitisset, minimè se eo die templum sacrorum causa intrare voluisse. De hac electione quoque inter alios *Sigebertus Gemblacensis in Chronico: Romani*, inquit, *qui ab Imperat. Constantinopolitano jamdiu animo desciverunt, novâ accepta occasionis opportunitate, quia mulier, excœcato Imperatore Constantino filio suo, eis imperabat, uno omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, cumque per manum Leonis Pontificis coronant, Cæsarem & Augustum appellant.* Formulam acclamationis ita exhibet *Otto Frisingensis lib. 5. c. 31.* CAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM.

14. Ubi 1. id notatu dignum, collationem fastigii Imperialis non à solo Pontifice, sed ab universo Populo Roman. cujus saltim pars ac membrum tum fuit Pontifex, populari electione factam fuisse, contra quam contendit *Baronius & Bellarminus.* 2. Usurpasse Populum Romanum jus illud, quod semper ad se pertinere voluit, ut sibi nempe Imperatorem eligeret. Sanè hâc electione Imperatrici Constantinopolitanæ injuria fieri non potuit, cum ea con-

ea contra mentem & morem Populi Romani accepisset Imperium. vid. *Grotium l. 2. de J. B. & P. c. 9. num. 11.* Et si vel maximè de injuria initio electionis factæ queri potuissent Constantinopolitani, abunde tamen hanc maculam abluisset secuta Caroli cum iisdem transactio, de qua ita *Agimoinus, scriptor Annal. Francorum: Michael Imper. factus, Legatos Imp. Caroli, qui ad Nicephorum missi fuerant, Constantinopoli suscepit & absolvit, cum quibus & Legatos suos direxit, & per eos pacem à Nicephoro inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, scriptum pacti in Ecclesia suscipientes, more suo, id est, Græca lingua, laudes ei dixerunt, & Imperatorem & Βασιλέα eum appellantes.* 3. Hac electione Carolum non nudum tantùm nomen, vanum & inanem titulum, (neque enim adeò id Romæ tùm, ut hodie, familiare fuit) vid. omninò *Conring. de Imper. Germ. Rom. c. 11.* sed cum titulo simul jus & dominium, non in totum terrarum orbem, (illum enim nemo sanus Imperio Romano aliquando paruisse facilè dixerit) neque in ea omnia, quæ vel olim Augusto vel Trajano Cæsaribus, in ditione Imperii Romani fuerunt, sequentibus verò temporibus vel desciverant, vel à Saracenis, Gothis, Anglis, Hunnis, aliisque dudum occupata erant, quippe cum omne suum in illa jus pridem amisissent; sed tantum in exiguas istas Imperii

rii Occidentalis in Italia reliquias, (*Romam scil. Pontificem, Exarchatum Ravennæ & oppida eo pertinentia, extraque Longobardici Regni fines posita*) consecutum esse. Neque enim plus in eum conferre potuerunt Romani, quàm sibi adhuc reverà superstes fuit, quòd perexiguum illud fuit. Sanè quicquid Constantinopolitani tunc habuerunt, id jure ab ipsis possessum est, neque de iis unquam Carolus sub prætextu tituli Imperatorii movit illis controversiam, quin potius ab eo tempore sæpius arctiora cum iis iniit fœdera, quorum primum *anno Christi 802.* cum Nicephoro, ultimum ejusdem seculi *anno 13.* cum Leone factum est, quibus ipsis quondam adhuc in Italia vindicata loca manserunt, Calabria nempe, & maritimæ civitates Liburniæ, Istriæ, & Dalmatiæ. An & Venetiæ? affirmat hoc *Carolus Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ*, refutata à *Conring. d. c. 11. de finib.* Imò ne istarum quidem reliquiarum sibi plenum imperium Carolum asseruisse, sed piæ liberalitatis affectu utili illarum dominio Pontificibus ex arbitrio ordinandis concesso, solo summo Principatu, sive vi regendi cum Cæsareo nomine acquievisse, plurimis docet idem *Conring. d. c. 7. & 8. de German. Imp. Rom.*

4. Præter dominium hocce etiam honoris aliquid Imperatorio titulo ipsi accessisse. Hactenus enim apud omnes Christianos ac moratiores gentes Cæsareum nomen pro Regio

aliquam

aliquam meruit reverentiam. Et hinc omnes, qui ex posteris ejus hoc nomine audierunt, licet aliis cederent potentia & ætate, primum citra controversiam locum obtinuerunt, quoniam communi consensu semper primatus quidam Cæsareæ illi dignitati attributus. 5. Nequaquam propter hanc electionem Regnum Francicum ac Longobardicum cum illis Imperii Romani reliquiis in unam prorsus coiisse Rempubl. Eo minus vero Germaniam sese, & Longobardiam à se domitam, Imperio Romano subjecisse; Sed imò tàm Germanicum quàm Italicum Regnum omnino distinctas ab eo, quod verè Imperium Romanum dictum, mansisse Respublicas vid. *Grot. d.l.2.c.9. n.9.* Mansit enim iis summum jus administrandi Rempublicam suam sine Populi Romani consensu, non ergò in unam coierunt Rempublicam, quot enim sunt summæ potestates, totidem etiam sunt Resp. utut unum habeant Regem; Hinc & in titulis suis eadem Carolus sollicitè semper distinxit, ut inter alia patet ex *Testamento Carolino à Petro Pythœo* edito, *quod Annalibus suis ad ann. Christi 806. inseruit Baronius*, cui iste titulus præfixus: IMPERATOR CÆSAR CAROLUS REX FRANCORUM, &c. ROMANI TUTOR IMPERII: Conf. *Privileg. Episcopatus Osnabrug.* apud *Albertum Cranzium lib. 1. Metropoleos c. 2.*

15. Secundum hæc ergo Carolo, ut Imperatori,

ratori, in provinciis Romanis summa & absoluta in omnes ibidem existentes personas, Ecclesiasticas & civiles, ipsum quoque Papam Romanum, competiit potestas, quæ per Imperatorium titulum ei collata, ut egregiè probat *Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 7.* In Francia autem non ut Romanus Imperator, sed ut Rex Francorum, non absoluta & illimitatâ potestate, sed ut ipsius antecessores, suadendi magis, quam imperandi authoritate, secundum leges & consuetudines Francicas regnavit; vid. *Conring. ad Lampad. p. 2. num. 11. Rachel de Capitul. regn. German. cap. 2. num. 5.* In Longobardico denique regno pariter ut Rex, ad illius regni consuetudinem, modum, normamque, paulò tamen liberius, ut victor, imperavit. Atque inde jam satis, ut puto, patet Carolini Imperii forma, & simul insignis ejus amplitudo, in quam quoque filius ipsius Ludovicus Pius, fratribus ante Parentem demortuis, solus successit, deinceps verò à Ludovico Pio inter tres filios, Lotharium, Ludovicum, & Carolum, dein ab his ipsis post cruenta admodum prælia, institutâ in partes tres divisione, est distracta vid. *Ampl. Conring. de fin. Imper. c. 3. Bœcler. in Lothario.* Etenim ex his Lotharius natu maximus, una cum titulo & dignitate Imperatoria, urbem Romam, totamque prope Italiam, tàm Romanam, quàm Longobardicam, ac præterea provincias Germani-

manicas à Mosella ad Rhenum, (quæ hactenus Austrasiæ nomen habuerant, post Lotharingia ab eo dicebantur) accepit; Ludovico secundo genito cum Pannonia omnis cis Rhenum Germania & urbes paucæ trans-Rhenanæ, sub nomine *Orientalis Francorum Regni*, quod ipsissimum est *Germaniæ Regnum*, pari potestate cessit; Carolo autem Occidentales Provinciæ omnes à Britannico Oceano usque ad Mosam fl. (quod *Occidentale Francorum* dicebatur *regnum*, & idem est cum *Gallicano*, quod inde hodieque κατ' ἐξοχὴν *Francicum* audit) pari itidem potestate attributæ fuerunt. Et hac ætate Germania ex propriis suis Ordinibus Comitia iterum colligere cœpit, (nam sub Carolo & Ludovico, quia eorum Imperium non Germaniam tantùm, sed & Galliam omnem, Italiamq; complectebatur, ex omnibus illis locis ad generalia regni Comitia Primores convocabantur) & illi tum quidem adhuc in *nobiles & plebejos* distinguebantur. Evilescere tamen paulatim posthæc populi auctoritas, ac omne gerendarum rerum momentum à nobilibus pendere cœpit, è quibus etiam suos reliquæ gentes subditæ acceperunt Præfectos, qui suo tempore ad Comitia evocati. Factum hoc ita jam Ludovici Balbi tempore, ut ex *Hincmari Archiepiscopi Rhemensis Epist. 1. & 10. circa fin.* colligitur, ut sic rectè ab hac ætate solos Principes (quorum potestas quæ cum

cum tempore, etiam in Provinciis ſuis, accesserit incrementa, infrà ſuo loco dicetur) curam Imperii ſolicitaſſe, dici poſſe videatur.

16. Ex inſtitutâ autem illa diviſione Imperii, ſeparatimque conſtitutis à Germania, ex propriis ſuis Ordinibus, Comitiis, clarè iterum pateſcit Regni Germanici (quod tamen tum adhuc Orientale Francorum Regnum dictum) à Romano Imperio diſtinctio, quæ etiam usque ad Ottonem I. manſit, nec usque eò Germania vel vulgò Imperii Romani pars eſt habita. Seculo verò X. Ottonis I. auſpiciis quidem Cæſarea dignitas, (quâ Caroli poſteri per injuriam exciderant,) & Italici regni poſſeſſio æterno fœdere cum Germania rurſus juncta eſt, (ita ut à Germanis electus in Germaniæ Regem, ab Italis ſive Longobardis quoque pro Rege, & à Pontifice, Urbe ac ſuburbicariis Provinciis pro Imperatore protinùs coli deberet nullâ licet auctoritate Pontificis accedente: Quod etiam pactis inter Ottonem III. Imperat. hujusque conſanguineum Gregorium V. Papam initis dein confirmatum, (*vid. c. 23. diſt. 63. Conring. de finibus Imp. c. 9. 10*) adeoque Germanicis Regibus perpetuum jus ad Imperatoriam dignitatem quæſitum;,) nihilo tamen minus manſit inter hæc diſtinctio, & ſua Germanis libertas, jusque Remp. ſuam ſine Populi Romani conſenſu adminiſtrandi; Neque ex eo, quod jam multis ſeculis Germania *Imperii Romani*

G nomi-

nomine audiat, sequius quid, vel eam idem numero illud Romanorum Imperium esse, colligi debet aut potest. Pervulgare enim est pluribus consociatis Rebuspubl. ab una aliqua sociarum omnibus commune nomen indere. Ita quippe olim Achæorum Resp. omnibus fœderatis nomen dedit, & Urbs Romana omnibus sociis, hodieque Helvetii fœderati omnes ab uno pago vulgò *Suizeri*, ut Belgico-Germani *Hollandi* nuncupantur. Cum ergò horum ad exemplum Imperii Romani nomen sociis simul Rebuspubl. inditum, non sequius quid inde colligendum est. Crediderunt majores nostri Imperium Urbis Romæ, quòd vere est Romanum, dignitate præcellere Regnum Germaniæ & Longobardiæ, utut nullius amplius esset potentiæ. Itaque cum tres illæ Resp. æterno fœdere coaluissent, ab eâ, quæ opinione erat augustior, devolutum est nomen in totum Corpus, non tam publico etiam decreto, quam vulgi consuetudine, quam tamen circa *annum Christi MC.* Primores etiam Reipubl. ipsique Cæsares & Reges Germ. dum receptam loquendi rationem sunt secuti, approbarunt. *Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 10.* add. *Limn. ad Capit. Carol. V. proœm. verb.* Rom. Reichs. Nec immeritò sibi adhucdum hodie ex perpetuo isto fœdere Germaniæ nostræ Reges titulum *Romanorum Impp.* vindicant, prout eruditè ostendit *Bœclerus in Dissert. de Sacr. Rom. Imp.*

sect.

sect. 2. p. 14. seqq. Est enim hujus is hodieque effectus, ut doceat, per injuriam sibi plenum in urbem Romam, cæterasque Imperii Romani partes, imperium arrogasse Pontifices, eademque recuperandi adhuc jus & facultatem superesse Germanorum Regibus, nec ullo vel donationis (à quocunque tandem Imperatore ea facta allegetur, & sive à Constantino Magno, sive à Pipino, sive Carolo Magno, sive Ludovico Pio, sive Ottone I. III. sive Rudolpho I., Alberto, sive Henrico VII. vel Carolo IV. denique facta dicatur. vid. *Conring. de finib. Imp. c. 20. & de Germ. Imp. Rom. c. 13.*) vel præscriptionis titulo in quasi possessione pleni juris summi Imperii in iis securos esse, quod iterum prolixe tractatur à *Conring. d. c. 9 & cap. 20. 21. tr. de finib. Imper.* Conf. *Limn. lib. 1. c. 5. ibi addit. Burgold. part. 1. disc. 4. ibi Franc. Irenicus.*

17. Adjecit plura alia Otto I. virtute suâ rebusque gestis Magni nomen meritus Germanorum Regno, ut verè in summum felicitatis culmen sub eo evectum esse, dici possit, sed sequenti seculo XI. magis magisque iterum lapsa est Imperii dignitas, cum immaturæ ætatis in Rege, (Henrico IV. scil. qui quinque annorum puer Henrico patri, anno, postquam in Regem unctus erat, tertio successerat,) & muliebris Imperii (filioli enim tutelam & cum eâdem Imperii curas ex mariti testamento susceperat Agnes, Henrici III. vidua virilis ani-

mi & virtutis fœmina) pertæsi & absolutam libertatem meditantes Proceres summa imis miscerent. Quanquam negari nequeat, jam tum sub proximis quibusdam Regibus ac Impp. detrimentorum Germanicorum semina haud mediocriter fuisse sparsa, quando publicorum regni bonorum imprudente profusione, cum rerum gerendarum nervo, vim sibi authoritatemque multùm præciderunt. Imò quod Proceres Imperii tantos Henrici IV. ætate cierent tumultus, bonam partem antecessoribus ejus adscribendum esse dixerim. Illi enim istorum, & præcipuè Sacrorum, potentiam in tantum auxerant, ut postea ei coërcendæ impares successores essent. Suffudit malis istis quoque frigidam Gregorius VII. Pontifex Rom. qui primus dirum excommunicationis fulmen in sanctum Henrici caput aliquoties vibrare ausus, innumeras eo excitavit calamitates, & verè Pontificium condidit imperium, quod successores ejus per plura secula, Deo invito, invito mundo, invitis Impp. adeò duxerunt, ut summos, medioximos, infimos sub execrabile jugum miserint. Licet autem post tàm Henricus IV. ipse, quam filius ejus Henricus V. nec non unus ac alter successorum reliquorum ad Frider. II. usque, contrà scelestam Pontificum Rom. insolentiam, strenuè antiqua Sacri Imperii jura defenderit, ac vindicarit, rebelles coërcuerit & in ordinem

nem redegerit, deficientium perfidiam pro meritis caſtigaverit, & felicibus armis ad priſtinum obſequium imperata facere detrectantes reduxerit, in multis tamen, turbarum pertæſi, juri Imperatorio ac Regio, plus quam æquum, ceſſerunt.

18. Cum Friderico II. verò tandem priſca Cæſarum authoritas & Germanici Imperii decus ferè prorſus concidit, & non gradu modò, non curſu, ſed præcipite quodam lapſu, ut *Conring. de fin. 19* loquitur, corruit propemodum Germ. Reſp. Nil enim hodiè de vaſti Imperii corpore reſtat, quam truncus aroſus, & malè cohærens ex fatali animorum diſſenſu, quos Religionis diverſitas, & ſeparatæ ſingulis rationes, diviſa conſilia, vota, ſpes, metusque ſecreti & profeſsi, in contraria omnia jampridem diſtraxere. Sed ut eo magis de decrementis hiſce conſtet, in rem præſentem ire, & quæ Imperii jugum excuſſerunt, vel ab aliis exempta ſunt, ſpecialiter enumerare operæ pretium erit. Non autem ſequemur hâc in re ductum *Reinkingi, aliorumque* qui omnes veteris Romani Imperii provincias, quæ, cum auguſtiſſimum adhuc eſſet, & in longitudine 90. in latitudine v. 45. gradus adhuedum compleret, ſceptrum ejus coluere, huc referunt, easque repetendi ac recuperandi jus faſque Imperatoribus noſtris, ex eo quod in veterum Cæſarum locum ſucceſſerint, tribuunt;

buunt; (aſt ſine ratione, cùm eo tempore, quo Carolus Magnus Imperatoris titulum accepit, eæ non amplius in ditione Romanorum fuerint, nec jus aliquod in easdem Populus Romanus amplius habuerit, ſed dudum cum poſſeſſione jura ſua omnia in illas ante Carolum Magnum amiſerit, adeoque largiri Germaniæ non potuerit. Vid. *ſupra num. 14.* add. *Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 11.*) Sed ſaltem ea, quæ ſub Imperii Romano-Germanici ditione, aut membra ejus aliquando fuere, nunc verò vel res ſuas peculiares habent, libereque adminiſtrant, & neminem ſuperiorem amplius, de jure aut de facto, recognoſcunt; vel in aliorum ditionem ab iis exempta, conceſſerunt, recenſebimus, initium à regno Arelatenſi facturi.

19. Oſtenſum eſt *ſupra num. 15.* quomodo Provinciæ, Regnaque, quæ Carolus Magnus tenuerat, poſt inteſtinum, graviſſimumque bellum inter tres ejus nepotes, Ludovici Pii filios, diſtributa fuerint. Nunc ergo porrò notes velim, quod Lotharii Imperatoris portio poſt quam ingreſſus ipſe Monaſterium Prumienſe prope Auguſtam Trevirorum, in tres alias partes, inter tres ejus filios, diviſa ſit, Ludovico ſc. Italia cum Imperatoria dignitate; Carolo Provincia ſive Gallia Narbonenſis, &, ut alii addunt, Burgundiæ minoris nonnulla; Lothario quicquid reliquum fuit pa-

ternæ

ternæ hæreditatis trans Alpes (quod ſive à patre ſive ab hoc Lothario Regnum Lotharii ſive Lotharingia dictum, cujus modica portio antiquum hodie nomen obtinet) obtigerunt, ſinguli autem abſolutâ poteſtate ſuis provinciis imperarunt. Carolo *anno 864.* defuncto, frater Ludovicus Imper. Galliam Narbonenſem, Lotharius Lotharingiæ Rex Burgundicā fratris hereditario jure acceperunt. Lothario hoc 4. annos poſt ann. 868. ſcil. itidem mortuo, regnum ejus Lotharingicum Carolus Calvus Gallicanus occupare voluit, ſed repulſus eſt à fratre Ludovico Germaniæ Rege. Anno tamen 870. inter duos fratres illos, cum adhuc viveret proximus heres Ludovicus II. Imper. duas in partes Regnum Lotharingiæ diviſum eſt. Quid tum factum fuerit Germanici, quid Gallici juris, diſtinctè ac dilucidè docuit *Conring. de fin. Imp. c. 7.* Ludovico II. Imp. quoque *ao. 875.* ſine liberis defuncto, ſi non unicus, ſaltem primarius omnium Ludovici provinciarum ac Dignitatis titulique Imperatorii heres erat patruus major natu Ludovicus Rex Germaniæ, ſed Carolus Calvus Italiam cum Cæſarea dignitate majori fratri per ſummam eripuit injuriam, à Johanne VIII. Papa Romæ coronatus. Occupavit præterea injuſtè Galliam Narbonenſem, vanáque ductus ambitione novum ibi condidit regnum, Boſoni uxoris Judithæ fratri commiſ-

 ſum,

ſum, quod à præcipua ſui urbe *Arelate*, hodie *Arles*, (quæ non procul à mari Mediterran. qua Araris & Rhodanus ſimul unum facientes mare illabuntur) *Arelatenſe* dictum, (cujus regni hiſtoriam *in præfatione Gervaſii Tiberienſis* eruditè nuper expoſuit *Clariſs. Maderus.*) Paruitque hoc regnum Arelatenſe ſive Burgundicum ab obitu Caroli Craſsi per annos ultra triginta ac centum ſingularibus Regibus, à morte autem Regis Rudolphi III. (quæ contigit *anno 1032.*) vi pacti cum Henrico II. Imp. primò initi, poſt cum Conrado ſucceſſore ejus renovati, in poteſtatem Germaniæ Regum rediit, ita ut nihil juris in illud amplius Francorum ſive Gallorum Regibus remanſerit, ſed citra omnem controverſiam Regno Germaniæ acceſſerit, atque adeò ampliſſimè promoti fines Imperii Germanici, ab Urſa ſcil. in Helvetiis & Rheni ripa, ac Jura monte, ad Rhodanum usque, mare Mediterraneum & Alpes, ac Lugdunum quoque Valentia, Vienna, Avenio, Arelate, Maſſilia, aliæque præclaræ urbes Lugdunenſis & Narbonenſis Galliæ, in nomen & ditionem Germanici Imperii pervenerint. Nam pertinuit ad Regnum Arelatenſe Ducatus Burgundiæ, Sabaudiæ, Cabeliſii & Auguſtæ, Principatus Pedemontii & Auranii, Landgraviatus Alſatiæ, Comitatus Burgundiæ, Habſpurgenſis, Ferretenſis, Montis-Beligardenſis, Carolinus, Niver-

Nivernensis, Forestiensis, Valentinensis, Provincia, Geneva, Venesinum & Avenio, Dynastiæ Bressiæ, Salini & Noyerii, nec non ditio Delphinatus, Vivaretii, Auxerræ, Uvand & Forcigny, comprehensis montibus & Ligis Helveticis. ut scribit *Charron en l' histoire universelle. Chap. 95. p. 682. referente Limn. ad A. B. c. 1. §. 12. obs. 6.*

20. Sed *Bodinus* (*l. 1. de Republ. c. 9. p. m. 168.*) Henricum V. Imper. regnum hoc cum omnibus juribus Philippo Valesio Galliæ Regi pro pretio *CCM.* pondo argenti vendidisse tradit, emptionis, solutionis, & ratihabitionis Ordinum Imperii tabulas in Archivis Regum Galliæ extare scribens. Verùm cum nec Bodinus, nec alii Gallorum, has tabulas unquam produxerint, nec post reperti (quod equidem sciam,) qui se legisse prodiderint; præterea Henricus V. initio seculi XII. post C. N. rebus Imperii præfuerit, Philippus Valesius autem sequenti seculo XIV. in Gallia rerum potitus, Bodinianum hoc commentum jure meritoque explodimus. Præsertim cum à *Lamberto van der Burch. in Origin. Ducum Saband.* ac *Otton. Frising. l. 2. in vita Frider. c. 29.* doceamur, omissam à patre Henrico IV. propter multitudinem bellorum civilium, in Burgundia potestatem ita exercuisse Henricum V. filium, ut non modò Amadeum, Mauriennæ Comitem (*Otto Frisingensis* Taurinorum vocat

Provincia (quam jam à Rudolpho Habſpurg. Galli fiduciario jure acceperant) homagium Carolo Cæſari præſtante, uberius confirmaſſet. Accedit quod ex ſucceſſoribus Caroli IV. Rupertus Palatinus filium ſuum Ludovicum non modò in Germania, ſed Gallia quoque & Arelatenſi Regno Vicarium creaverit *anno 1401.* Diploma Cæſareum exhibet *Palatinis Originibus Marquardus Freherus. lib. 1. c. 16.* quod utique magnum nondum adhuc tum temporis perditi in Arelatenſe Cæſarei juris argumentum eſt. Eſt denique evidens ſummæ Imperii in regnum Arelatenſe poſt Caroli IV. quoque ævum exercitæ poteſtatis indicium, quod Fridericus III. cum civitas Imperialis Tigurinum à fœderatis Helvetiis obſeſſa *anno 1444.* Ludovicum (XI. ſcilic.) Delphinum, ut Vaſallum Imperii cum exercitu præſtò eſſe juſſerit. Cæterum hodie Galliæ Reges potiora regni hujus abſolutè ſine ullo Imperii noſtri reſpectu tenent, ſed multa absque titulo: hinc ea nec dum (ita ſcil. ut non jure queat repetere) Imperii juribus ſubducta eſſe pronunciat *Conring. de fin. cap. 24.* Confer. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. Diſc. 8. pag. 72. ſeq.*

22. Porrò Galliæ Reges ſibi etiam hodie transſcribunt, imò & vi Imperio ereptam tenent univerſam ferè *Lotharingiam*, quæ ſub titulo Regni Auſtraſiæ ſive Lotharingiæ primum

ſeculo

seculo IX. Germaniæ Regno accessit, postea verò seculo XI. quo sensim titulus ille Regni exolevit, in unum cum ea (Germania scilic.) corpus magis magisq; concrevit, ipsâmet Gallia jus suum cedente. vid. *Conring. de finib. c.6.7.* Et multa quidem Lotharingici hujus regni jam ante Maximilianum Imp. à quo variæ desuper publicè, privatimque fusæ sunt querelæ, Galli occuparunt. Plura verò superiori seculo subtraxerunt, (in quæ *Pacif. Monast.* plenum jus tamen impetrarunt. *art. 6. vers. Primò quod supremum Dom. &c.*) Præsenti ævo Ducem Lotharingiæ Carolum omni ferè exuerunt ditione, adeoque maximam regni illius partem in possessionem suam redegerunt. Licet verò Carolus in superiori bello inter Galliæ & Hispaniæ Regem gesto captus, ea lege in Pacificatione Pyrenæicâ (quam exhibet *Londorp. Act. Publ. Tom. VIII. lib. 8. cap. 478. pag. m. 639. seqq.* & *Gastel de Stat. publ. Europ. noviss. p. 1. c. 6. n. 24.*) *art. 62. seqq.* libertatem impetraret, ut Gallus omnia ipsi restitueret, urbe Nancy quoad munimenta solo æquatâ &c. Ipse tamen deinceps, vi vel persuasionibus, universum jus in Galliæ Regem iterum transtulit, his conditionibus, ut certa pecuniæ summa quotannis sibi penderetur, & una urbs *Marsal* saltim in devotione sua permaneret, familia Lotharingica autem Principibus Sanguinis annumeraretur. Et ex hoc contractu nunc, non obstante

vel

vel jure Imperii, vel contradictione fratris Nicol. Francisci, & deinde Caroli Junioris, Nic. Francisci, fratris Caroli Senioris contrahentis, filii, totum ferè Lotharingiæ Ducum patrimonium hodiè Galliæ Rex tenet, (v. *Gastel. de Stat. publ. Europ. novißs. p. 4. c. 19. rubr. Duces Lotharingiæ ibiq; alleg.*) Sed si, quod res est, dicere liceret, contractum illum, ex quo illud Ducum patrimonium Gallus prætendit, non tantùm iniquum, sed & nullum esse, dicerem. Vergit enim 1. in magnum Imperii nostri præjudicium. Imperii namque feudum, si non in totum, maximâ tamen ex parte, illud Ducum Lotharingiæ patrimonium esse, nemo negitare potest, (vid. pluribus id evincentem *Conring. de finib. Imp. c. 27. 28.*) Carolo ergo feudum hoc absque Imperii consensu alienandi jus minimè fuit. 2. Proximiores agnati in eum nunquam consenserunt. Contradixit sane eidem acriter Carolus Junior, & ob hanc causam tùm Papæ, tùm Italorum Principum, tùm præcipuè Imperatoris opem imploravit. Invitis autem agnatis proximioribus nullum feudum vetus, propter jus ipsis quæsitum, alienari posse in aprico est. Sperabat Carolus Junior se per Tractatus Noviomag. plenè in omnia restitutum iri, sed spes eum decepit, adeo graves enim ipsi propositæ sunt conditiones, ut melius ac tutius fore ratus sit, interposita protestatione, ad tempus, quo se melior amissa recuperandi offerat occasio, carere

carere possessione, quam præscriptas ibi conditiones (vid. *Pacif. Noviom. Cæs. Gall. artic. 12. seqq.*) acceptare aut ratificare.

23. Sane justiore titulo Galli, postquam ita convenit, possident, quæ ipsis Cæsar & Imperii Ordines in *Alsatia*, (quæ etiam saltem magnam partem olim portio Burgundici regni fuit,) *Suntgovia*, *Brisgovia*, &c. cesserunt *Instr. Pac. Cæs. Gall. Monast. art. 6. & Noviomag. art. 5. Burgold. ad Instr. Pac. p. 1. Disc. 20. membr. 2. num. 24.* Parique jure sibi vindicant Episcopatus, Metensem, Tullensem, Verodunensem, urbibus cognominibus jam tùm ab Henrico II. Gall. Rege occupatis; Quamvis enim non levis antehac inter Juris pub. Consultos de his, an juste detinerentur? fuerit controversia. vid. *Limn. l. 7. J. P. c. 32. num. 6. in addit. tom. 1.*. attamen *anno 1648.* illa prædicta Pacificatione Monaster. inter Imperatorem & Galliæ Regem hoc modo sopita, ut supremum dominium, jura superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus, Metensem, Tullensem, Verodunensem, urbesque cognomines, eorumque Episcopatuum districtus & nominatim Moyenvicum, eo modo, quoad Imperium Rom. spectarant, in posterum ad Coronam Galliæ spectare debeant, reservato tamen jure Metropolitano ad Archi-Episcopatum Trevirensem pertinente. *Instr. Pac. Cæsar. Gall. art. 6.* Quid verò post vi supremi dominii

minii in prædictos Episcopatus concessi Rex Galliarum in feuda à nonnullis Imperii Statibus, Nobilibus & Subditis ab Episcopatibus illis recognita, extra districtus illorum tamen sita, contra Instrumenti Pacis tenorem, prætenderit, ex actis & scriptis *ab Ahasv. Fritschio sub fin. annotat. ad Instr. Pac. Osnabrug. Monast. sub. tit.* Bericht / was wegen der Metz- Tull/ und Verdunischen Lehen Sachen bißhero vorgangen / exhibitis, pluribus cognoscere datur, quidque hactenus per aliquot annos de facto ob id molitus sit, suo illi Imperii Status, Nobiles ac Subditi experti sunt malo, ac satis superque, quomodo verba Instrumentorum Pacis pro commodo suo interpretatus & ultra sensum extendens, mox hæc, mox illa, prætextu sibi factæ cessionis, involaverit, decem Imperii Civitatum in Alsatia querelæ, (vid. *B. Venat. relat. Com. 6. Diar. Europ. cont. 19. in append. & cont. 20. p. 300. seqq.*) Argentorati occupatio, murorum Augustæ Trevirorum destructio, &c. testatum fecere.

24. Non veriti sunt quidam ipsimet *regno Galliæ* quoq; quæstionem status & litem de jure libertatis movere, olim illud ipsum in Regum Germaniæ obsequio fuisse, hincque jure repeti & vindicari posse, concludentes; ast quanquam negari non possit, Caroli Crassi tempore in obsequio Germaniæ Cæsarum fuisse, quia tamen illa Germanici Regni reverentia cum

Ar-

Arnolpho ſtatim iterum interiit, & ſic non niſi brevi momento ſtetit, ſolidum aliquod jus inde Imperio German. in Galliam non eſt acquiſitum, præſertim cum ab eo tempore pro libera ſuæque ſpontis Republ. Gallia ſemper ab ipſa Germania ſit agnita. *Conring. de fin. c. 8.*

25. *Hiſpania* olim quidem florentis Romani, (ad Honorii Imp. usque tempora, v. *Cluv. Geograph. l. 2. c. 5. n. 6.*) Romano-Germanici autem Imperii Jurisdictionem nunquam agnovit: minus rectè ergò inter Provincias ab Imperio noſtro avulſas à nonnullis refertur; nec eſt, quod quisquam Hiſpanos à Carolo Magno iterum in poteſtatem redactos dicat, cum contrarium ſatis conſtet ex internecione Gallorum ad Pyrenæas anguſtias, vulgo *en Ronces valles*, ubi Carolus 12. Paribus Galliæ, (inter quos etiam Anſelmus, Eginhardus, & Rolandus) occiſis, exercituque amiſſo inſignem cladem accepir. v. *Don. Acciajolus in vit Carol. M.* Se ipſos verò rurſus Imperio noſtro ſubjeciſſe, nemo hactenus vel per ſomnium fortè aſſeruit. Neque Hiſpaniæ, eo nomine quod aliquando Romani Juris, à Germania propter Rom. Imperii jus à ſeſe hodiè quaſi poſſeſſum controverſia aliqua unquam vel mota fuit, vel moveri poterit. Reſpectu verò Burgund. ſuperioris, la Franche Contè dictæ, (quæ tamen per Pacem Noviomag. inter Gallum ac Hiſpan. an. 1679. initam Galliarum Regi inter alia ceſſit: vid. *ar-*

tic. 11. 12.) & Ducatus Mediolanenſ. non ut Rex, ſed ut Dux Burgundiæ & Mediolanenſis Imperium veneratus eſt. Idem eſto judicium de *Anglia*, quæ quidem etiam Romanis olim paruit legibus, donec à Pictis & Scotis, Imperatore Valentiniano, invaderetur, ſed in Imperii noſtri ditionem nunquam rediit. Neque, ut *Victori de cauſis exempt. Imp. concl. 2.* videtur, Imperii Vicariatus Edwardo III. conceſſus ipſius libertati quid detrahit, cum extraneus quoque id officium gerere poſſit. Et ipſe *Victor* ſibi contrariatur, firmiter enim Britanniam dicit hæſiſſe Imperio cum à Ludovico Bavaro Edwardus III. Imperii Vicarius ordinaretur, donec Gallorum Regis metu Innocentio III. tributaria offerretur, quod tamen C. annis amplius ante factum, quam Ludovicus iſte Imperium capeſſeret. Ergò tum, ſi ullo alio tempore, Imperio, ipſo fatente, non fuit ſubjecta.

26. Meliori jure inter Imperii noſtri decrementa ſeu provincias ab eo avulſas numeraveris *Regnum Daniæ*, quod equidem ſub Imperio Romano ad Carolum Magnum translato non fuiſſe, attamen poſtea Ottonis M. auſpiciis in Regum Germaniæ clientelam perveniſſe, & cum Conradus II. huic in Daniam parto per Ottonem juri renunciaſſet, idque Canuto Suenonis filio non per Daniam duntaxat, ſed & Angliam longè potentiſſimo, ceſſiſſet, filio ſuo Henrico Canuti filiâ in uxorem ductâ, per Lotharium

tharium illud Imperio restitutum, sicque regnum hoc binis per intervalla vicibus Imperio Germanico obnoxium fuisse, luculentis comprobare testimoniis satagit *Conring. tr. de finib. Imp. c. 14.* Sed enim Cæsarum nostrorum in Dania authoritatem ac potestatem mox iterum cum Friderico I. Imperatore, Canuto homagium negante, expirasse idem *ibid.* probat *Conringius*, ex eo, quod nullus successorum amplius jus aliquod in Daniam ab eo in præsens usque tempus prætenderit, multò minùs armis vindicarit. Liberum ergò & ex mente ejus, hodie Dania est regnum jam per V. secula, unà cum *Slesvvicensi Ducatu & Episcopatu*, nexu clientelari solutum ac Imperii Germanici legibus subductum; *Ducatum* autem illum *Slesvvicensem* à Daniæ Regibus feudi jure diu possederunt Holsatiæ Duces, 40. idoneos inde equites, peditesque 80. in recognitionem superioritatis, quoties res postulavit, suppeditare coacti. Anno 1658. d. $\frac{12}{22}$ Maji Speciali transactione ad normam Pacis Rotschildensis, inter duas Septentrionales Coronas die 26. Februar. 1658. conclusæ, & à Londorp. *Tom. VIII. lib. 8. c. 159. pag. m. 235. seqq.* exhibitæ, initâ, (quam pariter una cum Diplomate, quo cessio supremi Dominii facta, exhibet laud. Londorp. *d. l. 8. c 208. seq.)* plenum ac absolutum in eundem dominium à Rege Daniæ Friderico III. Sereniss. Princeps Dux Holsatiæ lineæ Gottorpinæ Fri-

næ Fridericus, à ſumptuosâ illâ ad Regem Perſiæ ac Cæſarem Moſcoviæ legatione Clarus, pro ſe ac deſcendentibus ſuis accepit, ſicque in filium Chriſtianum Albertum transmiſit anno 1659. qui etiam accedente nova negotii confirmatione per Pacem Haffniæ inter easdem coronas anno 1660. d. 27. Maji concluſam art. 27. usque ad ann. 1675. Ducatum hunc Sleswicenſem independenter, nullum ejus reſpectu ſuperiorem recognoſcens, ut Dominus abſolutus tenuit, dicto anno 1675. autem Ducatus ſequeſtratus eſt. Sed Dux Chriſtianus Albertus rurſus in abſoluto ſtatu confirmatus fuit per Pacem ad Fontem Bellaqueum, vulgò *Fontainebleau*, anno 1679. 2. Sept. confectam, quam exhibet Londorp. *Tom. X. lib. 11. pag. m. 709.* Anno 1682. nova diſſidia inter Regem Daniæ & Ducem exorta, quorum occaſione hic ab illo ex Ducatus ſui poſſeſſione rurſus dejectus eſt, & reſtitutionem quam ſerio ſollicitavit, demum per Transactionem Cæſareæ Majeſtatis & Electorum Saxoniæ ac Brandenburgici, aliorumque Regum & Principum interpoſitione Altonæ $\frac{20}{30}$ Junii 1689. initam & 14. Julii d. ann. ratificatam obtinuit.

27. *Hungaria* etiam ab Henrico III. Imp. in provinciam Imperii Germanici redacta fuit, indeque Germanorum Regum Vaſalli facti Ungariæ Reges, teſte *Hermanno Contracto ad ann. 1045.* quod Scriptores Ungarici equidem aut diffi-

dissimulant, aut penitus negant, at quantum illorum authoritati tribuendum, præclare monuit *Ampliss. Conring. de fin. Imp. c. 17.* Sub Henrico IV. autem per bella Germanorum intestina Regnum Hungariæ juri Cæsareo se rursus subtraxit, nec pereuntem imperii gloriam Principum fatali socordia, civilibusque bellis impeditus in Ungaria recuperare potuit Henricus. (Turbas hasce Hellebrandus ille (Gregor. VII.) sufflaminavit, id quod ex ejusdem Epistolis à *Baronio* exhibitis & *à Conring. d. c. 17.* magnam partem repetitis clarum est) Voluit ergo post Fridericus I. Ungariam ad Monarchiæ apicem reducere, sed nec ipse Principum super hoc assensum, nescio quas ob causas, impetrare valuit, adeoque ab eâ, vel ad minimum Friderici II. ætate nihil Imperii quidem Germanici nomine in Hungariam tentatum est, & quicquid antiqui fuit juris, tot seculorum decursu periit. Quod ipsum etiam non semel ultro professi pridem sunt, idque in publicis Comitiis, Imper. German. Ordines v. *R. I. de anno 1566.* §. über voriges haben uns Chur-Fürsten/ Fürsten ꝛc. *69.* Hodiè regnum hoc Hungariæ, suavi matrimonii ab Alberto II. Austriaco, postmodum quoque in Regem Germaniæ evecto, anno 1438. cum Elisabethâ Sigismundi Hungariæ ac Bohemiæ Regis, simulque Cæsaris, filiâ unicâ contracti vinculo, primò acquisitum, dein variis turbis quidem involutum,

ſauſto tamen omine iis rurſus ereptum, pactoque hereditario firmatum, Sereniſſima Auſtriacorum Domus tenet, ita ut in eo neminem, niſi DEUM & enſem recognoſcat ſuperiorem. Licet autem hactenus miſera ejus fuerit facies, ſub tyrannide Mahumed. tam quoad religionem, quam quoad regimen, nunc tn. ſub miti Auguſtiſſimi Cæſaris Leopoldi re ac nomine Magni imperio illa lætior apparet. Et nuper quidem ann. 1687. np. in Comitiis Regni non modo rigor Privilegii Regis Andreæ libertatem ſeſe Regibus opponendi concedentis mitigatus, multaque alia puncta remiſſa ſunt, ſed Magnates & Status Regni quoque prætenſum jus eligendi Regem in tantum remiſerunt, ut ob plurima Regiæ Majeſtatis & Inclutæ Domus Auſtriacæ, tum anteà, tum imprimis in præſenti bello Turcico ipſis exhibita beneficia, & intuitu ejus, quod per victricia Ejus Majeſt. arma maxima pars Regni cum adjacentibus Provinciis â jugo Turcico liberata, Regnoque iterum unita fuerit, non ſaltem Domui Auſtriacæ, ſed & Regiæ Familiæ Hiſpanicæ ac Electrici Bavariæ hereditariam ſucceſſionem confirmarint, vel ut Diploma loquitur, poſtliminio reſtituerint. Pro quorum confirmatione ſtatim die 9. Decembr. d. anni Archidux Auſtriæ Joſephus nono ætatis ſuæ anno Presburgi Rex Hungariæ ſolenni ritu ac pompa inſigni coronatus eſt, qui tamen mox poſt coronatio-

nem

nem Augustissimo Patri Leopoldo Imp. regimen Regni iterum cessit.

28. *Polonia*, Ottonis M. Cæsaris ævo Imperio Germanorum tributaria quoque facta memoratur. Constituerunt autem eo tempore sola Silesia, Polonia major, minorque, & Masovia Rempubl. gentis, (Lithuania enim quæ si amplitudinem spectes, par fere universæ Poloniæ, ante trecentos & quod excurrit, annos demum, anno nim. 1385. familiâ Piasteâ extinctâ, ei accessit, ut & Russia) cui tum præerat Misico, quem Miezislai nomine Polonorum annales celebrant, reliqua penè omnia cum nostris consentientes, nisi quod hanc gentis suæ subjectionem dissimulent. Mansit is rerum status usque ad interregnum Friderici II. mortem insecutum. Nam quamvis, Henrico & Conrado II. Cæsaribus, Bolislaus altiora spirans regiam dignitatem furtim usurparit, ac vicinam Germaniam & Bohemiam latrociniis atque excursionibus sæpe infestarit, subinde tamen domitus ad officium rediit. Et Conrado III. Cæsare Poloniam Regibus nostris sub tributo serviisse expreße scribit *Otto Frising. in Chronici sui libr. 6. c. 28.* Nec Friderico II. Imperii habenas tractante quidem in Polonia extinctam Imperii auctoritatem, argumento est Constitutio Friderici II. qua regnum Bohemiæ anno 1212. plurimum ornavit; concedit enim ibi Bohemiæ Regibus censum à Poloniæ Duci-

bus Imperio ſolvendum vid. *Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper. p. 346. ſeqq.* Jure proinde affirmaverimus, Poloniam ab Ottonis M. ævo usque ad Fridericum II. tantum non ſemper & ſubjectam & tributariam Imperio Germanico fuiſſe. Et verò poſteà demum, fractis multum Imperii rebus, Polonia magis magisque Imperii ſeſe ſubduxit obſequio, ad plenam adſpirans libertatem. Cujus conatus ingens indicium orbi prodidit *annò 1295.* Premislaus Dux majoris Poloniæ, Sendomirienſi & Cracovienſi Principatu ſibi addito adeo tumidus, ut non dubitaverit inconſulto Imperatore regium Diadema titulumque ſibi attribuere, cujus exemplum ſucceſſores omnes imitati. Saltim à Premislai illis conatibus ergò Poloni obſequium omne Imperio jam per annos trecentos nonaginta amplius detrectarunt, eoque temporis ſpatio pro juribus Imperii, vi quidem & armis, in Poloniam nihil eſt tentatum; Sed nec quisquam Cæſarum etiam à Caroli IV. temporibus amplius vel in controverſiam vocavit libertatem Polonicam. Imò jam ultra ducentos annos Regium nomen Polonis quaſi jure partum ſpontè conceſſum eſt, & multi contractus cum iis initi tanquam cum verè libero populo. Quæ res certè eſt indicio, vetera Imperii jura derelictione & tacito Cæſarum Ordinumque conſenſu dudum exſpiraſſe, atque ita Poloniam liberæ Reipubl. jure nunc gaudere. *Fr. Iren, ad Burgold. p. 8. D. 8. p. 88.*

29. Cum

29. Cum autem Poloniam concidente cum Friderico II. Imperii authoritate reverentiam Imperii exuisse, eidemque jam integram libertatem redditam esse affirmamus, nolumus idem de *Silesia* quoque, quam Reip. Polonicæ portionem quondam fuisse diximus, simul exaudiri; hæc enim à reliquo corpore Polon. avulsa, ac Cæsarea authoritate, liberoque Ordinum Imperii consensu Bohemiæ unita, adhuc hodiè est Regni Bohemici, adeoque & Imperii nostri Rom. Germanici, provincia. *Bohemiæ* enim *Regnum* certissimum adhuc hodie Imperii nostri est feudum, satis hoc arguente illa ipsa dignitate Archi-Pincernatus & Electorali, qua Reges ejus hodieque gaudent; Ita in fundamentis Ferdinandi II. quibus sibi jus legitimæ successionis in hoc regno asseruit, à *Londorp. Act. Publ. Tom. 1. lib. 4. c. 101. & seqq. pag. 738, seqq.* exhibitis, disertis verbis *cap. 114. pag. 765.* dicitur, daß das Königreich Böhmen ein Reichs-Lehen sey/ über welches die Könige vom Käyser belehnet werden/ daß der König in Böhmen dem Käyser unterworffen/ und von ihme das gantze Königreich Böhmen mit der Stimme/ und das Ertz-Schencken Ampt/ wie auch andere Marggraffschafften und Fürstenthümer zu Lehen trage und empfahe/ rc. Etsi ergò à modernis Regibus Bohemiæ Regnum, Ihr Erb-Königreich/ appelletur im Prager Friedenschluß. §. Was der

Röm. Käyserl. Majest. ac *in Instrum. Pac. Osnabr. Monast. art. 4. §. de cætero.* Bohemia cum aliis Provinciis hereditariis Imperatoris conjungatur, ex hoc tamen minimè sequitur, Imperii jus in illam extinctum esse. v. *Limn. ad A. B. c. 7. §. 3. Observ. 14.* Et fuit sanè à Caroli M. cujus auspiciis in Imperii nostri ditionem jam concessit, ævo, tantum non semper Bohemia subjecta Imperio, quod vel inde patet, quod Duces Bohemiæ Cæsares nostros Germanicos Dominorum titulo semper honorarint, in Curia Cæsarea causas suas dicturi comparuerint, vid. *Cuspin. in Rudolph. I.* ad Cæsarum jussa non minus atque alii Principes Imperii arma expediverint, aut commeatu exercitus Imperii juvarint, multi quoque Ducum, invitis etiam & reluctantibus Bohemis à Cæsaribus nostris dati sint, donec populo eligendi potestas per Philippum Imperatorem reddita, (confirmandi investiendique authoritate tamen Cæsaribus salva manente) ipsum denique regium nomen solo Germanicorum nostrorum Cæsarum beneficio Bohemis obtigerit, Wratislao Justo Bojemorum Duce ab Henrico IV. in regiam dignitatem *anno 1086.* evecto, successoribus ad Cæsarum nutum regio titulo rursus abstinentibus, usque dum Uladislaus II. à Friderico I. Cæsare in præmium navatæ contra Mediolanenses operæ secundò Rex Bohemiæ renunciaretur, hujus successoribus

ribus denuo ad imperata Ducum nomine Bohemiam administrantibus, donec Philippus Imp. regium nomen Bohemiæ in Premislao, qui & Ottocarus dicitur *anno 1199.* stabiliret, quæ omnia sole clarius exhibent Imperii in Bohemiam saltim ad Fridericum usque II. perpetua jura. A Friderici II. obitu, quo priscam Cæsarum authoritatem & Germanici Imperii decus simul concidisse, jam supra diximus, Bojemi, qui sub Ottone IV. adhuc in Comitiis Altenburgensibus comparuerant *anno 1209.* & sub ipso quoque Friderico comparere necesse habuerant, in libertatem sese vindicare voluerunt, sed cum huic defendendæ sese impares esse viderent Bohemorum Reges, sub clientela Imperii manere, regnumque ab Imperatore, ceu summo Orbis Christiani capite, sibi confirmari, quàm aliis prædam fieri, maluerunt. Quod autem de Bohemiæ regno & ei unita Silesia diximus, sub Imperii jurisdictione ea adhucdum esse, idem & de aliis *Regno* illi *incorporatis provinciis*, de quibus vid. *Limn. ad A. B. c. 8. Observ. 5. & l. 3. J. P. c. 8. num. 76. seqq.* dicendum esse per se satis claret.

30. *Masovia* verò Poloniæ fortunam indubiè comitatur. Accepit illa olim Duces proprios (perindè ac hodiè à Polonico regno peculiari Ducatus, cujus caput *Warrschauv*, in subjacente campo Electioni Regis locum præbens, titulo divisa) ex instituto Conradi II.

Casi-

Cæsaris, Imperio unicè non autem Poloniæ propric sic dictæ, obnoxios. Post seculum XIII. autem inclinare cœpit isthæc Imperii reverentia. Itaque seculi XIV. anno 29. Johannes Rex Bohemiæ, prætexens tamen Imperii authoritatem, Wenceslaum Ducem gentis adegit in verba sua jurare. At Casimiro II. Rege, à Polonis provincia isthæc in fidem est recepta, post anno 1526. familiâ Ducum Masoviæ extinctâ, integra Poloniæ facta, nec quidquam adhinc pro juribus Imperii nostri in illam authoritate publicâ amplius tentatum, ac proinde sic Imperii finibus excessit.

31. Modò autem non simul *Prussiam atque Livoniam* sic amisissemus, cum utraque sine exemplo à seculo XIII. demum in Imperii jura transierit, & quidem à Germanis occupata Germanos incolas acceperit, inque mores nostros transmutata pleniùs, quàm unquam Polonia, Imperii dignitatem coluerit. Vistula amne ad Balthicum mare à Caroli M. ævo usque terminabatur Imperium Germanicum; Ulteriora proximè *Pruzii* proprios suos habentes Principes tenebant. Hi cum adhuc pagani initio secul. XIII. Masovios armis infestarent, horum Dux Conradus hostibus impar, terramque Culmensem sibi ereptam dolens, in auxilium Ordinem Sacrum militum Germanicorum, (qui & Mariani & Crucigeri appellantur) præcipuâ tum virtute & ge-

starum

ſtarum rerum famâ, advocavit. Vocati mox Pruſſos provinciâ Culmenſi iterum ejecerunt, & quia in præmium navatæ operæ, Friderici II. Cæſaris beneficio, non ſolùm terræ Culmenſis, ſed totius etiam Boruſſiæ, omniumque terrarum, è quibus Barbaros ejecturi eſſent, dominium ipſis decretum & confirmatum, brevi rarâ armorum felicitate univerſam Boruſſiam occuparunt, Imperioque adjecerunt. Et haud multò poſt pari ſucceſſu Gedanum cum vicinâ Pomerelliâ trans Viſtulam occaſum verſus Poloniæ Regibus, verſus Orientem Samogitiam Lithuanis eripuerunt. Floruerunt res Ordinis usque ad annum 1400. Inde cum non neceſſariis, imò iniquis bellis Lithuaniam & Poloniam infeſtantes, Uladiſlaum Jagellonem Regem, Polonicis, Lithuanicis & Tartaricis copiis ſolito potentiorem hoſtem, irritaſſent, ab illo *anno 1410.* ad Drevanciam fl. in Maſoviæ finibus, ingente prælio cæſi, bonam Boruſſiæ partem iterum amiſerunt. Fide ſubditorum in integrum ferè reſtituti, graviſſimis exactionibus & tributis mox horum quoque animos usq; adeò à ſeſe abalienarunt, ut maxima nobilitatis pars, pluraque oppida, renunciato Ordinis Magiſtro (Ludovico Erlishuſio) fidelitatis ſacramento, Regi Poloniæ, (qui tum Caſimirus III.) ſeſe ſuaque *anno 1454.* in fidem obtulerint. Per aliquot annos cum adverſâ fortunâ fortiter luctati Ordinis

dinis fratres & ipsi tandem certis conditionibus in sacramentum & fidem Poloniæ Regum & regni sese dederunt, *anno scil. 1466.* Ita tota Prussia in Polonicæ Reipubl. corpus tùm concessit, detrectavit quidem post sacramentum illud Fridericus Saxoniæ Dux Ordinis Magister, fiduciâ Maximiliani Augusti, Poloniæ Regi præstare, sed præterea nihil movit. Fecit idem Albertus Brandenburgicus Ordinis Magister, correptis quoque armis, sed cum imparem se sentiret, nec ab Imperio auxilia, quibus impetrandis in Germaniâ tres exegerat annos, expectare posset, Ordinibus etiam Provinciæ pacem, & cum eâ Evangelicam religionem expetentibus, cum Sigismundo I. Poloniæ Rege, avunculo suo, (erat enim Sigismundi sororis filius) transegit *anno 1525.* ita ut Borussia quidem, in quantum Generali Magistro Ordinis Teut. adhuc subjecta, in ditionem regni Polonici redigeretur, beneficiaria tamen lege à regno Poloniæ eam Ducis nomine possidendam Albertus haberet, ac jure hereditario innixam ad filios posterosque transmitteret, aut si hi defuturi essent, successio ad ipsius fratres, Casimirum ac Johannem perveniret. Indeque Borussia in *Regalem*, sub qua continentur *Dantiscum, Elbinga, Mariaburgum, Graudentium, Bromberga, Culma, &c.* ac *Ducalem* (cujus Metropolis *Mons Regius*, Königsberg/) dividi cœpit. Sicut autem

S. utra-

utraque Borussia dudum exempta Imperio nostro, ita & ætate nostrâ rursus Ducalis regno Poloniæ exempta, suiq; juris facta cessit Electori Brandenburgico, FRIDERICO WILHELMO. Is enim transactione *Welaviæ ad 1657. d. 19. Sept.* cum Rege regnoque Poloniæ initâ, *exhibita à Londorp. Tom. VIII. l. 8. c. 101.* pro se & omnibus è familia Electorali rectâ serie descendentibus masculis, supremum Borussiæ Ducalis Imperium memorabili exemplo obtinuit, & ita quidem, ut separatim à Germaniæ rationibus retineatur; (Errant ergò, qui eam Imperio nostro iterum accrevisse putant; ut *Franc. Iren. p. 3. D. 8. p. 84. Pac. à Lap. in not. & strict. ad Monzamban. D. 2. num. 5. & 12.*) Si verò iis omnibus ac singulis aliquid humanitus eventurum sit, totaque adeò propago Electoralis, præter exspectationem & contra votum omnium deficiat, pristinam juris beneficiarii conditionem Borussia illa Ducalis recipiat, eâque lege ad ipsius agnatos lineæ Culmbacensis & Onolsbacensis redeat, tamdiu certo stabilique jure mansura, usque dum stirps Marchionum Brandenburg. in rebus humanis vigeat ac legitimos habeat successores.

32. *Livonia* quoque initio seculi XIII. provincia Imperii nostri factâ est, Archi-Episcopo Rigensi & Episcopis in numerum Pontificum Germaniæ relatis, duravit ille rerum status, donec *anno 1558.* Johannes Basilides Moscho-

ſchorum Tyrannus, devictis duobus Tartarorum regnis, Caſane & Aſtracane ſcil. ferox in Livoniam irrumperet. Incolæ armis Tyranni impares, cum ab Imperio auxilia fruſtra flagitaſſent, nec ſpes ulla melior ſeſe oſtenderet, aliena auxilia circumſpicientes, alii ad alios ſeſe inclinaverunt; Tandem Livonia propriè ſic dicta & Curlandia regno Poloniæ; Eſthonia verò, cujus Metropolis *Revalia*, regno Sueciæ ſe ſubjecit. Neutri deditioni à Cæſare aut Imperii Ordinibus interceſſum vel contradictum. Periit ergò ita nobis poſt Pruſſiam & Livonia ipſius Imperii culpâ, pro parte regni Polonici, pro parte verò Sueciæ regni portio facta. vid. *Conring. de finib. Imper. cap. 29.* Hodie autem poſt ferale illud bellum Succo-Polonicum, cujus adhuc meminimus, Livonia propriè dicta quoque regni Polonici portio eſſe deſiit, ceſſitque cum omni jure Suecis, Tertia verò Livoniæ pars, Curlandiæ Ducatus ſcil. adhuc certiſſimum Poloniæ feudum eſt, inque hanc usque diem in Poloni fide perſtitit, Mitoviam ad Muſſam amnem, multis aliis auctum, urbem Principem habens. vid. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. D. 8. p. 85.*

33. Henrici VI. Imper. tempore *Reges Cypri & Armeniæ* quoq; Imperium noſtrum, brevi tamen duntaxat momento, coluiſſe, *Arnoldi Lybeccenſis* teſtimonio probat *Conring. de fin. c. 17. in fin.*

34. *Bel-*

34. *Belgium* item, aliis ab urbe regionis præcipuâ; aliis à Belgio, quodam Belgarum Duce; aliis à German. balgen / i. e. manus conserere ad confligere, sic dictum, & in universum XVII. Provincias, Ducatus scil. IV. *Brabantiam* nimirum, *Limburgium*, *Lucenburgium*, *Geldriam*: Comitatus VII. *Flandriam*, *Artesiam*, *Hannoniam*, *Hollandiam*, *Zelandiam*, *Namurcam*, *Zutphaniam*: Dominatus V. *Frisiam Occidentalem*, *Mechliniam*, *Trajectensem*, *Transisulaniam*, *Gröningensem*. Marchionatum unum *Antvverpiensem scil.* comprehendens, totum ante hac Imperii Germanici fuit ditio ab Ottone M. sub jugum redacta. Et jam olim quidem Gens Batavica sub Romanis fuit, ita tamen, ut leges Magistratus proprios suæ gentis habuerit, postquam autem Romani ejecti, cum reliquo Belgio Batavia Francis cessit. An sub statu libero? dubitat *Conringius*, utut *Grotius* persuadere velit, Statum Batavorum sub Francis fuisse liberum. Seculo post C. N. IX. magna Belgii portio cessit Danis, nec tamen diu duravit in Belgio regimen Danicum. Rege enim Daniæ Gothofredo interempto, incolæ redierunt in potestatem Francorum, & perstiterunt ab Henrici Aucupis ætate saltem, donec Burgundos Principes acceperunt, in Imperii nostri obsequio. Ac quamvis illi potentia sua freti, Imperii jura multum debilitarint, solito majore libertate sibi per viam partâ,

à Cæsaribus tamen & Imperii Ordinibus nihil jurium Burgundis fuit remissum. Quinimò in modum aliorum Principum ad Comitia Imperii illos vocavere, nec Carolum Audacem res Imperii turbantem proscribere dubitaverunt. Sed & Philippus, quem Bonum sui cognominaverunt, ad aliquot Comitia Imperialia vocatus, aliis ipse interfuit, ad alia Legatos misit. Carolus à Cæsare petiit se Regem Belgii declarari, non facturus, si existimasset Cæsari & Imperio illas regiones non obnoxias esse. Cum Maria Caroli Audacis filia Burgundicarum provinciarum unica heres ditiones has, exceptis Ultrajecto, Transisulania & Gröninga, quas Carolus V. adjecit, Maximiliano in dotem attulisset, usque adeò ille agnovit Imperii jura, ut studiosè id egerit, ut omnes illæ regiones uno Burgundici Circuli titulo in corpus Imperii cooptarentur, constitutâ certâ oneris in publicum conferendi summa. vid. *R. I.* zu Trier und Cölln / *de anno 1512.* §. und solche Hülff. *6.* & §. darauff haben / ꝛc. *11.* Et quanquam etiam Carolo Cæsare plus solito libertatis indultum ab Imperio Belgicis Provinciis, nec ità tamen planè sui juris factæ, sed feudum Imperii mansere. Patet id e Tabulis pacti inter Carolum Cæsarem, & Imperii Ordines *anno 1548.* initi, quas velut omnium superstitum jurium Imperii basin supponit *Conring. d. fin. c. 28.* Et quod Imperii

rii ſuperioritas in has Provincias cum Carolo non extincta, ſed ſucceſſor ejus Ferdinandus I. ſibi quoque eam reſervaverit, ſatis indè claret, quod ne quidem Vicarii poteſtatem in Belgas, Carolus ab eo pro filio ſuo Philippo impetrare potuerit, dum diceret: *Tantum de Cæſarea dignitate & Majeſtate deceſſurum, quantum ex ea alteri acceſſiſſet*: referente *Thuano l.6. Hiſt. in fin.*

35. Ingentes autem in Belgio hâc ipsâ Ferdinandi ætate exorti ſunt motus, quorum author per immoderata ſua conſilia (quibus Philippus Caroli filius in firmandâ ſuâ per Belgium dominatione, neglectis à patre ſibi traditis regulis, uſus) Granvellanus fuit. Ad ea exequenda Ferdinandus Alvares, Toletanus, Dux Albæ, electus, qui ſtatim ſub primis ſuæ adminiſtrationis auſpiciis, novo exercitu ex Hiſpania adducto, Lamoralium Comitem Egmondæ & Principem Gaverenſem, Flandriæque Gubernatorem, ut & Philippum, Comitem Montmorentianum, & Hornanum, Bruxellas ad Conventum Provincialem evocatos, etſi Pontificiæ religionis, una cum 19. nobilibus Belgis per carnificem capite truncavit; dilapſorum opes relictas fiſco addixit, omnia dirâ inquiſitionis tyrannide, 18000. hominibus intra 6. annos ultimo ſupplicio affectis, permiſcuit; Provincias variis exactionibus exhauſit, è mobilibus bonis decimas, ex immobilibus vigeſimas, & ex omni reliquâ ſubſtantiâ, quam

 quis

quis habuit, centesimas extorsit, denique statuam sibi Regis injussu cum invidiosâ inscriptione poni curavit. Cum totidem modis insolentiùs fecisset Albanus, quàm ut ferre ac perferre diutius possent Belgæ, idq; omne Rex æquo animo tulisset, etiamsi quamplurimæ supplices ac querulæ literæ ad Aulam Regiam missæ, VII. nobilissimæ Belgii Provinciæ fœdere *Trajecti anno 1581.* publicè promulgato, (quod permansuræ in perpetuum Reipublicæ initium ac firmamentum, omninò secernendum à temporario *Gandavi anno 1576.* inito) omne penitus obsequium Philippo renunciarunt, eumq; pro Tyranno & perpetuo hoste declararunt, firmissimo cum proposito, nullam unquam pacem aut reconciliationem cum Hispanis ineundi, quamdiu ullum jus in Rempublicam prætenderent, hinc bellum Belgicum initio quidem leniùs, sed post acerrimum, satisque diuturnum, subsecutum est, quod auspiciis *Wilhelmi Principis Auriaci an. 1568.* cœptum, per 80. annos est continuatum, duodecennalibus tantùm semel interruptum induciis, ab anno sc. 1608. usque ad annum 1620. tandem tamen anno 1648. sub Philippo IV. in perpetuam, cumque solenniori omnis in Provincias fœderatas juris abdicatione conjunctam pacem desiit. Tunc enim VII. illæ longè nobilissimæ ac potentissimæ Provinciæ, *Geldria, Hollandia, Zelandia, West-Frisia, Tra-*

jectina

jectina regio, Transisulania & Gröningensis ditio) pace cum Hispano factâ Monasterii ex Ferdinandi Cæsaris & Ordin. Imp. consensu verè, plenè, reque ipsâ liberæ per pacis illius tabulas declaratæ sunt, eoque simul etiam omne Imperii nostri obsequium exuerunt omnimoda gaudentes libertate, cujus fundamenta jure meritoque Wilhelmo Nassovio debent. vid. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. d. 8. p. 78. seq.* Novo rerum Belgicarum statu fundato, eodemque & firmato ac consummato, dividi cœpit Belgium in *Hispanicum & Fœderatum; Fœderatum*, quod & *Unitum* dicitur, VII. illæ, *Hispanicum* reliquæ X. Provinciæ constituunt. Harum autem ratione Rex Hispaniæ Beneficiarius est & Vasallus Imperii è formula Transactionis an. 1548. confectæ editæque, quam aliæ Imperii constitutiones roborant, in quantum pacem sanciunt publicam. vid. *Instr. Pacis Cæsar. Gall. art. 3.* ibi: *Circulus quidem Burgundicus.* contra quem artic. ibique expressas conditiones Regi Catholico damnosas protestatus est Legatus Circuli Burgundici, ut videre est ap. Londorp. *Tom. VI. l. 4. c. 8. p. m. 425.* add. *c. 11. p. 431. seq.* Faciuntq; huc acta Comitiorum Ratisbonens. anno 1667. quæ exhibet *Fritsch. in annot. ad d. Instr. Pac. Cæsar. Gall. art. 3.* pleniùs Londorp. *Tom. IX. lib. 10. c. 159. pag. m. 551. seqq.* Valdè autem hæ hodiè etiam tàm à Gallo, (qui quoque in modernis Comitiis anno 1668. ut ratione

tione locorum in Flandria obtentorum in Statuum Imperii numerum reciperetur, petiit, sed non obtinuit. vid. *Fritsch. Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 12. Balth. Venat. relat. Comit. 1. num. 95.*) quàm à Belgis Fœderatis imminutæ sunt, vid. *Fr. Iren. p. 3. d. 8. p. 79. Burgold. p. 1. D. 6. n. 15. ubi de Flandria.* Illæ sui juris sunt, atque Belgicam constituunt Rempublicam, cujus fundamentum & fulcrum Ultrajectina est Unio, quæ arctior *ao 1651. die 21. Aug.* Hagæ Comitum soleñiori VII. Provinciarum Consilio facta fuit.

36. Videbatur florentissima hactenus Respublica terminum suum fatalem *anno 1672.* attigisse, Gallus enim triplici fœdere (Tripel-Allianz) *anno 1668. 13. Januarii* cum Britanniæ ac Sueciæ Rege à Belgis inito cujus tenorem refert *Londorp, Tom. IX. lib. 10. c. 180. seqq.* ad iram concitatus, suospue in exercendis mercimoniis à Batavis circumventos ac oppressos (& quæ alia) prætendens, junctis cum Rege Angliæ, Electore Colon. & Episcopo Monast. viribus ac consiliis, bello satis truculento, majoribus autem adhuc sævitiis, stupris, incendiis & vastationibus gesto, Belgas adortus, insolito plane successu mox omnia prostrabat, celeritate bonam uniti Belgii partem, tres integras scil. Provincias, Transisulanam nempe, Geldricam & Ultrajectinam, sub durissimum mittebat jugum, nec tamen tam suorum fortitudine, quàm ipsorum Belgarum pusillanimitate,

mitate, inertia ac proditione usus. Sed nova interim & læta sortis Belgicæ, satis miseræ hactenus ac propè desperatæ, contigit revolutio. Divinitus enim fortia excitata pectora, per quæ & populi jura in integrum restituta, & Rectorum superciliosa insolentia in ordinem redacta, & clavus pessimis naucleris, qui navem Reip. in hos scopulos induxerant, extortus, Princeps Auriacus deniq; postliminiò avitas, imò majores iis, dignitates recepit. Consequens felicissimæ hujus revolutionis fuit Liberatio & Belgii in pristinum statum restitutio.

37. Et *Helvetios* olim Cæsares nostros Romano-Germanicos coluisse ac recognovisse indubium est, nunc tamen cùm inter se, tùm cum Gallis, aliisque initis fœderibus subnixi, ab Imperio liberi res suas peculiares habent, easque ex proprio arbitrio agunt. Ætate Julii Cæsaris Helvetii sibi universæ propè Galliæ Imperium promittere haud dubitarunt. Exciverat enim ipsos ad arma corripienda pro universa Galliâ subjugandâ eorumdem famosissimus Dux Orgetoriges. Sed male iis cessit negotium. Repulsi quippe & victi sunt Cæsaris armis, indeque & coacti Romanis parere. Imperio Romano verò everso à Gallis occupata Helvetia, quam deinceps à Gallis avulsam Germani suo corpori adjecerunt; quo languescente, recuperatam libertatem inclementia loci Gens aliquamdiu tutata est, donec Rudolpho Comite Habspurgico anno 1273. in

Imperatorem evecto, ejusque filio Alberto ditione Austriaca aucto, Domui Austriacæ se insinuarent verius, quam subjicerent Helvetii. Ab hac Domo nomine Imperii aliquot acceperunt Præfectos, Land-Vögte/ quorum insolentiâ lacessiti fœdus inierunt, seseque in libertatem tandem vindicarunt. Cum enim Præfectorum unus, nomine N. Griesler, populum pileum suum ex perticâ pro Gubernatore honorare jussisset, & superbo ausui se Wilhelmus Tellus, Uriensis, opponeret, vileque obsequium recusaret; Præfectus ipsi hanc imposuit pœnam, ut pomum è capite filii sagitta decuteret. Pater affectum paternum premens, sumptis duabus sagittis, alterâ, illæso puero, pomum feriit, quo feliciter peracto quæsitus à Præfecto, quid altero sagitta fuisset facturus? respondit: Si filium fortè trajecissem, alterâ hac pectus tuum transfodere voluissem. His auditis Præfectus, ira fremens, illum navigio imponi jussit gravius supplicium de eo sumpturus. Ast Tellus vadorum peritus evasit, & ad populares proveniens effecit, ut *Urii, Schvvizii & Untervvaldii* primùm anno 1308. fœdus inter se pro tuenda libertate percuterent; quod ipsum Ludovicus Bavarus Imp. ob navatam ipsi in bello contra Fridericum Austriacum operam, in odium Austriacorum, confirmavit, quâ de confirmatione sic scribit *Genebrardus lib. 4. Cum bella inter Ludovicum Bava-*

Bavarum & Fridericum Austriacum pro Imperio exarsissent, Helvetii, præsertim Urii, Sylvani & Suitenses soli (nam reliqui, Imperii subditi Friderico studebant) Bavaro adfuerunt. Quare his, rebus bene gestis, remunerationis loco αὐτονομίαν ab Henrico VII. antecessore impetratam confirmavit, additis immunitatibus, & Potestate sese perpetuo fœdere defensionis causa conjungendi. Sequentibus ergò temporibus tribus illis locis cæteri sese associarunt, Lucerna scil. anno 1332, Tigurum anno 1351. primum ob urbis antiquitatem inter fœderatos obtinens locum. Glaronenses eodem anno sunt recepti. Tugii recepti aut adacti potius per vim seq. anno 1352. Bernates in fœdus concessere anno 1353. secundo iis ob dignitatem loco inter fœderatos concesso. Abbatis Cella in temporarium ac particulare fœdus anno 1452. in perpetuum anno 1503. recepta. Urbs Schaffhusiana fœdere jungi cœpit anno 1454. Friburgenses & Solodurenses in fœdus recepti anno 1481. primum cum Bernatibus, Tigurinis & Lucernatibus pangentes. Basilea Urbs Helveticarum amplissima demum anno 1501. ut & Schaffhusium antè temporali, tunc perpetuo fœdere adstrictum, se associarunt. Et hi sunt XIII. pagi, Orth/ (Itali Cantones vocant) populi Helveticam veterem incolentis. Appellant se invicem Eydgenossen/ h. e. fœderatos, à perpetuò fœdere, quo in unam quasi

Civitatem coiverunt, ab aliis vero populis uno communi nomine Swizeri, à pago nempe Schwitz/ qui primus omnium pro libertate arma corripuit, nominantur. Sicuti provinciæ unitæ Belgicæ uno nomine quoque Hollandi dicuntur, ab Hollandia, quæ singularis tantum (at ditissima) est uniti illius Belgii regio. Habent hi XIII. Pagi suas Præfecturas, quæ aut omnium, aut plerorumque Imperio reguntur: quales sunt 1. tres Comitatus Baden, Turgea, Sargans, 2. liberæ provinciæ, die freyen Aempter. 3. Rhegusca, die Herrschafft Rheineckh. 4. Præfecturæ Italicæ Logand, Locarno, Mendrisio, & Vallis Madia. 5. Uzenach/ Gasteln. 6. Bellinzona/ Brunerthal und Rievier. 7. Morat/ Granson/ Eschenthal & Orben. 8. Schwartzenburg. Confœderati, (Zugewandte/) 13. pagorum sunt: *Abbas & oppidum S. Galli*, *Rhæti fœderati*, Italis *Grisones*, German. Graubündtner/ dicti, & in tres factiones, ex quibus tot suborta fœdera, (fœdus nempe superius sive Canum der ober oder Graubund/ decem & novem constans communitatibus; fœdus domus Dei, das Gottes Hauß/ constans & ipsum 19. communitatibus, quarum duæ Germanicâ, reliquæ suâ peculiari lingua Rhætica, (Churwelsch) utuntur; Fœdus decem Judiciorum, die zehen Gerichte/ decem constans communitatibus, ipsumque Rucantios & Corvantios com-

comprehendens) divisi. Totius regionis (Rhætiæ) metropolis est Curia, quæ olim civitas Imperialis fuit, cujus privilegia adhuc Ferdinandus I. Anno 1558. confirmavit, nunc fœdere Rhætorum continetur, ibique in suis Diætis, das Gottes Hauß / & hodie frequentius omnium trium fœderum Senatus convenit. Consul civitatis est Præses fœderis, deß Gottes Haußes/ Cancellarium civitatis scriba agit, fœderisque ibidem servatur Archivum. Curiensis Episcopus tamen adhuc novissimis ab his interfuit comitiis. *Episcopus Sedunensis*, qui olim Status Imp. hodie nec contribuit, nec in Conventibus Imp. comparet, Valesiæ agens Dominum; *tota Vallesianorum*, (Wallischer) *regio; Geneva*, *Rothvvila*, quæ tamen adhuc Comitia Imperii frequentat, *Mülhusium*, *& Bipennas*, (Biel.)

38. *An verò omnimodâ Helvetii à condito fœdere semper usi sint libertate, an per Pacem Monasteriensem demum ab Imperio sint manumissi?* ambiguum esse videtur. Dixerim autem Pacis Monast. tabulas non novam quidem continere manumissionem, sed jam tacitè factæ confirmationem, sed tamen non statim ab icto fœdere plenâ & omnimodâ libertate usos Helvetios, verum adhuc diu post ictum fœdus Aquilam Imperii coluisse, nec semel saltem se ejus (Imperii) membra esse liberè professos; Ex quo verò exteri Reges, Principes ac Respubl.

publ. illorum amicitiam, auxilia expetierint, & inprimis Gallus perpetuum quasi fœdus seculo superiori cum ipsis inierit, hoc subnixos, juribus Imperii omninò nuncium misisse, atque sic ab eo saltem tempore in quasi possessione plenæ libertatis fuisse, quia autem ex parte Imperii iis nunquam omnia jura remissa, & hinc illa quasi possessio libertatis subinde à Camera emissis mandatis impetita, nunc ex ipsorum Austriacorum consensu Rempubl. eorum ab Imperio ejusque Jurisdictione plane liberam *Instrum. Pac. Osnabrug. Monast.* declaratam esse *art. 6.* jedoch mit dem Beding / daß sie zuvorhero ihre Creditores contentiren / und die liquidirliche Schulden dem Reich entrichten / deßwegen auch solchem nachzukommen / einen absonderlichen Reverß J. Kays. Majest. und dem Römis. Reich zuruck stellen solten. *Theatr. Europ. Tom. 6. p. 120.* vid. *Burgold. p. 2. D. 21. ibique Franc. Iren. idem. p. 3. D. 8. p. 75. seq.*

39. *Italia* quoque partem maximam Germaniæ Regum armis, aliisque juribus, Imperio Rom. Germanico olim vindicatam ex superioribus constat. Ostensum enim supra, extincta Caroli M. progenie, Ottonem M. Italicum Longobardorum Regnum, & Imperii Romani reliquias cum Germania perpetuo fœdere iterum conjunxisse. Univit verò postmodum eidem etiam Henricus VI. per matrimonium cum Constantia Rogerii filia, Wil-

helmi

helmi Siciliæ Regis conſobrina, ad ſe devoluta regna Siciliæ & Neapolis, hac conditione, ut perpetuò terrarum iſtarum unus eſſet Dominus, & hereditariò in Sueviæ Ducum familia permanerent, ſed poſteriori à Principibus Saxoniæ contradictum. Hodiè autem in Italiam nihil ferè juris amplius Imperatores noſtros habere, ſed quicquid habuerunt, jam cum Friderico II. concidiſſe, multi, ex Germanis noſtris etiam, docent. Aſt quam benè videbimus.

40. Primum verò inter hodiernos naturales Italiæ poſſeſſores locum occupat *Pontifex Romanus*, qui Patrimonium San-Petrinum cum ipſa urbe Roma, Imperii olim ſede, Ducatum Spoletanum & Urbinum, Marchiam Anconitanam, Romaniolam, &c. nullo nec donationis nec præſriptionis ſubnixus titulo, de facto ſaltim detinet. (vid. *ſupra num. 16.*) Itaque in hunc Imperator noſter perpetuam manus injectionem, non ſecus ac Dominus in Barbarium Philippum, habet.

41. II. Inter eos locum ſibi vindicat *Rex Hiſpaniæ;* poſſidet enim ille *Regnum Siciliæ & Neapolis*, *Ducatum* item *Mediolanenſem*, ac *Marchionatum Finalienſem*, cum *civitate Senarum* (quam ſub feudi titulo ab eodem recognoſcit Hetruriæ Dux) aliisque locis, ut *Telamone*, *Orbitello*, *Porto Hercule*, *Piombino*, *Monte Argentario*, *&c.* Devenere autem Regna illa à corpo-

corpore Imperii Germanici avulſa in Hiſpanorum poteſtatem, primùm in Petro Arragoniæ Rege, quem Conradus (Conradinum vocant Itali) Henrici VI. pronepos, moriturus projectâ chirothecâ heredem illorum deſignavit. Henricus VI. Imper. ut *th. præcedenti* dictum, Germaniæ regnum ac Rom. Imperium ex electitio hereditarium facere in animo habuit, & eâ fini Siciliam, Calabriam, ac Apuliam regno ac Imperio univit, teſte *M. Chron. Belgic.* Reſtiterunt verò ei, in illo, remque interverterunt Principes Saxoniæ, quod jam tum ſatis ſuſpecta ipſis eſſet Suevicorum Principum potentia; certè ſi hereditaria in Regno German. ac Imperio Romano ſucceſſio acceſſiſſet, majora patefactura. Etſi ergò hanc potiſſimum ob cauſam, poſt Henrici VI. obitum, filio ejus Friderico prætermiſſo, Ottonem IV. Regem Germaniæ Principes eligerent, non tamen Jure poterant prohibere aut impedire, quo minus Fridericus ille, legitimus regnorum Siciliæ ac Neapolis heres, in regnis illis ſuis avitis ſuccederet, pòſt nihilominus adhuc verſo conſilio, Ottoni IV. Imp. vivo quidem & videnti in Imperio ſurrogatus, & ducta Jole Johannis Brenni Regis Hieroſolymitani filia, Rex Hieroſolymitanus quoque factus.

42. Transmiſit potentiſſimus, ſapientiſſimus & Reipublic. Chriſtianæ utiliſſimus hic Princeps, Fridericus, regna illa Sicil. ac Neapol.

pol. iterum hereditario jure in filium Conradum, qui Rex Teutoniæ vivo patre designatus, cum Pater in Apulia, anno 1250. decederet, pulvini (ut tradunt) injectu à Manfredo filio notho suffocatus, in Germania morabatur, mox autem de patris morte certior factus, in Apuliam, ut regna sua hereditaria ab Innocentio Papa Angliæ Regis fratri, Carolo, (quo quæso jure?) concessa recuperaret, properavit, subactisque civitatibus rebellibus etiam feliciter recuperavit, & defendisset strenuè nisi an. 1254. veneno fuisset sublatus. Reliquerat autem ipse uxorem Elisabetham Ottonis Bojoariæ Ducis filiam in Germaniâ gravidam, quæ duobus ante excessum mariti annis filium Conradum, sive Conradinum peperit. Huic Patruus Manfredus Princeps Tarentinus, primò se pro tutore gerens, mox extinctum mentiens, regnum Neapolitanum Siculumque præripit, Alexandro IV. à quo excommunicatus erat, multum negotii facessens. Urbanus tamen IV. successor Alexandri, ut Gallos contra Manfredum excitaret, Carolo Andium Duci, Ludovici Sancti Galliæ Regis fratri, Neapolitanum & Siciliæ regna in feudum confert, ac à Clemente IV. utriusque, ut vocant, Siciliæ h. e. Neapolis & Siciliæ, ut & Hierosolymorum Rex unà cum Conjuge, utriusque sexus heredum nomine, coronatur, præviis his conditionibus, ut Pontifici singulis annis quadragena octo-

na octona millia aureorum, ac triennio quovis album equum pro vectigali penderet, & ne ipse, neve successores ejus unquam, etiamsi ultrò ab Electoribus Imperatores renunciarentur, nomen Imperatorium, Imperiique administrationem susciperent. Quod quorsum spectaverit, nemo tam obesæ naris est, quin olfaciat. Non diu pòst Manfredus fortissimè prælians à Carolo victus in præmium perfidiæ occumbit. Sic Carolus totum regnum Neapol. & Siciliæ extra Nuceriam à Friderico II. Saracenis concessam in potestatem redegit, quem à Pontifice (quasi verò id sui esset arbitrii) Imperii in Italia vel ut alii tradunt, in Hetruria Vicarium ferunt constitutum. Intereà Conradinus in Bojoaria educatus, ab Italiæ civitatibus quibusdam, ut & Henrico Hispano, ut hereditaria regna per fraudem Pontificum ac vim Gallorum adempta repeteret, excitatus, cum selectis copiis movit in Italiam: Sed ut prædixit immisericors ille Clemens Papa, tanquam victima ad sacrificium mactandus. Nam mutatâ in deterius, quæ primo arridebat, fortunâ, victus à Carolo, ex annulo, quem pignori dederat piscatori cibum petenti, in fuga agnitus, captusque elapso anni spatio publicè in foro Neapolitano, unà cum fido utriusque fortunæ comite, Friderico Juvene, Austriæ & Stiriæ Duce ultimo, manu carnificis capite truncatus est anno 1268. jussu ac sententia Clementis Papæ,

pæ, Carolo quid de illuſtribus captivis faciendum ſciſcitanti, reſcribentis: *vita Conradini mors Caroli, mors Conradini vita Caroli.* Ecce verò juſtiſſimum DEI judicium! Siculis à fide Caroli ob Præfectorum Gallicorum Tyrannidem, Johanne Prochyta concitore deficientibus, anno 1282. ſigno campanæ ad veſpertinas preces audito, omnes per Siciliam Galli trucidati locum proverbio de *Veſperis Siculis* dederunt. Ac tum à Conradino Petrus Arragoniæ Rex heres deſignatus à Siculis vocatus, ac in civitate Panormitana Rex coronatus eſt, fruſtrâ repugnantibus Carolo cum ſuis Pontificibus, Nicolao, Martino, Honorio; Et non tantùm ipſe quoad vixit Siciliam retinuit & in Paparum ludibrium, qui abrogato nomine regio, etiam regnis eum exuere conabantur, *duorum regnorum Arragoniæ & Siciliæ Pater, marisque Dominus ac miles imperterritus* appellari voluit, ſed etiam, qui ex eo ſunt oriundi Siciliæ regnum continuatâ ſerie ſervarunt. Iidem ipſum etiam Neapolitanum regnum, omnibus Caroli poſteris, ſe mutuo conficientibus exſtinctis, obtinuerunt, ac irritæ omnes fuerunt molitiones Pontificum ad ejus poſſeſſionem alios atque alios vocantium. Et licet ſemel atque iterum in Gallorum manus venerit hoc regnum, ſub Carolo ſcil. VIII. ac Ludovico XII. Ferdinandus tamen Catholicus eodem iterum potitus in Auſtrios Principes, ſuos pe. filiam

Johannam posteros, transmisit; ex quibus nostro ævo Carolus II. Philippi IV. filius id unà cum Siciliæ regno possidet. Imperii autem nostri jus tam quoad Siciliam, quàm Neapolim adhuc salvum in portu navigare putat ac præclarè more suo ostendit *Conring. de finib. Imper. c. 22.*

43. Minus verò dubium est jus Imperii in *Ducatum Mediolanensem*, cujus fortunam per compendium repetit *Conring. d. tr. c 23.* add. *Leonhard. Wurffbein libellum German. cui tit.* Summarischer Bericht / was es vor der Zeit mit dem Hertzogthumb Meyland für eine Meynung gehabt / was darzu und darvon kommen / und diese Zeit hero darbey verblieben / ꝛc. *Marchionatum Finaliensem, Senas, &c.* Horum omnium enim intuitu Imperatori nostro Hispaniæ Rex adhucdum hodiè consueta Vasallorum jura exsolvit.

44. Cæteri, qui partes Italiæ tenent, sunt Dux Sabaudiæ, Dux Florentiæ, Duces Mantuæ, Modenæ, Parmæ, &c.

Dux Sabaudiæ ab Imperio præter Sabaudiam ad Italiæ fines sitam, & in Ducatum à Sigismundo primum evectam, in ipsa Italia Pedemontium, (cui alii eum ut absolutum Dominum præesse dicunt. vid. *Spreng. Luc. mod. Stat. Imper. c. 2. p. 185. & c. 5. p. 275. Func. Breviar. Orb. hod. Imper. p. 3. cap. 2. q. 7.*) Item Comitatum Astensem, Marchionatum Ceræ &

quæ

quæ ex Montisferatensi Ducatu ipsi per tractatum Cherascensem anno 1631. cessa, ac *tabulis Pacis Cæsareo-Gall. anni 1648. §. Cæsarea Majestas decenter requisita &c. 95.* confirmata fiduciario jure tenet. (vid. *Limn. l. 5. c. 14. n. 2. Conring. de fin. c. 23. & 25.* ubi notat, quod licet verba *Instrum. Pac. vers. Conventum est &c. 96.* omnimodam libertatem Sabaudo in locis hisce competere præ se ferre videantur, (quomodo ea *Limnæo in tom. 1. add. ad l. 5. c. 14. n. 2.* quoque imposuisse comperies,) tamen si paulò accuratius inspiciantur, absolutam Sabaudi libertatem non evincant, sed ostendant saltem clientelare Jus ibi enumeratarum Provinciarum non dependere proxime ab Imperio & Cæsare, sed a Sabudo, salvo tamen illi jure supremo. vid. *tamen Itter. in Feud. c. 6. n. 20.*) Perpetuumque ex concessione Imperatoris Sigismundi Sacr. Rom. Imperii Vicarium in Italia agit, (de quo tamen honore ac jure ipsi mota controversia à Duce Mantuano, ex investiturâ Ferdinandi III. Imp. generalem in Italia Vicariatum prætendente. Sed post mortem Ferdinandi Sabaudus Mantuæ Duci prælatus. vid. *Cap. Leop. art. 4.* unde & Dux Mantuanus, ne præjudicio sibi illud Electorum decretum foret, protestatione interpositâ (quam *Diar. Europ. p. 917. seqq. & Theatr. Europ. Tom. 8. p. 491.* item Londorp. *Tom. VIII. l. 8. cap. 245. p. 367.* exhibent) cavendum duxit.) Et nec

ipſemet ſeſe Imperii beneficiarium eſſe diffitetur, cum Principis & Vicarii Perpetui S. Rom. Imp. cognomen titulo, quo ſuperbit, (& hic eſt: *Dux Sabaudiæ, Chablaſii, Auguſtæ, Gebennesii, & Montisferrati, Princeps Pedemontii, Achajæ, Moreæ & Oneglia, Marchio Saluciarum,* (Marchionatum hunc Henricus IV. Rex Gall. Emanueli Philiberto loco Comitatus Breſſiæ conceſſit) *Suſæ, & Italiæ,* (ita dicitur, quia aditus Italiæ, ut Juream, Suſam & Nizam poſſidet, principalem autem limitem, Pignarolum ſcil. & maximum caſtrum cum Peruſia & S. Brigida, Ludovico XIII. Regi Gall. anno 1632. titulo venditionis ceſſit vid. *Inſtr. Pac. Cæſ. Gall. art. 6. §. Secundo Imperator &c. 72. & 92.* ubi illa confirmatur, ut ſic & Rex Franciæ nunc eo ſenſu Marchio Italiæ dici poſſet.) *Comes Genevæ, Romontis, Nicæ, Aſtæ & Tendæ, Baro Valdiæ & Foſſinii, Dominus Vercellæ, Friburgi, Marri, Prellæ, Novelli, Marchionatus Cevæ & Comitatus Coconas, Princeps & Vicarius Perpetuus S. Rom. Imperii, Rex Cypri.* Ob Regium hunc titulum, quem cæteris inuſitato more, poſtponit, quia in Cyprum prætendit & jus aliquod habet, nunquam autem poſſedit, in Capella Papali inter Capita coronata refertur, & immediatè poſt Venetos, non ſine M. Hetruriæ Ducis contradictione, locum obtinet, ac communiter, ab Electoribus noſtris etiam, *Alteſſe Royale* ſalutatur) expreſſe inſerat, & tàm in hodiernis,

diernis, per Legatum Plenipotentiarium, Dn. Carolum Felicem Malletti, ex Dominio Droxy, J. U. D. & Sabaudiæ Vasallum, quàm proximè præcedentibus Comitiis, per Dn. Joh. Bapt. de Bigliatoribus &c. comparuerit. vid. *R. I. de anno 1654. subscript. Gastel. de Stat. Publ. Europ. noviss. p. 4. cap. 19. n. 126.* Hagemeyer. *de Commit. c. 5. p. 23.*

45. *Dux Florentiæ* Tusciam, antiquissimam Italiæ Provinciam, in meditullio illius sitam, terrâ marique inaccessam (quæ & M. Hetruriæ Ducatus, Italis *Gran Ducato de Toscana*, item *Ducatus Florentinus*, à capite, *Florentia*, urbe jam Sullæ Mariique temporibus celebri, Magni Ducis hodie sede, dicitur, & in bina vulgo dividitur dominia, vetus scil. & novum: quorum illud Florentinæ Pisanæque urbis omnia, hoc Senensem urbem, aliaque noviter Magnis Ducibus acquisita, comprehendit) sine dubio quoque tanquam Imperii beneficiarius possidet, receptâ Vasallagii lege Cæsari partim immediatè, & proximè, partim remotè obstrictus. Etsi enim à quammultis Vetus dominium plenâ, eâque à pluribus Imperatoribus jam olim impetratâ libertate frui credatur, contrarium tamen præclarè pro more suo ostendit *Conring. de fin. c. 23.* neminemque nostrum fugit, Clarissimam Mediceorum familiam (& nominatim quidem ex eadem Cosmum III.) hodieque Hetruriæ dominantem,

nulli alii Principatum ſuum, quàm Cæſaribus noſtris debere, ſolâque Cæſarum auctoritate Florentinis præeſſe.

46. Minus fas eſt quempiam ambigere de jure Imperii in *Mutinæ & Regii* Principatum. Et adhuc hodiè Ducem Mutinæ Imperii Vaſallum eſſe urbis Mutinæ, Regii, Lepidi, Carporum, Frignani, Graffignanæ, & Comitatus Rolenſis nomine; nec non Caſtrum Borſelli fiduciario jure à Duce Mantuano poſſidere, illique eo nomine par calcarium præſtare, tradit *Author tr. de Principatibus Italiæ. pag. m.* 30. vid. *Conring. d. c. 23.*

Citra controverſiam porrò *Mantuæ & Montisferrati* Ducatus clientelari jure Imperio obſtricti ſunt, idque fatetur ipſe Dux poſſeſſor. Eſt ille ex familia Gonzagorum, qui ab Imperio quoque habere dicuntur Sabionetam, Guaſtallam, Novellarum, Bercolum, Guazzadum, S. Martinum, Caſtrum Reggioli & Luzzara. vid. *Inſtrumentum Pacis Cæſar Gall.* §. *ſimiliter*, *&c Conring. d. l.* Nec aliud de Ducatu *Parmenſi & Placentino*, quos Farneſii Principes hodie tenent, ſentiendum. Utrumque enim Imperio adhuc ſubeſſe evincunt deducta à *Conring. c. 20.* & probat Cancellariæ Aulicæ primariæ ſtylus, quo ad hunc Principem inſcriptio ita fieri ſolet: *Illuſtriß. Principi noſtro Chariſſimo. Carpzov. de L. R. G. c. 7. ſection. 6. num. 39.* Neque denique de Imperii noſtri ſuperio-

perioritate in Urbes & Resp. Italiæ liberas, i. e. Principis alicujus imperio non obnoxias, ut Genuensem, Lucensem, &c. dubitare nos sinunt ea, quæ deducit *Conring. d. c. 23.* ubi *Caroli Sigonii & aliorum* de vendita ipsis à Rudolpho I. plena libertate traditionem pluribus refutat, & *in fine capitis* egregiè ostendit, nec ipsos Venetos quoad ea, quæ in Italiæ continente possident, (urbis enim ipsius libertati ab Imperio satis cautum agnoscit,) satis tutos esse, nec enim vel ipsos negare posse, illa in ditione regni italici fuisse, saltim Rudolpho I. Cæsare. Adhuc autem Henrico VII. Cæsare an. 1311. tributum illos ex more veteri solvisse, locupletem authorem esse *Conradum Vecerium L. de reb. gestis Cæsaris illius.* Pertinetque huc vel maximè Maximiliani I. Imp. publica velut accusatio, qua, tanquàm per fetialem, anno 1509. bellum Venetis indixit, eorumque possessionem Imperii nomine usurpavit; & Oratio Antonii Justiniani, Venetorum Legati, coram eodem Cæsare, post infelix ad Abduam prælium dict. an. habita, quæ jus Imperii in illa satis prodit. vid. *Conring. d. l. ubi utramque exhibet.* Etsi autem sic maxima Italiæ pars adhuc hodiè, secundum deducta, directo ac supremo dominio Imperio adhæreat, nullum tamen vel admodum exiguum inde ei accedere emolumentum, & nec illos, qui feudi Imperialis respectum admittunt, Imperio quicquam ampliùs,

vel sanè parum contribuere tradit *Limn. ad A. B. c. 1. §. 11. obs. 6. n. 23. seqq.*

47. Non unam denique Aquilæ plumam in Osnabrugensi Pacificatione *Corona Suecica* in satisfactionem, ut terminus erat, accepit, quia autem in feudum ab Imperio recognoscit, quæ accepit, ea finibus Imperii excidisse dici nequeunt. Concessa verò ei sunt 1. Tota *citerior Pomerania*, cum *Insula Rugia*, ex ulteriori autem *Stetinum*, *Garz*, *Damm*, *Golnavv* & *Insula Wollin*, cum interlabente mari, das frische Haff genandt/ suisque tribus ostiis, Peen/ Schwine/ & Divenaw/ ac adjacente terra, usque ad mare Balticum, & exspectantia in totam ulteriorem Pomeraniam in casum, quo linea mascula Domus Brandenburgicæ defecerit. 2. In Ducatu Mecklenburgico *Civitas & portus Wismariensis*, *&c.* vid. *Instrument. Pac. art. 10.* 3. *Archi-Episcopatus Bremensis & Episcopatus Verdensis*, cum oppido & Præfectura *Wilshausen*, Ducatûs titulo; civitati Bremen libertate sua reservata, cui tamen Sueci admodum insidiantur; quid inter eos & civitatem anno 1654. ac post anno 1666. actum, vid. ap. *Burgold. p. 3. D. 13. num. 3. ibiq; Franc. Iren. in addit. Gastel. de Stat. Publ. Europ. noviss. p. 6. c. 32. num. 52. seqq.* 4. Porrò Regibus Sueciæ concessum est Privilegium eligendi fori, & de non appellando, cum hac tamen conditione, ut summum aliquod Tribunal in Imperio

rio erigerent, quod post *anno 1653. d. 17. Maji Wismariæ* erectum, Præside Dn. Com. de Ochsenstirn, Vice Præside Dn. David Mevio, cujus insignia in Jurisprudentia merita erudito Orbi, ex doctis in lucem editis scriptis satis nota, nulla silebit posteritas, nec ulla unquam obliterabit oblivio, constitutis, **und ist den** *12. Septembr. dict. ann.* **das erste** Appellation-**Gericht eröffnet / da zum erstenmal** 83. Process **anhängig gemacht worden** / ut refertur in *Contin. Theatr. Europ. ad ann. 1653. p. 424.* 5. Jus erigendi Academiam. 6. Jus Vectigalium. vid. *Instrumentum Pacis art. 10. vers. Præterea concedit, &c* ex quo textu Sueci deduxere, **daß ihnen auch die Licenten in Hinter-Pommern zukommen** / adeoque Pomeraniam ulteriorem adhuc ad *ann. 1653.* usque retinuerunt, de quo conquestus Sereniss. Elector Brandenburgens. in Comitiis Ratisbonens. d. ann. per Legatos ab Imperatore contendit, ne Regis Sueciæ Legatus prius ad sessionem admitteretur, quam ulterior Pomerania Electori, vigore *Instrum. Pac.* restituta esset. Obtinuit quoq; suspensionem, eaque Marschallo Wolffgango Philippo de Pappenheimb, intimata fuit; Legatus autem Suecicus contra memoriale exhibuit, seque in *Instrum. Pac. art. 10. vers. Primò totam, &c.* & *vers. Præterea, &c.* fundavit, moram controversiæ de finibus Pomeraniæ nondum finitæ in ipsum Electorem.

rejiciens. Sed Sereniſſ. Elector. replicando Suecorum iniquitatem in finibus citerioris & ulterioris Pomeraniæ diſterminandis accuſavit. Tandem tamen res dicto anno 4. Maji Stetini transacta eſt, quomodo? vid. ap. *Burgold. d. Diſc. n. ult. Gaſtel. tr. de Stat. Publ. Europ. noviſſ. p. 4. c. 19. num. 88. Londorp. Tom. VIII. lib. 9. c. 144. Num. VI. pag. m. 851. ſeqq. ubi tenorem transactionis exhibet.* add. Pacificat. Reg. Succ. cum Elect. Brand. an. 1679. inita ap. Londorp. *Tom. X. l. 11. p. 704. ſeqq.*

48. Satis, ut puto, ex hactenus dictis, patet, quot & quæ eximia membra ſeſe Imperio noſtro ſubduxerint, aut ab aliis finibus ejus exempta ſint. Confer *Burgold. p. 3. Diſc. 8. ibique Fr. Iren. nonnulla etiam de jure repetendi & recuperandi illa, ex Bœclero notans.* Eſt verò & alia adhuc exemptionis ſpecies, qua, qui hactenus immediatus Imp. Status fuit, à ſuperiori Statu, non quidem finibus, ab immediatà tamen Imp. Juriſdictione eximitur, & quidem *vel* cum, *vel* ſine collectandi onere, juſtè, *vel* injuſte citra decretum Imperii. Quænam autem Imperium in his quoque exemptionibus, quæ per ipſos Imperii Status fiunt, patiatur detrimenta, videre eſt *in R. Imp. de anno 1570. §.* als wir dann weiters ꝛc. *108.* Syllabum eximentium & exemptorum, der Außziehenden und Außgezogenen/ qui ex Cancellaria Moguntina *anno 1549.* Fiſcali Imperii traditus dicitur, exhibet

Limn.

Limn. tom. 1. addit. ad lib. 1. c. 7. num. 73. p. 69. seq. Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. d. 8. p. 102. & seqq. Conf. *Sprenger. Lucern. mod. Stat. Imp. c. 8. p. 469. seqq.*

49. Supereſt ut quænam *hodiè* Imperio noſtro Rom. Germanico hactenus deſcripto aſſignanda ſit forma? diſpiciamus; notum enim eſt, non convenire in eo Jurispublici Doctores. Pro Monarchia namque pugnant, qui Cæſari benè volunt, ut *Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 2. c. 2. Stamler. de reſervat. §. 5. 6. 15. & paſſim Schüz. v. 1. D. 1. th. 25. l. D. Witzendorff. in Diſc. de Stat. & adminiſtrat. Imp. Rom. formâ hodiernâ.* Ariſtocraticam contrà in modo regiminis quid Monarchici gerentem tuentur *Bodinus in method. Hiſtor. c. 7. & de Republ. l. 2. c. 6. Hippolit. à Lapide de forma, & ratione Status Rom Germ. p. 1. c. 17.* Confœderatam, irregularem, & planè monſtroſam fingunt, quorum ratio Status talem deſiderat. ut *Severinus de Monzambano de St. Imp. Germ. c. 6. Puffendorff. tract. de Republ. irreg. Otto Nicol. Lindholz. in diß. de Capit. Cæſ. c. 6. num. 15.* Sed neutra harum, quia ex affectu, ſtat opinio. Monarchiam puram enim non eſſe, ſatis inde patet, quod penes Imper. Caput tota Majeſtas indiviſìm non ſit, (ut. in Monarchia requiritur) ſed penes Caput & Imperii Proceres; Nihil ergò ex eo, quod Imperator inſignia Monarchica uſurpet, atque titulos, compellationesque Monar-

Monarchæ debitas admittat, conficitur. Etenim ſublimitas titulorum & ſimulacra inſignium, quô accipienda ſint, Politicus non ignorat. Puram Ariſtocratiam etiam non eſſe, ex eo apparet, quod non omnia jura Maj. ſint penes Imperatorem & Status indivisim, ſed quædam ſaltem, non nulla verò divisim penes Imperatorem exiſtant, cum tamen in Ariſtocratiâ purâ requiratur, ut Optimates indivisim imperent, ſive Majeſtatis jura omnia habeant ac exerceant. Neque Ariſtocratiam illud Electoris Moguntini elogium ap. *Sleidan. l. 3. Hiſtor. Nobis verò imprimis Ariſtocratia retinenda eſt*, evincit; Nihil aliud enim ipſe dicere voluit, quam, Nobis danda eſt opera, ut in mixto Imperii Statu pars Ariſtocratica valeat, ac conſervetur, nec à Monarchica parte abſorbeatur. Quæ vera ac genuina effati illius explicatio eſt, à quâ plerique ad aliena declinant. Denique nec plurium Civitatum inæqualiter fœderatarum ſyſtema eſſe, vel ad illud proximè accedere Imperium noſtrum, patebit, ſi modò, quænam civitatum, etiam inæqualiter, fœderatarum ſit conditio, expendas; Fœdus qualecunque illud ſit, vim ſummi Imperii haudquaquam imminuit: Manet penes ferientes ſumma poteſtas, modo eam antè habuerint. Et tametſi, cum inter inæquales pangitur omnium ſplendidiſſimo & potentiori præeminentia quædam concedi ſoleat, ex quo illius dein Majeſtas

jestas comiter est observanda, ipsique reverentia exhibenda: ex eo tamen fœderato observando non confertur in confœderatos observantes potestas, nec hi summum, si quod habuere, imperium amittunt; uti rectè hanc in rem Ictus in *l. 7. de captiv. & postlim. reverʃ. Liber est populus, qui nullius alterius potestati subjectus est, etsi in fœdere comprehensum sit, ut is comiter alterius Majestatem conservaret.* Oporteret itaque tot in Imperio esse Majestates, quot sunt Ordines, si inæquali duntaxat fœdere ipsi cum capite ejus combinarentur. Aliud autem evincit nexus feudalis ac obedientia, qua cuncti Sacro Imperio ejusque Capiti obstringuntur. vid. *Part. Spec. sect. 1. c. 9. num. 4. & 7.* add. *Pacif. à Lapide in not. & strict. ad Monzamb. disc. 9. n. 4. Burgold. ad Instrumentum Pacis p. 2. d. 5. num. 8. ibique Franc. Iren. Bruggeman. de Scopo Reipub. Germ. sect. 1. n. 7.* Neque porrò forma Imperii est Oligarchica, ut nuper statuit *Eichelius in disc. de Repl. mixta th 19.* Nec limitata Monarchia, cum & in hac nihilominus summæ potestatis jura penes unum maneant. Nec Democratica, cum non omnes de jure Reip. participent. Sed ex Monarchia & Aristocratia mixta, ex plurimorum sententia. vid. *Burgold. p. 2. D. 5. n. 3. ibique allegati.*

50. Negant equidem dari posse Rempubl. mixtam post *Gregor. Tholosanum, Melchiorem Junium, Hœnonium, Timplerum &c. Bodinus l.*

2. de

2. de Rep. cap. 1. Boxhornius in Explanat. Inst. Polit. cap. 1. §. 4. & disc. 6. de Imper. Roman. §. 4. omnes ex hoc principio, quod indivisibilis sit Majestas, nec apta in plures partes distrahi: Sed de asserti hujus veritate non admodum constat. Si ideò Majestatem putaverint indivisibilem esse, quod transferre jura sua in alios nequeat, ut ipsa adhuc integra sit, non tantopere refragabimur, cum sic omne totum, etiam in corporalibus, individuum sit, quia unum; neque tamen obstat, quo minus in partes sibi subjectas dividatur, dum abit ab unitate, quo sensu tamen potius individua diceretur Majestas, quam indivisibilis, quia docente *Philosopho 10. Metaphys. 6.* hujus simplicitati penitus repugnat divisio, illud verò licet unum sit, in partes tamen dividi potest. In quibus tamen partibus non integra remanet forma substantialis, ut loquuntur *Dd. ad l. 4. §. 1. ff. de V. O.* Atque eodem quoque sensu verum est, quod *Arnisaus l. 2. Relect. Pol. c. 6. n. 40. & Lampad. p. 1. n. 60.* tradunt, individuam quoque esse Majestatem ratione subjecti communis, totius scil. civitatis, à qua nulla pars summæ potestatis separari & in exrraneum transferri possit. Nempe hoc eatenus verum est, quatenus eandem atque integram Rempublicam sive majestatem durare præsupponimus. Alioqui enim si ab hac integritate recedatur, nihil absurdi est, ut victor, v. g. quædam Jura Majestatis victis per-

mit-

mittat, quædam sibi vindicet. vid. *Hug. Grotium l. 3. d. J. B. & P. c. 15. num. 9.* Ut autem Majestas ejusmodi indivisibile sit, cujus naturæ absolutæ repugnet dividi, quodque in simplici unitate fundetur, tam falsum est, quam quod falsissimum. Neque enim simplex aliqua facultas est Majestas, sed ex pluribus potentiis, quas diversitas objecti civilis determinat & distinguit, quasi in unum quoddam potestativum concreta, in quas ipsas partes potestativas per subjecta ita dividi aptissimè potest, ut, v. g. penes unum sit potestas decernendi & finiendi belli, sanciendorum fœderum, creandorum Magistratuum, instituendorum vectigalium, &c. penes paucos Optimates potestas suprema judiciorum, ferendarum legum, &c. ut sic Resp. ex Monarchia & Aristocratia propriè ac verè mixta conficiatur. Neque obstat huic mixtioni, quod ad omnem mixtionem duo ad minimum requirantur, cum, ut aliquid sibi ipsi misceatur, fieri nequeat, &, si detur Resp. ex duabus mixta, necesse sit, aut utramque manere; aut utramque perire; aut unam manere alteram perire; Si primum accidere dicatur, jam non habeamus unam mixtam Rempublicam sed duas simplices discretas: Si secundum, planè nihil fore Rempublicam mixtam; Si tertium, ne sic quidem Rempublicam mixtam dici posse, quandoquidem id, quod non est, non cum eo, quod

est

est, nec eum quovis alio misceri & coalescere possit. Nam mera cavillatio ista est, & laborat apertissimè hæc objectio insufficienti enumeratione partium. Deest enim disjunctioni membrum quartum, in mixtione scil. neque omnia miscibilia integra manere, neque omnia penitus perire, neque quædam manere, quædam interire, sed omnia & singula partim manere, partim interire. vid. *Aristot. lib. 1. cap. 10. de ortu & interit.* Consistet igitur natura mixtæ Reip. in eo, ut duæ vel plures diversarum formarum Resp. in unam coeant, ita, ut partim in eâ sint, partim non sint. Cætera, quæ contra hanc mixtionem affert *Bodinus*, nullius momenti & abunde ab *Arnisæo d. l. num. 49. & seqq.* refutata sunt.

51. Et sanè Resp. ejusmodi mixtas sive ex simplicibus formis compositas omnino dari, tàm ex veteris, quàm ex recentis ævi historiâ constat. vid. *Plat. d. LL. lib. 3. Polyb. l. 6 Histor. Arist. 4. Pol. 12. Arnis. l. 2. de Rep. c. 6.* Certè in plerisque hodiernis Europæ Regnis & Rebuspubl. mixturam aut temperamentum aliquod adhucdum deprehendere licet. videsis *Funccii Breviar. Orbis hodiè Imper.* Conf. *Conring. animadvers. in Machiavell. Princip. c. 3.* Ac nostræ quidem Reipubl. formam etiam ex Monarchiâ & Aristocratiâ mixtam esse ex eo satis superque patet, quod in ea Majestas vel summa potestas penes Imperat. & Status Imp. simul existat, jura

ra autem Majestatis inter eos sic sint divisa, ut eorum quædam Imperator solus habeat, quæ vulgò Reservata, Käyserl. Hoheiten und Reservaten/ vocantur, quod Imperium ea ita reservaverit & concesserit Imperatori, ut cæteri Status ad hæc non debeant admovere manus. *Oldenb. in Limn. Enucleat. l. 1. c. 10. n. 4. & in not. ad Disc. sup. Instrum. Pac. p. 1. D. 10. p. 126.* quædam verò ei cum Statibus sive Ordinibus, quorum alii præ aliis iterum suis gaudent prærogativis, sint communia vid. *Instrum. Pac. art. 8. §. gaudeant. &c.* Sed inquis: In Rep. mixtâ summa potestas penes uno plures est divisìm, hæc enim est perpetua & infallibilis Reip. mixtæ nota; in nostra autem Republ. potissima Majestatis jura indivisìm sive conjunctim sunt penes Imperatorem & Ordines, nam licet Imperat. ea, quæ Reservata vocantur, solus exercere queat, Status tamen soli absque Imperatoris consensu nulla exercere valent. *Resp.* Illa quoque Respubl. in qua omnia Majestatis jura sunt indivisím penes uno plures, unus tamen plus potestatis habet præ reliquis, ad mixtam est referenda, adeoque vulgò afferri solita definitio mixtæ Reip. hoc modo amplianda; quod sit ea, in qua summa potestas est penes uno plures vel divisìm vel indivisìm, peculiari tamen & diverso modo, quo est in simplicibus. vid. *Stratmann. Synops. Polit. l. 2. c. 5. can. 5. Conring. diss. de capitul. num. 54.*

52. Mixtam autem hanc Reipubl. formam Imperio tribuimus, quatenus ut una aliqua civitas communi Imperatoris & Statuum Imperii consilio regenda consideratur. Quatenus verò in singulis Statuum territoriis (quæ quasi peculiares civitates & Respublicæ ὑπάλληλοι) spectatur, diversæ occurrunt formæ, Monarchia scilic. in Principum territoriis, (omnes enim ferè Principatus, Seculares & Ecclesiastici, nec non Comitatus, Monarchiarum instar reguntur, ita tamen, ut alicubi Principum potestas planè libera sit, ut in Archi-Palatinatu, ubi nulli sunt Ordines Provinciales &c. alibi verò quodammodo restricta & limitata per pacta & transactiones cum Ordinibus Provincialibus, quos Land-Stände vocant, quorum tamen authoritas hodiè plurimis locis valdè deminuta) Aristocratica vel Democratica aut mixta in urbibus Imperii liberis. Accuratè hoc duplex in Imperio regimen distinguit *Dn. Ludolphus Hugo in Dissert. de Stat. Region. Germ.* illud summum, hoc subalternum vocans. Sed posterior respectus huc non adeò spectat, quæstio enim est de Statu Imperii universi.

CAPUT V.

De Divisionibus Imperij Rom. Germanici.

HActenus Imperium Rom. German. in ortu, progressu, incrementis ac decrementis suis,

ſuis, forma item antiquâ ac hodiernâ vidimus, nunc pauca de ejusdem diviſionibus ſubjiciemus. Harum autem potiſſima eſt illa, quà vaſtum Imp. Rom. Germanici Corpus, ſaluberrimo pro pace & concordia Reipubl. conſilio, curante Maximiliano I. in decem diviſum eſt Circulos, ſive regiones ex diverſarum vicinarum provinciarum conjunctione conſtitutas, German. Cräyße dictas. Cùm enim poſt tempora Friderici II. Imperatoris univerſum penè Imperium in ἀναρχίαν abiiſſet, ac inter Principes, Ordinesque nulla fermè ampliùs eſſet ſocietas, quâ tamen inter Ordines & cives Reip. non jugiter cultâ, illa diu ſalva eſſe nequit, prudenter & magno Germaniæ bono de reſtituenda veteris Imperii Corporis compage actum. Quod ſi autem aliâ viâ communis Reipubl. authoritas potuiſſet reſtitui, atque adeò in verè unum corpus univerſum Imperium iterum coaleſcere, fortaſſis hæc ejus in X. Circulos diſtributio omitti potuiſſet. Diviſio enim Ordinum unius Reip. haud rarò occaſionem diſſidiis & controverſiis dare ſolet. Aſt illa fuit Corporis Imper. diſſolutio, & usque adeò Reipublic. collapſa authoritas, ut in verè unum corpus omnia iterum redigere penè impoſſibile. Fuit itaque ex hypotheſi prudentiſſimum ita dividendi Imperii inſtitutum, quo & Paci Publicæ & Legum authoritati conſultum, quia ita contra immorigeros & contumaces Status

Duci cujusque Circuli proximo Justitiæ executio commodè demandari potuit. v. Erklärung deß Landfr. zu Nürnb. *Anno 1522. R. I. de anno 1555.* §. und damit. 35. *R. I. de anno 1566. §. 12. & 129.* Dein si non ad limites Imperii proferendos, aut avulsa inde recuperanda, tamen ad ea saltem, quæ supererant, defendenda, iisdem institutis Germania sibi sufficere posse visa fuit. *Strauch. Diss. Exot. 1. th. 4.*

2. Habuit ac habet etiamnum hodiè plures alias quoque dicta Imperii in Circulos partitio utilitates, quarum prima olim consistebat in constituendis Assessoribus Regimenti, deß Reichs-Regiments (quod fuit *Consilium vel Senatus 20. personarum, quibus totius Imperii cura & gubernatio injuncta, atque ut omnibus modis prospicerent, ne hoc quidquam detrimenti caperet, speciali lege commissum ac demandatum fuit.* vid. Ordn. deß Regiments. *de anno 1500. & 1521.*) hi enim inde desumebantur, tanquam ex toto Imperio, quod præsentabat Regimentum; sublato autem isto Imp. Regimento, in præsentandis Assessoribus Cameræ hodiè eadem conspicitur utilitas. vid. *Ord. Cam. p. 1. t. 1. R. I. de anno 1566. §. 75. Instrum. Pacis art. 5. in fin. R. I. de an. 1654.* §. demnach auch 2c. *169. Blum. de Proc. Cam. tit. 7. num. 9. 10.* Secunda utilitas in distribuendis ac colligendis & moderandis Imp. collectis in Comitiis Imp. decretis, consistit *Rec. Imp. de a. 1551. §. 55. seqq. 1582. & 1594.*

1594. §. zum dritten da etliche 2c. Tertia in jure conventus & Senatus circularis deprehenditur, ut præter Pac. publ. & Justitiæ executionem ac collectarum moderationem, etiam monetæ & vectigalibus prospiciant. vid. *Ferdin. I.* Probier-Ordn. *de anno 1559.* ap. *Goldast.* Müntz-Ordn. *de dict. anno* §. und damit diese 2c. *158.* De Vectigalibus *R. I. de anno 1576.* §. derhalben damit 2c. *118.* 4. Versatur in eo, ut militia Imperii, collectio copiarum & apparatus bellicus, die Creyßhülffe / tàm ad internam, quàm externam vim propellendam eò melius ad subita bella disponi & ordinari possit. *R. I. Spir. Ann. 1570. §. 21.* 5. Ad Comitia Imperii Universalia pertinet, scilic. ut προβουλία in iis instituatur rerum in Comitiis generalibus tractandarum. vid. *Burgold. ad Instrum. Pac. p. 3. Disc. 4. in fin.* Londorp. *Tom. VI. act. publ. l. 4. cap. 188. p. m. 687.* 6. Desumitur ex *Thuano*, ut essent communia Consilia, quibus crebræ de finibus & juribus inter Status exortæ controversiæ finirentur. 7. In eo consistere videtur, si quid circulariter in Comitiis deliberandum veniat. *Reink. l. 1. cl. 4. c. 2. num. 9. Arum. de Comit. c. 7. num. 122.* 8. Consistit in inquisitione ad perfectionem matriculæ faciente. *R. I. de anno 1582.* §. zum Ersten welche Glieder 2c. *52. & seqq.*

3. Instituti autem primitus à Maximiliano I. Imp. (vid. *Limn. l. 1. c. 7. n. 22. Schüz. v. 1. D. 8. th. 1. L. A.*) Statuum assensu atque appro-

batione *Augustæ anno 1500.* tantùm sex sunt Circuli, scil. *Franconicus*, *Bavaricus*, *Suevicus*, *Rhenanus*, *Westphalicus*, *Saxonicus*. vid. *Ord. Regim. Aug. anno 1500. tit.* wie 20. Personen ꝛc. §. *ult. I. Ord. Cam. Const. Ann. 1507. tit.* Wann das Cammer-Gericht angehen soll. §. *fin. verbis:* haben die Stände aus den 6. Crayßen zu Augspurg gemacht. *R. I. de anno 1512.* §. Item sollen die 4. Churfürsten ꝛc. *12. Limn. l. 1. c. 7. num. 21 seqq. ibique in addit. tom. 2.* ubi quia Recessus & acta Imperii in enarratione membrorum sex horum Circulorum variant, in schemate illud proponit. Postea *anno 1512.* (non *1522.* demum, *ut Thuanus l. 2. Histor. Sprenger. in Instit. Jur. Publ. l. 2. c. 24.* sentiunt) illis sex ab eodem Maximil. quatuor adjecti, *Austriacus* scil. *Burgundicus*, *Rhenanus Inferior*, *Saxonicus Superior*, ut decem fierent. vid. *R. I. de anno 1512.* §. darauff haben wir sampt den Ständen ꝛc. *11. 12. R. I. de anno 1522. tit.* hernach folgen die zehen Creyß ꝛc. ubi qui Status cuique Circulo subsint, declaratur. *Limn. d. l. n. 26. seqq.* Addit (impertinenter sanè) iis undecimum (quem Bohemiam constituere ait) *Goldastus Bohem. l. 1. c. 2. num. 5. p. 15. & l. 4. c. 8. & in Consultat. de Off. Reg. Bohem. num. 113.* rectè ob id notatus ac refutatus ab *Arum. de Comit. c. 2. num. 41. Carpz. d. L. R. c. 5. ſ. 8.* Nec enim videre valeo, quâ ratione id conveniat cum eo, quod idem scribit, deliberatum fuisse

in Comitiis Trevirensibus anno 1512. de duobus novis, Bohemico & Borussico, constituendis, ut duodenarius numerus perficeretur, sed Bohemos, Borussos atque Livonos restitisse *lib. de reg. Bohem. c. 16. num. 2 in fin. & lib. 4. c. 8. num. 41.*

4. Apparet verò exinde non totam Imper. Rom. Germanici machinam, sive omnes ad Imperium Roman. German. spectantes Provincias in decem hosce Circulos relatas fuisse & illis contineri, ut *Carpzov. de L. R. G. c. 5. sect. 4. num. 40.* quidem contendit; Sunt enim præter Borussiam, (quæ eo tempore, quo hæc distributio facta, Imperio adhuc suberat) & regnum Bohemiæ, certissimum adhuc hodiè Imp. feudum, multa alia Imp. membra, quæ sub nullo continentur Circulo. Comprobant id Ducatus Mediolanensis, Mantuanus ac Modenensis, Marchionatus Finalis, Plumbinum, Orbitellum, Comachium, & quæ sunt alia plura in Italia ab Imperio adhuc feudi titulo dependentia, quæ in nullo Circulo descripta. Et Comitat. Montispelgardensem, cujus intuitu Sereniss. Würtemb. Duces votum & sessionem in Comitiis Imp. hactenus habuere, quis dubitat feudum Imper. esse? (Sed vid. *Fritsch. in annot. ad Instrum. Pac. rubr. ulterior additio. pag. 675.*) sub nullo tamen ille comprehenditur Circulo.

5. Cæterum varia ac differens eſt decem illorum Circulorum collocatio, ordinem ſcripturæ ſi ſpectes, ut vix etiam liqueat, quo quisque ponendus ordine, & difficiles ſint definitu exortæ inter eos de præcedentia controverſiæ, propter variam illam obſervantiam. Variant quoque Receſſus & acta Imper. in membrorum iis incluſorum enumeratione. Utrumque à *Limnæo l. 1. c. 7. num. 29. 30. & in addit.* exhibitus ſchematiſmus omnium ſiſtit oculis.

6. Conſtat etiam nonnullos eorum numero Statuum ad illos pertinentium hucusque imminutos, alios verò auctos. Decrementum inde, quod nonnulla hujus vel illius Circuli membra ab Imperio in totum avulſa, vel ſaltem ab immediato ejus obſequio dejecta. Ita olim ad Circulum Rhenanum Super. pertinuit Metis, Tullum & Verodunum, quas nunc unà cum Landgraviatu Alſatiæ, Suntgovia, Brisgojæ munitiſſimis propugnaculis, Briſaco, Friburgo &c. titulo Imperialis ceſſionis Gallus tenet, per *Inſtrum. Pacis Cæſ. Gall. de anno 1648. & 1679.* Ad Circulum Saxon. Super. quoque olim Gedanum & Elbinga ſpectarunt. *Goldaſt.* in Reichs-Handl. *p. 181.* Hodiè verò à Polono poſſidentur. Ad Weſtphalicum Epiſcopatus Ultrajectinus pertinuit, nunc à Belgis Fœderatis avulſus. Circulus Burgundicus complectens 17. Belgii Provincias cum Burgundiæ

gundiæ Comitatu, longè potentissimus olim erat; hodiè nimium quantum à Belgis Fœderatis *vid. cap. præc. num. 34. 35.)* & Galliarum Regibus, (qui ut seculo 15. Ducatum, ita hoc Comitatum Burgundiæ, cum magna Belgicarum Provinciarum parte, exemerunt, suique juris fecerunt, ac hinc, ut Rex Hispaniæ nunc quoq; *Ducis Burgundiæ* titulo abstineret, efflagitarunt, abnuente tamen id Hispano) imminutus. Ita quoque Donawerda ex immediate Imp. subjectâ & liberà civitate Circuli Suevici facta est provincialis Bavariæ Ducis, & Constantia Archi-Ducibus Austriæ cessit. Argumentum ex accessu & receptione novi Status Imperii. Sic Circulus Suevicus auctus est *anno 1638.* accessu Caspar. Bernhardi, Comitis à Rechberg, qui inter Status Imp. receptus, votum ac sessionem wegen der Herrschafft Aichheim/ in dicto Circulo obtinuit, & *anno. 1662.* rursus Comitis à Traun / *ann 1664.* Principis de Aursperg, ac *anno 1677.* Comitis de Sinzendorff, receptione; In Bavarico Princeps Lobkowicius antiquioribus hoc seculo additus.

7. Quod formam & ordinationem institutorum Circulorum attinet, cernitur illa in jure Circulorum: quod vel 1. ad Statum membrorum vel 2. ad regimen, vel 3. ad vires, opesque eorum pertinet.

8. *Quoad Statum membrorum* Circuli moveri solet quæstio, *an is, qui in Circulum relatus sit Status Imp.?* ad quam negativè resp. Multi enim in Circulos relati, qui Status non sunt. Sic in Circulum Rhenanum relati sunt: Dux Mosanus, der Hertzog von der Maaß/ qui hodiè Ducem Bullioneum se vocat, Dux Cabillonensis, Printz von Schalon/ Marchio Rötelanus, Marggraff von Röteln/ Comes Novo-Castellanus, Welsch Neuburg ꝛc. qui non sunt Status. *Strauch. D. 1. thes. 6.* ex *Limn. l. 1. J. P. c. 7. num. 36.* Sed vid. *hunc tom. 1. addit. p. 44.* Huc etiam pertinet quæstio: *an quilibet Imp. Circulus ex tribus constet Ordinibus, Ecclesiasticis sc. & Secularibus Principibus, ac Civitatibus liberis?* quam affirm. *Schönborn. l. 5. Pol. c. 6.* rectius autem negat *Strauch. D. 1. th. 5. pr.* quia nec Austriacus, nec Burgundicus nunc, nec Saxon. Super. ullas habet Civitates liberas. *v. Limn. tom. 1. addit. ad l. 1. c. 7. num. 26.*

9. Ad regimen sive Politiam Circuli pertinent 1. Officia & ministeria Circularia. 2. Leges & statuta Circularia cum jure Archivi. 3. Conventus & Diætæ Circulares. 4. Decreta & eorum Executio.

10. *Officiales* Circulorum sunt Directores, Duces, Adjuncti, die Creyß-Einnehmere und Cassirer. Enim verò primò singuli Imp. Circuli suos habent Directores, qui vocantur Creyß-Außschreibende Fürsten/ dieweil sie das

Auß-

Außschreiben der Creyß haben. Nam officium eorum maximè in eo consistit, ut Status ad Conventus Circulares convocent, ibique proponant ac dirigant. In nonnullis Circulis uno plures sunt Directores, hinc venit Condirectorium. vid. *Instr Pacis Cæs. Suec. art. 10. §. 10.* Et nominatim quidem Circuli Rhenani Inferioris sive Electoralis Director est Elector Moguntinus: In Rhenano Super. Episcopus Wormat. &, tempore belli intestini German. Landgravius Hassiæ Darmstad. Direct. erant, hodiè autem Con-Directorium hujus Circuli ad Palatinum ratione Principatus Simmern rediisse conjecturatur *Limn. tom. 4. pag. 425. ad l. 9. c. 1.* & sane jam anno *1650. 1652. 1653. 1655.* iterum exercuit. Sed vid. *Sprenger. Lucern. p. 69. 70. & Fritsch. in annot. ad Instrum. Pac. art. 17. p. 591. seqq.* In Suevico sunt Episcopus Constantiensis & Sereniss. Dux Würtembergiæ, qui Directorium sibi servans Circuli Secretarium præsentat, Archivum asservat, agenda communicato consilio proponit, Status ad suffragia dicenda compellat, vota inquirit, majora colligit, ultimo loco suum subnectens suffragium, Circuli Recessum conscribit &c. In Westphalico Episcopus Monasteriensis & Dux Juliacensis, sed lites terrarum Juliacensium facere, ut, cum & Directorium ex possessione terrarum profluens ambigui sit juris, Diætæ illius Circuli non absque gravi Imp. damno suspen-

ſuſpendantur, ſcribit *Spreng. in Lucern. mo*[illegible] *ſtat. p. 70.* Sed anno 1666. in Transactione he reditaria inter Elector. Brandenb. Fridericum Wilhelmum, & Comitem Palatinum Neo burgicum, Philippum Wilhelmum, inita art 18. diſpoſitum fuit, ut directorium illud utri que cum Epiſcopo Monaſterienſi commun ſit, ita ut illi inter ſe alternent, hic vero Mo naſterienſis Epiſcopus nempe primum ſuffra gium & locum ſemper habeat, uti legi poteſ ap. Londorp. *Tom. IX. lib. 10. c. 119. pag. 465 ſeqq.* In Saxonico Super. Elector Saxoniæ In Saxon. Infer. alternant Dux Magdeburgicus & Dux Bremenſis, ſemper condirigente Do mo Brunſvigo-Luneburgenſi. vid. *Inſtrumen tum Pacis art. 10. §. 4.* In Bavarico Elector Ba variæ, & Archi-Epiſcopus Salisburgenſis: In Franconico Epiſcopus Bambergenſis & Mar chio-Brandenburg (& quidem hodiè Culm bacenſis) inter quos de hujus Circuli Directo rio controverſia olim exorta, *anno 1559, Augu ſtæ Vindelic. 11. Aug.* ita compoſita, ut futuris temporibus perpetuò conjunctâ operâ & in diviſim convocandi munus exercerent, quod hucusque quoque ſic continuatum, nonnun quam quidem Epiſcopus Bamberg. pluſcu lum ſibi vindicari auſus fuit, (vid. *Limn. tom 1. addit. ad l. 5. c. 7. num. 147. p. 853.*) Marchio Brandenburg. autem attentatis in tempore ſ oppoſuit. Formalia compoſitionis exhibe

Limn

Limn. tom. 1. add. ad l. 1. c. 7. num. 32. p. 47. In Austriaco Archidux Austriæ, qui hodiè est Imperator. In Burgundico fuit Dux Burgundiæ, i. e. Rex Hispaniæ, quia autem nullum amplius Imperii Statum in eo habet, non indiget amplius convocatione.

11. Secundò singuli Circuli habent Ducem sive Præfectum militiæ Circularis, uti *Instr. a. 16. §. 2.* dicitur, *Germ.* Creyß-Oberster/ quem cujuscunque Circuli Status eligunt per majora. *Declar. Pac. Publ. ann. 1522. tit.* **wie im Creyß mit Erwehlung** &c. Olim unicuique circulo præerat Capitaneus, **ein Creyß-Hauptmann**/ ejusd. ferè muneris, quod hodiè Ducis est. v. *Decl. Pac. Publ. de anno 1522. tit.* **welcher Gestalt** &c. *3.* Postea cum cæteris hic quoque crevit titulus, **und ist aus einem Hauptmann ein Obrister worden.** *Rec. Imper. anno 1555.* §. **und damit obgesetzte** &c. *56.* Hunc nonnulli, ut *Arum. de Com. c. 2. num. 42. & Becker. c. 13. num. 18. Bechman. ad A. B. Ex. 8. p. 195.* malè confundunt cum Directore; **mit dem Ausschreibenden Fürsten**/ & quod illius est muneris, huic tribuunt. v. *Schuz. vol. 1. D. 10. thes. 16. lit. G.*

12. Eligi in Ducem potest tam Status Circuli, quam alius, qui Status Circuli non est, utilitate vel necessitate ita suadente. *R. I. de anno 1555.* §. **und damit obgesetzte Ordnung** &c. *56. An verò etiam Ecclesiastici Ordinis Status ad hoc*

munus

munus eligi queat? controversum est; Et Ecclesiasticis conditionem professionis non obstare multi arbitrantur, cum Politicam simul repræsentet personam ut Status Imperii. *Gail. Obs. 30. num. 1. Strauch. D. 1. th. 5. in fin.* præterea Constitutio ista Imperii de anno 1555. nullibi contrarium disponat. Sed alii Ecclesiasticos vel omnino ab hoc officio excludi volunt, vel difficillimè tandem admitti posse opinantur, per text. in Erklärung deß Landfr. *de anno 1522. tit. 3. j. reg. jur:* Surrogatum sapit naturam ejus in cujus locum surrogatur. Addunt *2. d. textum* nec expresse nec tacitè in *d. R. I. de anno 1555.* revocatum. Hoc concedunt Prælatos, qui juxta priorem *Constit. de an. 1522.* Consiliarii Capitanei eligi non poterant §. auch vier weltliche Ehrbare Personen / juxta hanc posteriorem *de anno 1555.* eligi posse §. und auff den Fall / *rc. 57.* quod si verò idem in Duce Circuli eligendo obtinere debuisset, id expressum, non silentio prætermissum fuisset. vid. *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 1. p. 49.*

13. Inter Status Seculares Circuli in Ducem eligi potest. 1. Ein außschreibender Fürst / hæ enim qualitates ita comparatæ sunt, ut simul in uno eodemque subjecto bene stare possint. vid. *Schüz. d. l. R. I. de anno 1555. §. 27. seq.* 2. Ein Chur-Fürst. 3. Oder ein ander vornehmer Stand, *d. R. I. de anno 1555.* §. und auff den Fall. / *rc. 57.* Quod si verò contingat, ut ex Cir-

ex Circuli Statibus vel nemo eligi possit, vel nemo reperiatur, qui hoc onus in se recipere, justis oppositis rationibus, velit, eligi potest eine andere taugliche Person/ so dem Creyß angenehm. §. und damit obgesetzte/ ꝛc. 56. Sed *An alius quoque quam Germanus, seu Imperio Germanico non obnoxius in Circuli Ducem eligi possit?* mota est præterito tricennali bello controversia; cùm Christianus IV. Rex Daniæ inferioris Saxoniæ Circuli Præfectus militaris eligeretur, *anno 1625.* Ferdinandus II. Imp. telum contra Regem sumpsit ex *R. I. de anno 1555.* §. und sollen die jenigen / ꝛc. *59.* ad ipsum scribens, das die Reichs-Constitutiones, das Creyß-Obersten Ampt nur denen auffzutragen verordnet/ so mit Pflichten allein dem Röm. Keyser / als deß Reichs Oberhaupt / und dem Creyß zugethan / und sonst keiner andern Verpflichtung sich unterworffen/ befinden. Literæ sub *dat.* Neustadt/ *anno 1625.* in Actis publ. *Londorp. tom. 3. lib. 8. p. 820. c. 51.* extant. Respondit verò Danus, & exempla quædam Prædecessorum & aliorum in contrarium adduxit, ibid. *p. 821.* Sed quid de illis sentiendum sit, vid. *ap. Strauch. Disp. 1. th. 5.* Conf. *Limn. d. tom. 1. add. ad lib. 1. p. 51.* Interim *§. 59. R. I. de anno 1555.* ita declarari potest, ut dicamus, Constitutiones Imp. non excludere à Ducis munere extraneos, modo Imperio obnoxii sint, nec illos, qui Imperio & aliis simul obligati

gati

gati sunt, modo obligatione hac non impediantur expedire, quæ ipsis ratione muneris Circularis incumbunt, hoc ergò *d.* §. saltē velle, ut priusquam recipiantur, ab omni alia obligatione soluti sint, qua impediri possent, quo minus hoc Ducis Circularis munus expediant, ausserhalb der Crayß-Sachen aber / mögen sie wohl in denselben pflichten und Verwandnussen stehen und bleiben / damit sie sonst jemands verpflichtoder in Verwandschafft zugethan. *d.* §. *59.*

41. Est autem inter Ducem Circuli ex ipsis Statibus Circuli electum, & alium extraneum in Ducem electum notabilis hæc differentia, quod ille operam suam gratis absque exspectatione salarii præstare debeat, hic verò mercede conducendus, si aliter officium subire nolit. *d. R. I. de an. 1555.* §. und auff den Fall 2c. *57.* ille per substitutum officii sui debita exercere queat, hic autem propriâ industria expedire teneatur. *d. R. I.* §. und da ein Churfürst 2c. *58.*

15. Dux Circuli, si Principis dignitate præfulgeat, promittit ea, quæ officii sui sunt, bey Fürstlichen Würden und wahren Worten zu halten; si Princeps non sit, præstat Circulo juramentum, einen Leiblichen Eyd. Uterque autem inter cætera promittit, daß er keinen Stand / Geist- oder Weltlichen / vor dem andern ansehen / sondern sich gegen allen gleichmässig halten / auch deß Creyßes Hülff nicht in eigenen / sondern deß Creyßes / und desselben

Stän-

Ständen gemeinen Sachen/ darzu sie von dem Creyß bewilliget und erstattet / gebrauchen wolle. Cumque haud exigua potestas Circuli Ducis sit, providè constitutum est, daß er sich dardurch keiner Hoheit über andere Stände annemmen / noch sich unter dem Schein dieses Ampts Verwaltung / in einige superiorität über die andere eindringen / oder fernerer Gewalt und Macht über sie / dann ihm vermög der Ordn. zugestellet / anmassen solle. Incumbit autem illi ratione Officii. I. Ein fleissiges Auffmercken zu haben / ob / und wo sich ein Kriegs-Empörung / Musterplatz / und andere Rottierungen / in dem Creyß ereignen wollen. II. Darauff / nach Gelegenheit der vorstehender besorglicher Gefährligkeit / unverlängt / die Ihme Zugeordnete / an einen gelegenen Orth zusammen zu erfordern. III. Zu berathschlagen wie starck die Hülff vorzunehmen. IV. Die Hülff von jedem Stand zu erfordern. V. Den Creyß vorstehender Beschwerligkeit zu entschütten. VI. Gegen den Landfriedbrechern und andern die Keyserliche gesprochene Acht / urtheile und andere Poen und Straff / so sie ordentlicher Weiß drein gefallen zu seyn / mit Recht erkennet und erkläret worden / zu exequiren. Ardua h. l. occurrit quæstio; *An Imperator etiam alterius Circuli Præfecto, quam illius, in quo executio fieri debet, executionem mandare possit?* sub initio hujus seculi ann. 7.

cum Rudolphus II. Imper. Bavariæ Duci executionem contra civitatem Donawerdam in Circulo Suevico sitam demandasset, agitata. vid. *Limn. tom. 2. addit. ad l. 1. c. 7. p. 103. Burgold. ad Instr. Pac. p. 2. Disc. 8.* Notabilem autem pro negativâ textum habemus in *Instrument. Pac. art. 16. vers. imprimis quidem &c.* cui addatur *Arctior modus exequendi Instrum. Pac.* VII. Nach Gelegenheit der Sachen/ zu Befürderung gemeines Friedens/ und Fürkommung weiters Unraths/ einen Anstand oder Frieden zu machen/ oder anzunemmen/ doch mit Bewilligung der Beschädigten. VIII. Nicht zuzulassen/ daß ohne sein Vorwissen/ Bewilligung und Erlaubnuß jemand/ was Wesen der sey/ im Heiligen Reich hohes oder niedres Stands/ sich unterstehe/ einig Kriegsvolck anzunemmen: sondern daß der Werber glaubwürdige Anzeig seiner Bestallung fürbringe und zu erkennen gebe/ wem Er dasselbige Kriegsvolck zuführen/ oder wozu Er sich dessen gebrauchen wolle: Zu dem gnugsame Caution und Versicherung thue durch Bürgschafft gesessener Stände deß Reichs und desselben Crenses/ daß Er Sich mit sampt dem Kriegsvolck deß Heil. Reichs Landfrieden und Ordnungen allweg gemäß erzeigen wolle. IX. Im Fall aber deß Widersetzens/ den Werber von seinem Vornehmen abzuhalten/ in Bestrickung zunehmen/ und das zusammen lauffende/

de / oder allbereits versammlete Kriegsvolck zu zertrennen. X. Was in dem Creyß zu werben angefangen / und Er als Obrist desselben sonst Ampts wegen erkundiget und verrichtet / den andern Creyß-Obersten / zu und nachgeordneten / durch deren Creyß oder Lande der An- und Durchzug vermutlichen gehen möchte / unverzüglich zuzuschreiben und zuwissen thun. XI. Im Fall die Werbende in ihren An- und Durchzügen den Creyß-Ständen / oder Unterthanen / Schaden oder Unkosten verursachen und zufügen / sollen der Creyß-Obriste / Zu- und Nachgeordnete / darüber summariè erkennen / ermäßigen / und solches so wol gegen dem Principal, als dessen Bürgen / auch deren Haab und Güter unverzüglich exequiren / oder die Obrigkeit / darunter die verpfändte Güter gelegen / umb schleunige execution zu thun / ersuchen. *Limn. tom. 4. in addit. ad l. 1. cap. 7. num. 23. p. 52. seq.* Sed quid si ipsemet Dux Circuli alterum de facto invadit? de hoc disponit *R.I. de anno 1555.* §. wo sich auch zutrüge ꝛc. *76.* Et de relaxatione ac resignatione officii hujus agit *R.I. de anno 1555.* §. neben dem soll es auch ꝛc. *74.*

16. Tertiò Circuli Duci suo adjungunt alios, qui Zugeordnete vocantur, inter quos unus Nachgeordneter appellatur. Hujus partes sunt, ut, si Dux officium suum vel facere negligat, vel aliàs impediatur, ejusdem subeat

munus. Adjuncti Ducis, die Zugeordnete/ esse possunt Status Circuli, sive sint Electores Imperii, Principes, Prælati, Comites, Barones, & Civitates; eo tamen discrimine, daß die Chur-Fürsten und Fürsten ohne Wartgelt diesem Ampt vor seyn. Da aber auß den andern Ständen/ als Prälaten/ Graffen/ Herren und Städten/ Persohnen zugeordnet/ dieselbe mit den ihren/ so sie auß ihrem Mittel darstellen/ nach ihrer Gelegenheit überein kommen. Numerus adjunctorum dicto *R. I. de anno 1555.* determinatus non est, sed Statuum arbitrio relictus. Unde in Comitiis Circularibus, quando primum constitui cœperunt, dissensiones & contradictiones non leves ortæ sunt, neque numerus ubique unus observatus. vid. *Limn. tom. 1. ad tit. ad l. 1. c. 7.* In Circulo nostro Suevico VI. nim. ex Scamno Principum Ecclesiastico & Seculari duo, ex scamno Prælatorum & Comitum etiam duo, ut & ex Scamno Civitatum duo eliguntur. Cæterum Adjuncti, si Principes fuerint, æque, ut suprà de Duce traditum, suæ promissioni relinquuntur, reliqui inferioris ordinis juratò promittunt. Atque in hoc iterum eorum cum Duce par est conditio; sicut & in cæteris eorum munus tam arctè cum Ducis officio conjunctum, ut ferè semper, in Imp. Recessibus, cum Duce in expediundis negotiis concurrant. De horum resignatione, morte, aliis impe-

impedimentis, quo minus officio ritè fungi queant, disponit *d. R. I. de anno 1555.* §. und ob auch einer rc. *76.*

17. Quartò inter Ministros Circulorum quoque numerantur, die Creyß-Einnehmere. vid. *R. I. de anno 1542. §. 88. add. R. I. de anno 1570. §. 22.* qui scilicet ærario Circulari, (der Creyß-Cassa) præfecti sunt; Cassirer/ qui pecuniam ad Cameræ Imp. Spir. sustentationem à Statibus contributam recipiunt, solventesque quietant & ad locum destinatum remittunt; Creyß-Secretarii, qui Directorium semper sequuntur.

18. Quod Leges & Statuta Circulorum attinet, non queunt in iis Circulorum membra limites Constitutionibus Imper. præscriptos egredi. Possunt enim omnes quidem, qui Collegii & Senatus jus habent, Statuta ad executionem rei demandatæ pertinentia condere, sed citra noxam legum universalium illa semper facienda sunt. Demandantur quædam hoc in genere Circulis ultrò, sic: Eine Tax-Ordnung für die Soldaten zu machen/ *R. I. de anno 1598. §. 32.* ipsis demandatum. Pertinent huc imprimis die Creyß-Verfassungen/ Creyß-Abschiede/ quorum specimina exhibet *Speidel. voc.* Creyß/ & Creyß-Tag. Habent etiam jus Archivi. vid. *Wehner. d. voc.*

19. III. Ad Politiam Circulorum diximus

pertinere Conventus Circulares. *Conventus Circularis*, (Creyß-Tag/) autem nihil aliud est, quàm *congregatio Statuum Circularium*; (der Creyß-Stände/) *ad aliquid deliberandum & decernendum, quod vel necessitas ac utilitas Circuli vel totius Imperii exigit.* Sunt tales Conventus vel *Universales*, quando omnes Circuli simul conveniunt; Talis Anno 1567. Erfurti ob consultationem de refundendis Electori Saxon. sumptibus, sub turbis Grombachianis, (quarum seriem præter *Chytræum l. 21. Thuanus lib. 36. & 39.* recensuit,) in proscriptorum executionem factis, institutus, post illum autem nullius nec hujus nec superioris seculi historia amplius meminit, nisi quod iterum ejusmodi Conventum ob rem monetariam, quæ extraordinario remedio indigere videbatur, habendum, placuerit Imperatori anno 1603. vid. *R. I. Ratisbon. de d. ann.* §. Worauff wir alsdann/ ꝛc. 52. Cæterum consilia ibi agitata postmodum eventum destituisse, sicque rem in nudis placiti finibus substitisse, constat, rebus per Deputatos compositis. Omnibus verò Circulis sic convenientibus, de ordine inter eosdem tenendo, quæstio non levis agitatur. vid. *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 7. p. 421. ubi seq. pag.* etiam ostendit, conventum talem indicendi jus penes Electorem Moguntinum esse,) vel *Particulares*, quando vel aliquot duntaxat con-

conveniunt Circuli, vel unius tantùm membra; Dixi; 1. qu. aliquot duntaxat conveniunt, &c. Sic enim cautum *R. I. de anno 1571.* §. ferners/ ꝛc. *28. & seq.* Circulos vicinitate se attingentes quotannis monetæ probandæ causa convenire, vel aliàs invicem de eodem negotio correspondere debere. Unde nomen der Correspondierenden Creyße/ ortum est, qui in tres classes distributi: In una sunt Electoralis Rhenanus, Rhenanus sup. & Westphalicus. In altera: Superioris & Inferioris Saxon. (cui tamen integrum esse debet seine alte correspondenß mit dem Westphälischen Creyße zu continuiren.) In tertia: Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ & Austriæ Circuli. Dixi 2. particulares esse, ubi unius tantum Circuli membra conveniunt. In his rursus *vel* conveniunt omnes omninò Circuli Status, *vel* non omnes, sed *vel* pauciores ex singulis scamnis, (qui die Engere Creyß. convent dicuntur,) *vel* tantùm Ecclesiastici, *vel* tantum Seculares. Deinde sunt vel *Statarii & anniversariii*, quibus certus terminus est datus, quales die Probationtäge/ rem monetariam concernentes. Müntz-Ordnung/ *de anno 1559.* §. *158. R. I. de anno 1555.* §. Und obwol. *R. I. de anno 1570.* §. Als wollen wir nachmal/ ꝛc. *138. vel non Statarii*, qui scil. indicuntur & habentur, quoties utilitas & necessitas efflagitat.

20. Indicunt Conventus Circulares parti-

culares, die außschreibende Fürsten / qui hanc convocandi potestatem exercent, vel ob legis dispositionem, ut in Statariis, vel motu proprio, vel ad instantiam alterius. *An verò hoc illis liceat insalutato Imperatore, nec petitâ licentia, nec denunciatione facta?* In conventu Circuli Franconici Norimbergæ anno 1610. mense Julio & Augusto habito disputatum fuisse testatur *Limn. tom. 1. addit. ad l. 9. c. 1. p. 425.* inquiens, Commissarios Cæsareos Cæsaris nomine proposuisse & reiteratò ad Deputatos Circuli dixisse, nullum omninò ipsis licere Conventum inscio Imperatore instituere vel habere, Status Circulares autem ipsis contradixisse. Conf. *idem tom. 2. addit. ibid. p 388.* ubi refert Cæsarem à Statibus Circuli Sax. infer. quoque desiderasse, ut si conventum habere vellent, id ipsi maturè notum facerent, sed & ipsos, hoc minus necessarium esse censuisse, si jure Statuum Conventus institueretur, tumque saltem notificationem faciendam, si ad speciale Cæsaris mandatum Conventus haberetur. Hucque facere videtur *text.* in *Capit. Imper. Leop. art. 6. vers.* Soll auch andern/ꝛc.

21. Literæ quibus indicuntur ad singulos Circuli Status diriguntur, & non tantùm terminum comparendi, (qui ut plurimum 6. hebdomadarum, interdum verò etiam arctius spatium, ubi in mora scil. periculum) ac locum

cum (cujus determinatio à Principum convocantium dependet voluntate. In Circulo Super. Saxon. autem plerumque est Lipsia: in Franconico Norimberga aut Bamberga: in nostro Suevico Ulma, in meditullio Sueviæ sita;) sed causam quoque, propter quam Conventus instituatur, continent, Statusque, ut vel ipsi, vel per mandatarios suos benè instructos ad consultandum & concludendum veniant, amice ac clementer monent.

22. Causæ verò & negotia, de quibus in Conventibus Circulorum consultatur, certo adhibito moderamine, ferè eadem sunt, quæ in generalibus Imp. Comitiis deliberari solent. Agitur in iis de probandâ vel reprobandâ monetâ, de tranquillitate Statuum & Pace Publica servanda, de defensione Circuli, de rectificatione matriculæ, de sententiarum ac mandatorum Imperialium executione, de præsentatione Assessorum Cameræ, quæ quomodo à Circulo nostro Suevico expediatur Dn. *Ernest. Gockel. tr. de Circulo Sueviæ num. 17.* exponit, qui etiam plura negotia in Diætis Circularibus tractari solita ibidem *n. 13. & seqq.* imprimis *n. 21.* recenset.

23. Ubi Status vocati comparuerunt, nomina sua apud Directorium ediderunt, Legatique pro personæ suæ legitimatione mandata & creditiva eidem exhibuerunt, & singuli sessionem suam occuparunt, Directorum Circuli

 Lega-

Legati in propositione futuræ deliberationis capita publicè aperiunt, & iis iterum convenientibus, super quolibet, prævia brevi compellatione, cujusque Status votum rogant, ultimò suum addentes. Omnibus in dem Außschreiben & propositione contentis excussis & per majora decisis, Conclusum in formam Recessus redigitur, qui quidem hîc in Circulo Suevico, omnibus ita jubentibus vel consentientibus Statibus, à Circuli Secretario concipitur, conceptus ante omnia Constantiensibus Legatis ad relegendum traditur, relectus in præsentia omnium, qui adhuc adsunt, prælegitur, prælectus deinde von den Banck Vorsitzenden in triplici Originali subscribitur & sigillatur, cæterorum Con-Statuum nominibus à Directorio Würtembergico subjectis subscriptus & subsignatus tandem Constantiæ, Stutgardiæ & Ulmæ in Archivis, communicatis copiis, asservatur. Si Status legitimè vocati ad conventum Circularem comparere nolint, *an cæteri, qui præsentes sunt Decretum facere possint?* decidit *R. I. de anno 1555. §. 68.* & *§. seq.* und damit die Obristen rc. *69.*

24. Circa executionem Decretorum Circularium momentosa hæc occurrit quæstio: *An Camera Imp. cum Circulis concurrat & executionem Circuli per mandata remorari possit?* de qua quæst. vid. die Wertheimische *acta contra Würzburg. p. 2. p. 410. 417. 422.* ubi negativa pro-

propugnatur. Conf. *R. I. & anno 1654.* §. und gleich ꝛc. *180.*

25. Ad vires opesque Circulorum spectant Ærarium Circulare, apparatus militaris &c. una voce die Creyß-Bereitschafft. *R. I. Spir. de anno 1570. §. 22.* ubi constituitur, wie ein jeder Creyß sein Geschütz/Artollerie/Munition/ und was darzu gehörig haben soll. *in R. I. de anno 1654. §. 10.* fit mentio der Creyß-Cassa oder Leg-Stadt. *in R. I. Nor. 1542. §. 48* der Creyß-Truchen. add. *R. I. d. anno 1576. §. 49.*

26. Cum autem præteritorum temporum injuriis opes viresque circulorum debilitatæ fuerint, apparatus & Ordinationes magis magisque negligi, multò magis verò executiones claudicare cœperint, omissa præsertim, cum magno illorum malo, antiqua illa correspondentia; variæ quoque controversiæ & lites, inter Directores, Status, imò & ipsos Circulos, super uno vel altero Statu, exortæ; v. *Limn. tom. 1. addit. ad l. 1. c. 7. p. 42. 43. & ad l. 9 c. 1. p 424.* & porro non parum interesse Circulorum debilitarint querelæ Ordinum in Circulis de Directoribus & Præfectis Circul. onera Circuli à se declinantibus, & desuetudo parendi legibus & statutis circularibus ac opinio de executione sublata; de Circulis Imp. redintegrandis ac restaurandis cogitari cœpit; quia autem in tractatu Osnabr. negotium perfici non potuit, in proxima Comitia rejectum fuit.

fuit. In iis pòst quidem deliberari cœptum 1. quomodo Ordinationes *de anno 1555. 1570.* huc pertinentes in usum effectumque deduci possent. 2. Quid pro præsenti Imper. Statu in his emendandum aut perficiendum; Verum cum temporis angustia non permitteret accuratiorem consultationem, in prorogata Comitia rursus res rejecta & Deputationi Imp. Ordinariæ pertractanda commissa est, teste *Authore* der Grundfest. *p.3. c.6. p. 277.* Sed nec in *Conventu Deputat. Francofurtensi* res confecta. Interea tamen Ordinatio illa de *anno 1555. 1570. &c.* confirmata, & Circulis, ut juxta eam omnia restaurarent, mandatum est, secuti quoque sunt Conventus, non tamen eo, qui sperabatur, effectu. Grundf. *d. p. 3. c. 9. p. 328.* Urserunt hinc Status Imp. in monitis ad Capit. futuri Imp. anno 1658. d. $\frac{17}{27}$. *April.* oblatis eidem hoc punctum inserendum *ad art. 9. n. 3.* Daß der Käyser die Ergänzung der Reichs-Creyße befördere. *& ad art. 11. num. 6.* daß der künfftige Römische Käyser daran sey / daß die Creyße nach Inhalt der Reichs-Constitutionen in Verfassung gestellt ꝛc. Desperatâ autem penè emendatione horum, quæ per consuetudinem irrepserunt, novum consilium proponi cœpit von einer newen Reichs-Verfassung.

27. II. Dividitur Sacratissimum Imperium, quatenus corpori humano assimilatur, (ac indè ein Christliches Corpus in *R. I. de an. 1512. pr.*

&ab

& ab Electoribus in *responsione sua ad Imperatorem ap. Limn. in Mant. ad Capit. Ferd. II. p. 619.* ein Ansehnliches/Glorwürdiges Corpus vocatur,) in *Caput* & *Membra*. *Caput* est Imperator juxta *A. B. c. 2. §. 2. verb. temporale Caput populo Christiano, id est, Regem Rom. in Cæsarem promovendum &c. R. I. de an. 1530.* §. deßgleichen wir ꝛc. *68. R. I. de anno 1545.* §. also und dermassen ꝛc. *8. Membra* verò *præcipua* Status Imperii, juxta *R. I. de anno 1541. pr. 1542. §. 16. 1544.* §. als haben wir ꝛc. *1530.* §. weiter ꝛc. Non obstante *R. I. de anno 1524.* §. weiter ꝛc. *34.* ibi und zuvor im Heiligen Reich ꝛc. Ubi Status quoque disertè pia Imp. Capita appellantur. Etenim non simpliciter & in sensu absoluto ibi appellatio Capitis Statibus tribuitur, sed ratione suorum subditorum per analogiam & convenientiam ita dicuntur, perinde ut Præses Cameræ appellatur Caput ratione officii, quo præ aliis eminet *O. C. p. 1. tit. 9.* Hocque respectu Imperator sæpius summum Caput, das Ober-Haupt/ appellatur v. *R. I. de anno 1566.* §. und nachdem den Noth. *6.*

De *Capite*, quod est *Imperator*, nunc partis specialis sectione prima latius acturi sumus: secundam tractationi de *Membris*, quorum præcipua sunt *Status* & *Ordines Imperii*, consecraturi.

PAR-

PARTIS SPECIALIS SECTIO I.

CAPUT I.

De Imperatoris Titulis, ac Insignibus.

FRequentiora nomina, quibus Sacratissimi Imperii nostri Caput effertur, sunt: *Imperator*, *Cæsar*, *Augustus* &c.

2. Vox *Imperator* apud Romanos olim sub liberà Republica castrense seu militare fuit elogium, duplici potissimum sensu usurpatum. Primò cuivis Duci exercitus, qui suis auspiciis, suoque ductu militavit, h. e. Imperium & omne gerendi belli jus nactus, attributum fuit: ut ex illo *Ciceronis de Orat. Imperator est administrator belli gerendi*, patet. Unde tot aliquando Imperatores, quot in provinciis exercitus, fuerunt, & uno tempore 30. electos observat *Onuphrius Panvin.* ap. *Goldast. Polit. Imp. p. 1. c. 3. num. 7. Bodin. l. 6. c. 5.* Altero sensu Imperatoris vox idem apud eos valuit quod Victor, & ab exercitu acclamata fuit illi, qui hosti-

hostibus magno prælio fusis ac profligatis rem militiæ feliciter gessit. Quo sensu *Cic. 5. ad ad Attic. Magnum numerum*, inquit, *hostium cecidimus, castella munitissima cepimus, incendimus, Imperatores appellati sumus.* Et *Dio lib. 43. Histor.* Qui in bello rem eo cognomine dignam gessit, is antiqua consuetudine Imperator denuò salutatur, unde fit, ut quis secundò tertiò ac toties omnino, quoties id mereatur, Imperator nuncupetur.

3. Cum autem deinde Cajus Julius Cæsar summos in eâdem Republic. honores affectaret, & nomen Regis populo exosum esse crederet, præsertim probè nosset, quod Tarquinio Superbo ejecto sancitum: Ne quis in posterum Rex diceretur, *(Liv. lib. 1. Histor.)* Regiam Potestatem Imperatoris titulo, perinde ac si exercitui adhuc præesset & imperando salutem populi quæreret, exercere maluit, quam Regis nomine se Populo invisum reddere. Ut tamen aliquod discrimen esset inter veterem & istam usurpationem, quod prius nominibus post ponebatur, ipse in prænomen immutavit, cumque olim *v. g. Fabius Imperator, Scipio Imperator*, dicere solenne esset, is, *Imperator C. Jul. Cæsar* audire voluit, uti hanc differentiam *Sueton. in ejus vita c. 76.* notavit. Pari modo incomparabilis hujus seculi Statista, Oliverius Cromvellius, oblatum à Parlamento Anglicano *Regis* titulum constantissimè recusavit; sub *Protectoris liber-*

libertatis nomine tamen, tam impotentem exercuit Dominatum, ut nec ab aliquot seculis quisquam ita impotenter dominatus in Anglia fuerit, quam ille, id quod apertè produnt Leges Dominatus ejus, quas sub titulo: *Instrumenti Protectorii* Londini *anno 1653. d. 16. Decembr.* publicatas habemus.

4. Illud C. Julii Cæsaris institutum etiam imitati sunt reliqui in summa potestate administranda successores, atque ut *Dio* dicit: *Nomen Imperatoris à Julio, quemadmodum etiam Cæsaris nomen, tanquam peculiare summi imperii cognomentum, ad omnes deinceps Principes Rom. dimanavit.* Neque verò tantùm *Imperatoris* nomen Principes Romani à Cajo J. Cæsare ita assumpserunt, sed & solis sibi propemodum vindicarunt, eaque appellatio cum translatione Imperii ex Occidente in Orientem migravit. Post aliquot seculorum decursum autem denuò in Occidente dignitas Imperatoris revixit, felicibus auspiciis primùm Carolo M. Francorum, post & Ottoni M. Germanorum Regi tributa, ac æquali jure ad successores transmissa.

5. Quod *Augusti* appellationem attinet, notandum, eâ Carolum Magnum juxtà cum Imperatoria, à Papa, Populoque Romano fuisse decoratum. Quamobrem & ipse & omnes, qui post eum Imperio Rom. Germanico præfuerunt, hoc nomen sibi vindicarunt,

runt, non tamen semper eodem modo. Nam primi successores simpliciter *Augusti* sunt dicti. Fridericus deinde I. author fuisse videtur Bœclero moris, quo vocabulo *Augustus* adverbium *Semper* adjicitur, qui ejus rei exemplum ante ipsum haud reperiri, hujus verò Diplomata istam loquendi formulam passim referre tradit. Factum id à Friderico, ex sententia ejusdem *Bœcleri lib. 4. Not. Imp. cap. 1.* Græcorum imitatione, qui ἀεὶ σεβαστὸν suum Imperatorem vocabant, vel ex opinione *Conringii*, ex consilio Doctorum Juris Romani tum in Italia reflorescentis. Illi enim, qui Cæsari ex iis à Consiliis extiterunt, authores ei fuerunt, ut *Semper Augustum* se vocaret, & Justinianum imitaretur, qui *Pius*, *Felix*, *Inclytus*, *Victor* ac *Triumphator Semper Augustus* in Præfationibus Legum Libris præmissis audire solet. Vid. *Limn. lib. 2. I. P. c. 1. num. 31.* Interpretati id sunt Majores nostri: Allzeit Mehrer deß Reichs. Quantumvis verò pridem ab eruditis viris ostensum, Romanos, Principes suos *Augustos* vocando, eos Sanctos, inviolabiles, omnique injuriæ humanæ exemptos ac ipso nomine venerabiles esse, significasse, attamen non tanquam planè absurda explodi propterea debet illa vocis *Augustus* ab augendo deductio, cumque ea, vetus, allezeit Mehrer deß Reichs / interpretamentum. Circa titulum hunc *Augusti* in conventu

Osnabrugo-Monasteriensi Galliarum Regis Plenipotentiarii controversiam moverunt, prætendentes, Galliarum Reges cum Imperatoribus nunquam hactenus tribuisse, tandem tamen sub spe rati in illum consenserunt.

6. Titulum *Cæsar*, (quem Principes Romani post Cajum Julium Cæsarem omnes ab ipso, ceu ejus in summo Imperio successores, retinuerunt. vid. *Nov. 30. pr.*) nostri Imperatores Germani paulò seriùs admiserunt quàm priores duos. Neque enim illorum amplectenda est opinio, qui ad Henricum Sanctum, Bavarum, primam usurpationem referunt. Extat enim Edictum Ludovici IV. apud *Goldastum tom. 3. constit. pag. 410.* cum inscriptione: *Imperator Ludovic. IV. Divino duntaxat munere Cæsar Augustus.* Ad hunc igitur cum *Bœclero in Notit. Imper. pag. 43.* primordium usus vocabuli *Cæsar* revocandum esse videtur etiam potius, quam cum *Limnæo l. 2. I. P. c. 1. numer. 27.* ad Guilihelmum Comitem Hollandiæ. Sed quod modò dictum, de voce Latina *Cæsar* capere oportet, nam vocabulum Germanicum Kayser (ita enim nostri vocem *Imperator* reddiderunt.) jam Carolo Magno tributum, & fortasse multis ante hujus ætatem effictum est seculis. *An autem nomine Imperatoris, Cæsaris, nomen Regis venerabilius, augustius, adeoque ob id ei præferendum?* examinat *Limn. tom. 4. ad lib. 2, c. 1. p. 197.* in negativam inclinans.

7. Ra-

7. Rariores Imperatorum nostrorum tituli, ut quod aliquando *Administratores*, *Procuratores* & *Tutores Imperii*, deß Heiligen Römischen Reichs Verwalter / Pfleger und Fürmunde / vocantur. vid. *Limn. ad Capit. Car. V. pag. 129.* non multum nos morantur. Nec de titulo *Principis*, quem etiam nonnunquam absolutè, aliàs addita voce *Summi* usurpant, & ipsis cum omnibus in universum, qui imperio solitario alios regunt, in inscriptionibus quas tùm Latinâ, tùm Germanicâ linguâ ad se invicem dare solent, est communis, adeò erimus soliciti. Illud autem monitu dignum censemus, quod Henricus VI. & filius illius Fridericus II. primò Imperatorio titulo nomen *Regum Siciliæ*, interdum quoque & *Hierosolymæ* adjicere cœperunt; Ad horum imitationem Seculo XIV. Carolo IV. visum est adjicere Imperatoriæ dignitati *Regis Bohemiæ* titulum, quod ipsum quoque fecere filii Wenceslaus & Sigismundus, quorum postremus insuper *Hungariæ Regem* se dicebat. Postea Frider. III. inusitato prius exemplo omnes *titulos Austriacos* superaddidit, quos ejus filius Maximilianus I. novo præterea *Germaniæ Regis* nomine adauxit: Quod quo consilio factum, tradit *Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 12.* nempe, ut innueret, Germanorum Regnum ita ab Imperio Romano distinctum, ut nomine & re differant, quanquam ab uno Imperatore regantur

 viele-

vi electionis ab Electoribus Germanicis factæ. Hunc excipiens Carolus V. ob longè lateque patentes possessiones, magnum illud syrma titulorum invexit.

8. Epitheta & cognomenta honoris causa Imperatoribus attributa itidem varia sunt:

Cognomen *Divi*, mediis seculis, frequenter Imperatoribus tanquam mortale fastigium egressis & venerationem hominum omninò meritis, tributum legimus. Extensum quoque est porrò illud ad ea, quæ ad ipsos pertinuerunt, *l. 7. C. de Summ. Trinit. Nov. 80.*

9. *Divi* loco nonnunquam titulum *Sacratissimi*, *Sacri*, adhibuerunt. Sic Imperator Justinianus initio *Digest.* alibique passim *Sacratissimus Imp.* vocatur. Ita etiam Imperatoris Thesaurarius, *Comes Sacrarum largitionum*: qui aulam moderabatur, *Comes Sacri Palatii*: liquor purpureus, quo subscriptio Imperatoris fiebat, *Sacrum Encaustum* dicebatur. *l. 6. C. de divers. rescript.* Et adhucdum hodie Imperium nostrum ita, & excellentiori quidem sensu, *Sacrum*, *Sacrosanctum Imperium Romanum*, vid. *(A.B. passim.)* ac Imperatores *Sacratissimi* frequentius dicuntur. videatur *dissert. Bœcleri de Elogio: Sacrum Romanum Imperium.* Quomodo quoque priscos Catholicos & Orthodoxos Imperatores titulis suis honorem Pontificis Maximi inseruisse sentit *Goldast. præfat. in Constit. Imp. ad Imperatorem Matthiam*,

thiam, quo indicarent datam ſibi poteſtatem à Deo ſupremo Imperatore & Cœlico Monarcha in omne hominum genus, ſacrum, profanum, ſub Imperio ſuo degentium.

10. Titulum *Sereniſſimi* legere eſt in *l. 3. C. ubi Senatores.* ubi Zeno Imp. ait: *Cui noſtra Serenitas Domeſticorum ſcholam regendam mandavit, cuive Sacros noſtri Numinis Theſauros aut res privatas noſtræ Pietatis vel Sereniſſimæ Auguſtæ noſtræ Conjugis gubernandas injunxit.* in *l. 5. C. de Præpoſ. ſacr. cubic. l. 13. C. de re milit. l. 4. C. de Offic. Mag. milit. l. 3. C. de Stat. & imagin.* Et tribuitur ille apud *Miræum Diplom. Belgicis lib. 1. c. 7. p. 17.* Ludovico, *p. 29.* Carolo Calvo, apud *Reineccium p. 128.* & paſsim Ottoni M. Utitur eodem Richardus Imp. in Edicto, quo Civitas Imperialis Tigurina ab iniqua proſcriptione eximitur & Imperio aſſeritur, dato *An. 1262.* ap. *Goldaſt. Conſt. Imp. Tom. 1. p. 308.* Propioribus ſeculis eundem ab Imperat. aliis Regibus tributum legimus, indeque & Sereniſſima Venetorum Respubl. ratione trium Regnorum Cypri, Candiæ & Dalmatiæ, eum aſſumpſit. Hinc & Legati ejus prærogativam habent in Capella Papali præ Duce Sabaudiæ, non obſtante parili Sabaudi in Cyprum prætenſione. Affectat eundem Respubl. Genuenſium ex poſſeſſione Regni Corſicæ; & in univerſum ferè Italiæ Duces: unde Coloretus Magni Ducis Hetruriæ in Germaniam Legatus literas *Illu-*

strissimi tantum non *Serenissimi* titulo Principi suo inscriptas ab Electore Trevirensi acceptare detrectavit. Titulo huic, si Principibus tribuatur, apud Germanos nostros titulus Durchleuchtig/ vel Durchleuchtigster/ & in abstracto Durchleuchtigkeit æquivalet, ex quo à Bavariæ Ducibus ille Germaniæ illatus fuit. vid. *Sprenger. Font. Jur. Publ. cap. 20. p. 234. Oldenburg. in Limn. Enucl. l. 2. c. 18. num. 8.* Si Imperatori autem tribuitur, ei in German. respondet Aller Durchleuchtigster.

11. Titulus *Celsitudinis*, in concreto *Celsissimi*, (qui tamen hodiè haud amplius Imperatori tribuitur, sed passim titulo *Serenissimi*, *Invictissimi*, *Potentissimi &c.* in vernaculâ Aller Durchleuchtigster/Großmächtigster/Unüberwindlichster ꝛc. compellatur) à nonnullis desumitur ex verbis Apostoli *Rom. 13. v. 1.* ubi potestates supereminentes vocantur. Tale quid enim Celsitudinis vocabulo indigitari dicunt. Ad titulum *Clementissimi* facit *l. 17. C. de Episc. & Cler.*

12. Titulo *Gloriosissimi* Johannes Pontifex Romanus Justinianum in *l. inter claras. C. de Summ. Trinit.* aliosque Reges Episcopi illorum temporum passim compellarunt, quos & non unâ vice *Religiosissimos* vocarunt. vid. *Tom. Conciliorum.* Tribuebat itidem olim Curia Romana Regibus communiter Titulum *Illustris.* Sic Ferdinandum & Isabellam Alexander VI. vocat

cat Illustres in illo Diplomate, quo *Catholicorum* titulum ipsis confirmavit. *Marian. de reb. Hispan. lib. 26. c. 12.* Et Philippus ac Maria, Angliæ Reges, etiam post collatum Henrico VIII. *Defensoris fidei* titulum à Pontifice Illustres vocabantur. Eundem Imperatores nostri Regibus Bohemiæ tribuere solebant.

13. *Majestas*, à qua Imperatores nostri, item Rex Rom. & utriusque Conjux, ab ætate Maximil. I. compellantur Eure Kayserliche/ Königliche Majestät/ non tantum à Statibus Imperii, sed etiam exteris Regibus, geminâ acceptione venit; 1. ut summum sub uno Deo Imperium denotat. 2. ut Dignitatem à summo Imperio emanantem designat; hoc ultimo sensu hic venit. Vindicarunt autem superiori seculo, imò & præsenti quoque, soli Imperatores nostri sibi hunc titulum, nec alios Reges nisi *Regiæ Dignitatis* nomine appellandos censuerunt. (vid. *Arum. de Comit. c. 3. num. 45.*) Sic in Comitiis Ratisbon. anno 1641. adhuc, cum Electorum, Principum atque cæterorum Statuum nomine ad Ludovicum XIII. Gall. Regem scribi placuisset, ac nonnullis videretur *Dignitatis* & *Majestatis* epithetis junctim utendum esse, nempe respectu Electorum & Principum voce *Dignitatis*, respectu Prælatorum, Comitum & Civitatum Imperialium verò *Majestatis*, Cæsar illos admonuit, stylum in Imperio usitatum id non admittere: Daß den

Krohnen/ Franckreich und Spanien/ das prædicatum Majestatis, weder conjunctim cum dignitate, noch divisim zu geben/ sondern es bey dem alten stylo zu lassen / mit welchem solches nicht herkommen/ sondern bißhero allein eines Röm. Kaysers oder Königs Majestät im Reich agnoscirt worden. Oportuitque solum *Dignitatis* nomen, omisso vocabulo Majestatis, literis inseri. vid. Londorp. *Tom. V. l. 1. pag. 126. 147. 164. Limn. Not. Regn. Franc. lib. 2. c. 5. Not. ttt. & ad Capitul. Rudolph. II. arr. 32. verb.* von Kays. Majest. *n. 24. seqq. p. 528.* Ast vid. *Instr. Pac. Monast. Cæsar. Gall. art. 1. & passim. Instr. Pac. Noviomag. Cæs. Gall & Suec. paß.*

14. Titulo *Dei gratia* & simil. v. g. *divinâ clementiâ, divinâ ordinante providentiâ, secundum voluntatem Dei Salvatoris, piâ Dei ordinatione &c.* jam prisci Francorum Reges usi, ratio assumpti hujus tituli à vicariâ DEI in hisce terris potestate sine dubio pendet. Unde Principibus superiorem non recognoscentibus solum eum competere præ se ferre videtur *Chassan. ad Consuet. Burgund. ad verb. par la grace de Dieu.* Et certè in Gallia crimen læsæ Majestatis committit, qui titulo hoc utitur. *I. de Serres lib. 1. invent.* vid. *Ærod. rer. jud. lib. 7. c. 9.* ubi Johannem Comitem Armaniaci tempore Caroli VII. quia Comitem Dei Gratiâ se scripserat, læsæ Majest. accusatum fuisse tradit. In nostro tamen Imperio eodem non tantum

Impe-

Imperator, ſed & Principes Imperii utuntur, ſed quo jure ac ſenſu? Eos non proprio jure hoc prædicato uti, ſed ex privilegio tradit *Additionator ad Rümel. p. 1. Diſſ. 1. ad A. B. th. 4. lit. A.* Sed cum de privilegio non conſtet, & facti ſit, probari vel exhiberi debebit. *Carpzovius ad L. R. G. c. 1. ſect. 11. n. 10.* pro ratione ſpecioſè allegat, quod Principes in regiminis Imperii conſortium aſſumpti ſint; Sed ex hac ratione etiam Civitatibus Imp. competeret. Ut verò mores noſtri ſunt, prædicato hoc utuntur majorum ſubſelliorum Status Fürſten und Fürſtenmäßige/ & in Receſſibus Imp. illud attribuitur Electoribus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis & qui his connumerantur, item Principibus Politicis; non autem Prælatis, Comitibus, Baronibus, nec Civitatibus liberis. Extra Comitialia acta verò etiam Comites, aliosque nonnunquam prædicato *Dei gratia* uſos reperire datur. A multis Prælatis, ſo doch nicht Fürſtenmäßig/ idem factum teſtatur *Klock. Conſil. 3. tract. de contribut. adjecto.* Origo eſt ab inveteratà conſuetudine, cui ne quidem Imperatores ipſi contrarii fuerunt, ſed paſſi ſunt Membra principaliora eodem ſecum prædicato uti, in ſignum majoris libertatis & præeminentiæ. Promovit fortaſſis conſuetudinem communis illa Juriſconſultorum Theorica, *Principem in ſuo territorio tantum poſſe, quantum Imperator in toto Imperio*, quæ ſuo ſenſu, qui vagus eſſe nimium

 haud

haud debet, generalis quidem eſt omnibus Statibus, licet prædicatum *Dei gratia* conſuetudine non omnes apprehenderint. Placuit tantùm Principalioribus ſuæ poteſtatis & dignitatis originem æquè ac Imperatoris à divinâ repetere gratiâ.

15. Utuntur denique in Diplomatibus non Imperatores modò noſtri, ſed alii etiam Reges & Principes communiter omnes, ad denotandam magnitudinem, numero plurali **Wir.** Cujus moris originem antiquiſſimam prodit *Joh. Meleles*, tradens Romulum, cum ob perpetratum parricidium populo odio eſſet, imaginem auream fratris, veluti jam pœnitens facinoris, juxta ſe in regia collocaſſe, & quaſi frater adhuc ſuperſtes eſſet, ipſius pariter ac ſuo nomine edicta ſanciviſſe. Alii vero morem hunc ab Hebraiſmo petunt, quo pluralem pro ſingulari ponunt, ad amplificationem dignitatis & honoris v. text. *Malach. 1.6.* In ſubſcriptionibus tamen ſola nomina numero ſingulari exprimi ſolent. Et in Hiſpania peculiare eſt, quod ſubſcriptiones ad Principes exteros, ſubjecto nomine & in ſingulari quidem, fiant, ad ſubditos autem non tantùm ſingulari numero, ſed etiam prima ejusd. perſona & ſolo *Regis* nomine, ita: *Yo el Rey*, *Ego Rex.* Sed finimus hanc de titulis & cognominibus Impp. disquiſitionem regula: *Solos eos authenticos eſſe, quos ipſi Imppp. in nummis, Bullis & Diplomatibus*

bus usurpant, & qui in Recessibus Imperii, Comitiorum conventibus, ac à Statibus illis tribuuntur.

16. Insignia Sacratissimi nostri Imperatoris, quâ talis, sunt *Aquila* (vetus Majestatis Romanæ symbolum, quo Impp. nostri, quia in jus Imp. Romani successerunt, jure optimo sese uti posse censuerunt; ratio autem ob quam Aquilam prisci Romanorum Reges elegerunt, videtur in Aquilæ robore, magnitudine corporis, sublimi ac celeri volatu, acrimonia visus, prudentiâ præterea & animi magnitudine, aut boni ominis præsagio quærenda esse. *Limn. I. P. l. 1. c. 24. num. 28.* Conf. *Clar. Dn. Phil. Jac. Speneri nuper publici juris factum Opus Heraldic. l. 1. c. 9. §. 12.*) *in aureo fundo*, (qui divitias, abundantiam, nobilitatem in fide significat) *nigra* (niger color autem significat silentium, prudentiam & consiliorum occultationem) *expansa* (ut moneat Imperatorem officii, non otio, non epulis aut delitiis ipsum indulgere, sed id curare debere, ut totam latissimi Imperii administrationem animo complexus, proximis, remotis attendat provisû, affulgeat ope, consulat labore. Atque hæc simul rationem palàm continent, cur) *linguata*, *rostrata*, *& ungulata* (sit,) *cinnabari* seu *rubro colore* (qui est judicium generositatis, animositatis, honorum, dignitatum & interdum crudelitatis ac cædum.) *Diadematam* quoque esse di-

cunt

cunt Artis Heraldicæ periti (quod de orbibus ſive circulis illis rubicundis, qui utrumque Aquilæ caput ambiunt, accipiendum) denique *duo* habere *Capita*, *ex uno corpore prodeuntia, & hinc ac hinc ſpectantia.* (Diſſentiunt *Nordermann. de jur. Principat. concl. 14. Molin. ad Conſuet. Pariſ. tit. 1. num. 21. Nolden. de Nobilit. cap. 21. num. 7. 8.* duas aquilas expanſis invicem alis dorſa ſibi jungere in Imperii inſignibus affirmantes. Sed vid. *Ordin. Monet. Aug. Vindel. anno 1559. promulg. §. 10.* qui omni dubitationi aditum præcludit, quo & facit ſolennis privilegiis Comitum Palat. inſeri conſueta formula: Doch ſoll N. auch fleiſſig Auffſehen haben / daß er Krafft dieſer unſerer Kayſerlichen Freyheit unſern Kayſerlichen und Königlichen Adler / auch anderer Fürſten / Graffen / und Herrn alt erblich Wapen und Kleinod ꝛc. auff den Stechhelm nicht verleihe / welches wir uns hiemit vorbehalten haben wollen.) Hanc ipſam figuram Aquilæ bicipitis natura evidentiſſimo charactere capitibus cancrorum fluviatilium & radicibus filicis fœminæ implantavit.

17. Quis primum verò hanc Aquilæ bicipitis formam ſelegerit, quâque inductus ratione id fecerit? controverſum eſt v. *Dn. Spener. d. l. 1. c. 9. §. 7. & trib. ſeqq. Limnæus lib. 1. I. P. c. 14. n. 3.* Aquilæ bicipitis uſum ex *Octavio Strada* ad Henricum Nigrum Imperatorem revocat, & *tom. 4. in addit. ad l. 6. c. 6.*

num.

num. 27. in part. IV. eos, qui vel Carolo Magno vel Carolo V. aut Sigismundo primum ejus usum adscribunt, atro notat carbone. Causam autem fingendi Aquilam bicipitem quod attinet, multi eam petunt ex Imperii Romani in Orientale & Occidentale sectione, quam non modo ex uniformi ac singulari quasi biforme Imperium reddidisse, sed bipicitem quoque peperisse Aquilam contendunt. Alii dicunt die Vrsach/ warumb das Römische Wapen/ der Adler/ zwar einen Leib/ aber einen zertheilten und zweyfachen Kopff führet/ sey/ dieweil zwey Häupter das Reich inn haben/ der Römische Kayser und der Türck. Nonnulli ad Varianam cladem, quam Germani Legionibus Rom. intulerunt, illamque *Flori* de hac querelam *lib. 4. c. 12. Signa & aquilas duas adhuc barbari possident*, confugiunt. *Nicol. Uptonus* ita: *Habebit Imperator Aquilam fissam, quia in suis factis debet esse indifferens. Limnaeus autem in annot. ad Ferd. I. Capitul. procem. verb.* Wapens. divinavit, Aquilam Imperii eadem licentia bicipitem esse, qua Janus olim bifrons fictus & pictus fuit: denotari autem duobus illis capitibus pervigilium, quod ab utroque latere fieri debet pro salute Imperii, & promptitudinem defendendi, tàm ipsum pectus, quam tergum Imperii & latera universa. Forsan etiam dici posset, duo Capita ejusdem Aquilae corporis indicare, Romanum Imperium cum

cum Germanico Regno perpetuo fœdere ita in Ottone Magno unitum esse, ut separari amplius nequeant, sed indivulso nexu cohæreant. Ab insignibus Imperii hactenus explicatis ea, quæ Imperator ad clavum Imperii sedens: illudque temperans adhibet his temporibus, in eo tantùm differunt, quod sua *natalitia* insignia in parvo scuto honestissimo Aquilæ loco, pectori scil. committat, quæ recens est consuetudo. vid. *Dn. Wagenseil. Disp. de Titul. & Insign. Imp.*

18. Sufficiant hæc de Capitis Imperii nostri, Imperatoris scil. variis appellationibus, titulis & insignibus, quibus caput hoc dicavimus. Antequam autem illud finiamus, vel tribus adhuc monendum, Imperatorium *ἀξίωμα* à Romanis Carolo M. Francorum Regi primò delatum & acquisitum, una cum Orientali Francorum Regno, (quod supra ipsissimum Germaniæ Regnum esse diximus,) in ejusdem posteris ad Ludovicum IV. usque, ex *communiori* Publicistarum sententia, per hereditariam successionem; ex *Hermanni Conringii (in not. ad Lampad. p. 3. c. 2. §. 4. & passim.)* aliorumque recentiorum (ut *Dn. Mauritii in Diss de Orig. Elector c. 1. num. 1. Rachelii in Diss. de Capitul. Regn. German. c. 2. §. 5*) verò mente, per quandam ex hereditaria successione & electione mixtam, sed ut videtur, plus ex successione quàm electione trahentem, constituen-

ſtituendorum Regum rationem, ſubſtitiſſe. Stirpe autem Carolinâ in Germania cum Ludovico IV. ſepulta, Germaniæ Proceres liberrimâ Electione Ottoni Saxonum Principi, Wittekindi abnepoti, regni ſui, (Italici enim Regni, Romanique Imperii poſſeſſio jam ab Italis erat intercepta. vid. *Conring. de German. Imper. Roman. cap.9. Caſpar. Sagittar.* in *Nucleo Hiſtor. German.* §. *54. & 2. ſeqq.)* faſces obtulerunt, qui tamen canitiem capitis (cui coronam imponere ex ipſius mente erat hominis ſenio ſuo illudentis) prætendens, honores oblatos recuſavit, & rogatus de conſilio Conradum Franconiæ Ducem ut eligerent, ſuaſor & author fuit. Is igitur mox omnibus annuentibus electus oblatam ſuſcepit dignitatem, & pleraque ex judicio Ottonis fecit. Huic poſt 7. annos defuncto Henricus Auceps, illi Otto Magnus, (qui ut Carolus Francorum, ſic ipſe nunc Germanorum regno axioma iſtud Imperatorium iterum aſſeruit, & ut idem Germaniæ & Italiæ Rex ac Imperator Rom. eſſet, fecit, (iſti rurſus Otto II. & huic porrò reliqui, iterum per rationem ſucceſſionis ex electitiâ & hereditaria mixtam ſucceſſores ſubſtituti ſunt ad Henrici IV. ætatem usque. Illius autem tempore Principes Imperii Pontificum Romanorum, quorum intererat ut robur Imperii licentiâ eligendi frangeretur, inſtinctu, laxiorem ac liberiorem electionem, here-

hereditariæ ſucceſſionis jure in totum abrogato, inſtituiſſe, ac lege publicâ in Comitiis Forcheimenſibus 1077. *ne Regia poteſtas cuiquam per hereditatem* (SICUT ANTE FUIT CONSUETUDO) *cederet: ſed filius Regis etiamſi valdè dignus per Electionem, non per ſucceſſionis lineam, Rex proveniret*, caviſſe, plerumque tamen nihilominus etiam poſt hanc legem, ad morem antiquarum Germanicarum gentium, (penes quas Regis defuncti filii ac cognati muneri tam arduo idonei ſemper prærogativam præ aliis habuere,) filios ac propinquos, nonnunquam quoque vivis parentibus, ad ſucceſſionem vocatos & electos, ſicque Regii generis rationem in electione habitam fuiſſe, notat laudatus *Conringius ibid.* Et id quidem propterea factum, quod Principes Imperii viderint, ſanguinis regii propinquitatem in eligendo neglectam magnas plerumque excitare turbas, rarò quidquam ſolidi boni conferre; hincque etiam *Ampliſs. Conringius* non veretur edicere, quod, ſi non priſcus ille mos aliquo modo in uſum revocatus, talisque antiquæ Germanorum ſimilis rurſus recepta fuiſſet electio, fortaſſis jam tota periiſſet Reſpublica. Atque hanc etiam adhucdum hodiè vigere, dubio videtur carere, cum ex unâ Sereniſſimâ Auſtriacâ Domo ab Alberti II. tempore, continuâ nunquam interruptâ ſerie, XI. tàm literarum triumphis, quàm mili-

militaribus victoriis Inclutos Imperatores constitutos numeremus, Ferdinando IV. qui ut Rex Rom. decessit, ac Josepho $\frac{24}{14}$. Jan. 1690. in Regem Rom. electo, haud connumerato.

19. Neque tamen propterea vel libertati electionis quicquam detractum, vel familiæ Austriacæ jus aliquod in dignitatem Cæsaream ex longissimo illo tempore acquisitum esse, putandum; *Electio enim & Electorum*, qui propter potentiam, honorem, benemerita Antecessorum, ac quia familiæ illius regna sunt veluti murus aliquis pro salute totius Germaniæ oppositus immanitati Turcicæ, absque prægnante causa & urgente necessitate Domum Augustissimam derelinquere noluerunt, *Judicium*, *non Familia* eos constituit. Et ut de eo sis certior, vide quid hanc in rem caverint Capitulationes, in quas ipsi jurarunt omnes: Und insonderheit sollen und wollen wir uns keiner Succession oder Erbschafft deß Römischen Reichs anmassen/ unterwinden/ noch in solcher Gestalt unterziehen/ oder darnach trachten/ dieselbe auff Uns selbsten/ Unsere Erben und Nachkommen/ oder auff jemand anders zu wenden/ sondern Wir/ deßgleichen Unsere Kinder/ Erben und Nachkommen/ (quæ verba in Capitul. Leopoldi omissa, in anterioribus autem ita expressa) die Churfürsten/ ihre Nachkommen und Erben/ zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römis. Königs/ nach Inn-

halt der Güldenen Bull / (nova additio in Capitulat. Leopoldina) und dieselbe jedesmals / und auff alle Fälle / (nov. addit.) wann sie es vor nöthig / und zu Erhaltung der Grundgesetz / und dieser Capitulation oder sonsten dem H. Reich nothwendig und nutzlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Kaysers / mit oder ohne consens fürzunehmen / auch die Vicarios, wie von altersher o auf sie kommen / die Guldene Bull / alte Rechten und andere Gesetz oder Freyheiten vermögen / so es zu fällen kommen / die Nothdurfft oder Gelegenheit erfordern wird / bey ihrem gesonderten Rath / in Sachen das Heil. Reich belangend / geruhiglich bleiben / und gantz unbetrangt lassen / ꝛc. vid. *Cap. Ferd. IV. Leopold. art. 36. Josephi art. 35.*

20. Ex dictis & dicendis hanc nunc hic damus descriptionem Imperatoris, *quod sit summus Princeps, qui secundum constitutionem Aureæ Bullâ ab Electoribus legitimè electus Imperio Romano-Germanico tanquam Caput praeest, & ad Leges in Capitulatione definitas imperat.*

CAPUT II.

De Electione Ordinariâ Imperatoris.

DIctum est præcedenti capite Caput Imperii, Imperatorem, constitui electione, de hac ergò nunc pluribus agendum. Est autem *Electio Imperatoria nihil aliud, quam actus solen-*

nis,

nis, quo, nomine totius Imperii per Collegium Electorale, aut partem illius majorem saltem, personæ idoneæ, juxta formam A. B. præscriptam, administratio Imperii ad ejusdem salutem confertur.

2. Dispescitur à *Schützio v. 1. Disp. 2. th. 7. Gothofr. de Jena & Elect. Imp. Disp. 1.* in ordinariam & extraordinariam. Eam dicunt quæ fit sede Imperiali, vel per mortem, vel per resignationem vel per depositionem Imperatoris, vacante; Hanc qua extra ordinem, justis ex causis, vivente adhuc Imperatore, Electores ad Regis Romanorum futuri in Imperio successoris electionem accedunt, de qua cap. seq. agemus, de illâ verò hîc nobis sermo erit.

3. Personæ eligentes sunt Electores Sacri nostri Imperii, quibus Jus Imperatorem eligendi prius usurpatione quâdam quæsitum, post expreßâ Caroli IV. sanctione in *A. B. c. 1. & seq. cap. 2.* confirmatum est. *Utrum autem Electio ad eos ut ad Collegium, an verò ut ad singulos spectet?* inter Dd. controverti videas. Plerique verò Jus electionis ipsis, ut Collegio, competere volunt 1. quia in Electione Imperatoris sufficit consensus majoris partis. *A. B. c. 2. §. 4.* ibi: *Post quam autem in eod. loco ipsi vel pars ipsorum major numero elegerit.* Hoc autem non sufficeret, inquiunt, si electio ab Electoribus, ut singulis, facienda esset, quia quod ad singulos pertinet, à singulis debet ap-

probari *c. 29. de R. I. in 6. l. 11. de S. P. R.* 2. quia electio est actus collegialis, sive ad Collegium Electorale refertur, latius id probante *Gœden. Consf. 1. num. 6. 7.* quæcunque autem sunt de Collegio, eorum exercitium singuli non habent. 3. quia si electio singulorum esset, sequeretur unius dissensum totum electionis actum nullum reddere posse, quod falsum ex ratione prima. 4. Ajunt huc facere text. *in A. B. c. 4. §. 2.* verb. *Congregatis. j. art. 7. Capit. Ferdin.* Hancque sententiam propugnant *Petr. de Andlo. lib. 2. de Imper. Rom. Germ. c. 3. Lupold. de Bebenburg. de jur. Imp. Rom. Germ. c. 6. Reinking. l. 1. cl. 3. c. 5. n. 2. & seqq. Limn. l. 2. c. 3. num. 67. Sprenger. l. 1. c. 27.* Contraria longo tempore ferè solum *Hostiensem* in *c. Venerabilem. X. de elect.* patronum habuit, nuper autem & *B. Dn. Strauchium Diss. Exot. 2. th. 2. Bechmannum ad A. B. Ex. 2. num. 36.* & *Dn. Thulemarium de S. Rom. Germ. Imp. Elector. c. 24. num. 1. & 2.* defensores invenit. Nobis controversiæ dirimendæ sufficere videtur cum *Dn. Erico Mauritio Dissert. de Orig. Elect. & Comit. Elector. cap. 2. thes. 11.* si rectè explicetur, quid significent controvertentibus verba illa *Jus Electionis competere Electoribus ut Collegio:* Si enim id quæritur, an necesse sit, ut Electores conveniant, & ita congregati Imperatorem eligant? an verò sufficiat, si singuli seorsim, quem Imperatorem velint, declarent? verissi-

verissima est communis sententia, quod facilè patebit ex perlectione primi & secundi capitis *A. B.* nec alio sensu accipere videntur illius sententententiæ authores. vide saltim *Dn. Schützium v. 1. D. 2. th. 14. lit. E.* ubi ait: *Collegialiter non in locis diversis vel scripturâ fieri debet electio, est enim actus collegialis individuus.* Cæterum si quis phrasin ita intellexerit, ac si omnes Electores in unum consentire debeant, aliter respondendum fuerit ex definitione Imperatoria, quæ est *cap. 2. §. 4. A. B.*

4. In personâ eligendâ requiritur idoneitas sive habilitas. Est autem habilitas sive aptitudo Imperatoris vel naturalis, vel acquisita. Naturalis iterum est vel principalis, vel minus principalis. Principalis est partim ratione sexus, partim ratione patriæ: Minus principalis consistit in bonis corporis & fortunæ. Bona corporis sunt ætas & corporis statura ac figura: Bona fortunæ sunt natales sive familia, vitæ genus, opes sive potentia. Acquisita aptitudo in virtutibus consistit, quæ vel ad DEUM referuntur, ut religio; vel ad seipsum, vel ad alios, ut sunt reliquæ virtutes. 1. Ratione sexus eligendus sit mas, non fœmina, genius enim Principum Germanorum imperium muliebre ferre nequit. 2. Ratione patriæ Germanus, quod an. Christi 1002. (vid. *Hieron. Balb. de Coronatione p. m. 213.*) Constitutione Ottonis III. effectum esse tradunt allegati à *Buxtorff.*

concl. 31. ad A. B. qui legem illam dignam judicat novâ approbatione, & quæ redigatur in Corpus Decretorum, quo extraneis omnis ad Imperium ſpes præcidatur; Sed rectius id à longa & im̃emoriali ſanctè hactenus in Imperio conſervata conſuetudine vel inveterata obſervantia petitur. v. *Herm. Hermes c. 8. qu. 10.* Equidem *Dan. Otto de I. P. c. 8. pag. m. 154.* & in *A. B. c. 2.* expreßè, Germanum eſſe eligendum, dici aſſerit. Sed etſi vel centies caput hoc perlegeris, ne jota tamen de Germano eligendo invenies. Adſunt autem plures prægnantiſſimæ rationes, quæ indigenam peregrino hic præferri volunt, quas vid. apud *Reinck. l. 1. cl. 3. c. 4. Zevecot. in not. Polit. ad Flor. l. 2. c. 2. p. 247. Jan. Gruter in not. Polit. ad Liv. l. 1. c. 2.* Habetur verò hic pro Germano, qui patre vel avo paterno Germano, etiam extra Germaniam, natus eſt. vid. omnino *Dom. Arum. vol. 1. Diſc. 6.* ubi latiſſimè hoc argumentum perſequitur. add. *Herm. Hermes. c. 8. quæſt. 11. & ſeqq. Gœden. conſ. 1.* 3. Ætas in Imperio noſtro certa non eſt definita, & quanquam in veteri Francorum regno ante 24. ætatis annum nemo in Regem ex eorum lege promoveri potuerit. vid. *Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imp. p. 4.* attamẽ in noſtro Imperio benè multos minoris ætatis Imperatores electos novimus, & non modo LEOPOLDI Imperatoris Invictiſſimi an. 18. ætatis ad Imperium evecti, ſed & imprimis recens Regis Rom. Joſephi exemplum id ſatis

id satis probat. vid. tamen *Capit. Joseph art. 47.* Et è re Imperii utique erit, ne salus ipsius puero committatur. 4. Ratione qualitatum corporis eligatur Imperator, qui sit staturâ & figurâ corporis augustâ, utpote quâ nihil ad inflectendos hominum sensus, animosve devinciendos aptius. Id tamen non tanquam essentiale Imperatoris requirimus, sed tantùm ut accidentale commune. 5. Ratione natalium sit persona Illustris. Et olim quidem etiam aliquoties Comitibus, ut Wilhelmi, Rudolphi, Adolphi, Guntheri exempla evincunt, Imperatoria dignitas collata, hodiernus autem Imperii Status vix admittet, ut alius quàm Princeps eligatur. 6. Ratione status sit Laicus, non Clericus *argum. text. A. B. c. 2.* ibi: *temporale caput.* 7. Ratione bonorum fortunæ eligatur persona dives ac potens. Nam ab Imperii reditibus tantum habere nequit, ut se, suamque aulam pro dignitate exhibere queat, nedum ut Imperialem & in tanto fastigio necessariam pompam tueatur. vid. *Limn. l. 2. c. 10. num. 13. & seqq. ibique addit. & ad Capit. Carol. V. art. 9.* verb. das jenige / so darvon kommen. *pag. 167.* 8. Ratione religionis Christianus. Cum autem in Imperio nostro Christiana religio non sit uniformis, sed in varias divisa sectas, quæstio agitari cœpit: *An etiam alius, quam Catholicæ Romanæ religioni adductus eligi possit in Imperatorem?* Negant Cani-

nius ad A. B. p. 115. Author Discursus sur l' election d' un Empereur. p. 88. & alius, qui primò loco legitur in libello Gallico, cui titulus: *recueil de quelques discurs Politiques del' an. 1632. p. 12.* quorum rationibus satisfecit *Carpzovius*, vel potius *Joh. Jacobus Panzerus quæst. 2. Disp. feudali secundæ Carpzovii subjuncta*, ubi affirmativam propugnat. Placet nobis Limnæi sententia, qui *tom. 2. addit. ad lib. 2. c. 2. num. 88. in fin.* ait, jus nostratibus quidem non deesse, sed praxin vix sperandam vel omninò non, nisi prius magnos difficultatum obices vis cœlestis removerit. 9. Ratione qualitatum animi sit justus, clemens, liberalis, prudens, fortis. vid. *Schüz. vol. 1. D. 2. th. 9. lit. H.*

5. Modus & forma electionis consistit in actibus, qui electionem vel antecedunt, vel concomitantur, vel consequuntur. Antecedunt 1. Convocatio. 2. Salvus Conductus. 3. Comparitio. 4. Juramenti super securitate & ex urbe dimittendis peregrinis, à civitate, ubi electio peragitur, receptio. 5. Deliberatio de Capitulatione.

6. I. Convocatio est *actus legitimus, quo Elector Moguntinus, reliquos Dnn. Electores sub certa forma in A. B. præscriptâ ad electionem Imperatoriam convocat, utque per se vel alios sufficienter instructos electionis gratia, intra tres menses, à die denuntiationis, convenire velint, rogat.* Hic consideranda occurrunt 1. Persona convocans;

vocans; quæ est Elector Moguntinus, per *A. B cap. 1. §. 18. & c. 4. §. 2.* vid. omninò *Limn. ad c. 1. §. 18. observ. 2.* vel quia Collegii Electoralis Decanus, vel quia Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam vid. *R. I. de anno 1555.* §. So sich dann ꝛc. *65.* quod Jus sine Pontificis consensu (vid. *Rümel. ad A. B. p. 1. disc. 2. th. 11.*) non tantum ordinaria, sed & extraordinaria electione incidente, ex supradictis rationibus, exercet. *Herm. Hermes c. 6. q. 9. Dn. Maur. Diss. de Orig. Elect. & Comit. Elect. cap. 2. th. 6.* Sed quær. *An, sede Moguntinâ tempore faciendæ electionis vacante, Capitulum jus convocationis habeat?* quod primo intuitu videri posset ex eo, quod dici soleat: Capitulum sede vacante idem posse, quod potuit Episcopus: Sed rectius negatur, quia jus illud Moguntino competit, non quà Archi-Episcopus, sed quà Princeps Imperii est; illud axioma autem procedit maximè in iis, quæ Episcopo, ut tali, competierant *v. cap. 2. x. ne sed vocant.* Obtinebit ergo forte hoc in casu, quod *A. B. c. 1. v quod si idem Archi-Episcopus* &c. in casu, quo Elector Moguntinus cessat, vel negligens est in convocatione, constitutum, Principes Electores proprio motu virtute fidei, qua Sacrum prosequi tenentur Imperium, convenire debere. vid. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 18. obs. 3.* vel Capitulum tenebitur vacantiam sedis intra præstitutum tempus supplere.

7. 2. Personæ evocandæ; quæ sunt omnes & singuli Electores, nullo planè, qui est de Collegio, excepto, cui consequens est, Regem Bohemiæ tanquam verum Electorem in convocando minimè prætereundum esse. vid. *Lyncker. Diss. de consens. Elect.* §. 5. ubi ex Protocollis & Relat. Electionum contra *Enucleatorem Limnai l. 2. c. 7.* quod ob rationes Politicas jam electioni non amplius intersit Bohemus, tradentem, ostendit, eum omnino adhucdum hodiè vocari & comparere. Sed *quid statuendum, si unus vel alter de facto præteritus?* Disting. videtur, utrum quis sit præteritus negligentia, an vero dolo, contemptu & odio. Priori casu electio valebit & sibi imputabit, qui ab ipsa lege (*A. B. c. 1. §. 19.* vers. *quod si idem Archi-Episcopus*) monitus, in morâ fuit. Nec obstat. *text. A. B. d. cap. 1. §. Princeps verò &c. 12.* ubi dicitur, quod is tantùm jus eligendi, quoad istum actum, perdiderit, qui vocatus dici potest, qui ab ipsa lege monitus est, ut compareat. Posteriori casu plus unius non vocati contemptus, quam multorum præsentium contradictio ad annullandam electionem operatur. *arg. c. venerabilem. x. de Elect.* vid. tamen *Limn. ad Capit. Ferdin. III. art. 10.* vers. der guldenen Bull/ *rc. p. m. 746. & seqq.* ubi rectè porrò 2. hic considerandum esse monet, an absentia non vocati, vel non vocatorum, Imperio sit nociva, quod persona inhabilis electa, aut

major

major illi potestas data, quàm mixtus nostri Imperii Status admittit, an non nociva sit, omnibus ad salutem Imperii peractis, defectu solummodo in non factâ vocatione omnium existente. Et 3. ulterius distinguendum esse inter id, quod non vocatus facere possit, & inter illud quod facere debeat, amore boni publici. vid. omninò ipsum *dict. loc.*

8. Omnes nullo excepto, vocari debere dixi, admittit tamen hæc regula exceptionem in casu, quo Electorum aliquis certam ob causam ab officio suspensus est, (quemadmodum Electori Trevirensi Philippo Christophoro anno 1636. in electione Ferdinandi III. contigit, qui tum tempore Viennæ captivus detentus, quia se protectioni Regis Galliæ Imperatoris hostis subdidisse arguebatur.) Hic enim nec tunc, nec posteà, ubi gratia ei facta, ut boni publici causa fieri potest, habet, quod ægre ferat vel conqueratur, sui in electione nullam haberi vel habitam esse rationem. Hinc incassum laboravit Justus Asterius (in Examine Comitiorum Ratisbonensium, quibus Ferdinandus III. electus) electionem prælaudati Imper. Ferdinandi III. ob studio exclusum Trevirensem, ut illegitimam & legum ac consuetudinum normam violantem oppugnans vid. *Schütz. vol. 1. D. 2. th. 23.*

9. Electores Ecclesiastici vocari debent, licet nondum sint à Pontifice infulati vel confirmati,

mati, quia electio ipsis non ut Clericis, sed ut Imperii Principibus, competit, eoque non admisso, facilè fieri posset, ut nulli Ecclesiastici Electores essent habiles ad electionem, eos autem omnes abesse ab electione absq; Reipub. damno haud contingeret. *Sprenger. l. 1. c. 27.* Et alias plus simplici vice Electores Ecclesiasticos electos nondum tamen confirmatos in Collegio Electorali admissos ex subscriptione Recessuum constat. Ita Daniel electus Moguntinus *R. I. de anno 1555.* Antonius, Johannes Gebhardus, Fridericus, Valentinus, electi Colonienses. *R. I. de an. 1556. 1559. 1564. 1566. 1583.* Jacobus electus Trevirensis *R. I. de anno 1571. 1576.* subscripserunt. An ab Imperatore nondum investiti quoque vocandi? magis controverti videas. Et negant quidem id *Sinold. Schüz. v. 1. D. 2. th. 11. & D. 7. th. 7. lit. G. H. I. Herm. Hermes c. 6. q. 18.* 1. quia in hoc negotio Ecclesiastici Electores considerantur ut Principes Imperii, sed Principes fiunt per investituram *2. F. 10.* 2. quia Electoribus in *A. B. c. 2.* juramentum defertur per fidem Imperio debitam, hinc necesse esse ajunt, ut ante se obstrinxerint. Nos agnoscimus quidem cum *Limn. l. 3. c. 7. num. 16.* ac *Magnif. D. Mauritio*, verissimum esse, Capitulum non posse creare Principem, eligere tamen potest Episcopum, qui eo ipso fiat Elector, non ex concessione Capituli,

pituli, ſed beneficio legis, quæ Epiſcopatibus illis annexam voluit hanc dignitatem, ut electus Epiſcopus ſimul Elector & Princeps Imperii eſſet. Ita apud Romanos in arbitrio privatorum quoque non erat jus civitatis Rom. alicui concedere, nihilominus tamen manumiſſione dominorum ſervi, ex legis beneficio, id conſequebantur *§. ult. I. de libertin. l. 17. de ſtat. hom. Nov. 78. cap. 7.* quo ipſo primæ rationi *Dn. Schützii* reſpondetur. Ad ſecundam dici poteſt, Imperio non illos ſolum Principes, qui jurarunt, fidem debere, ſed & reliquos: & inveſtituræ renovatione non nova fides promittitur, ſed illa, quam Imperio aliquis debet confirmatur. Cum ergo Electores Seculares etiam nondum inveſtitos vocandos eſſe, & eligere valere, ipſimet ambo concedant, (idq; non obſcure ex *A. B. c. 7.* probetur, quo jus eligendi novo Electori nulla mentione inveſtituræ facta, ſtatim confertur, ſi 18. impleverit annum, ſi enim nondum 18. annorum compos ſit, Tutor ejus vices ſupplet) nulla vero diverſitatis ratio appareat, Eccleſiaſticos quoque nondum inveſtitos jure electionis gaudere, adeoque & ad electionem evocandos concedant oportet, præſertim cum uſus & praxis id quoad utroſque probet. Novimus enim ex Electoribus Laicis Chriſtianum I. Saxon. anno 1596. Joachimum Fridericum Brandenb. an. 1598. nondum inveſtitos publi-

cis

cis Electorum conventibus interfuisse. Rursus hoc seculo Fridericum Wilhelmum ante investituram Imper. an. 1641. ad conventus tàm Electorum, quàm Principum admissum fuisse & Johannem Georg. II. Saxoniæ Electorem Deputationis Conventui & Cæsareæ Electioni anno 1658. interfuisse, Vicariatum quoque gessisse, antequam investituram à Cæsare petiisset, plusquam notum est. Et maxime memorabile est, quod anno 1562. in Comitiis Maximiliani II. Romanorum Regis eligendi ergò institutis, Imperator Ferdinandus Capitulo Coloniensi mandaverit, ut eligendo novum Archi-Episcopum, in locum Johannis Gebhardi, Electorum numerum complere maturaret, (Collegio Canonicorum enim jus eligendi haud competit, quamvis id dicat *Conring. ad Lampad. p. 3. c. 2. num. 21.* vid. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 18. Observ. 10.*) & suspensa electio Regis Roman. tamdiu, donec à Capitulo Fridericus Archiepiscopus proclamaretur, non etiam ultrà ut confirmaretur. Sententiæ hujus nostræ authores laudamus *Buxtorff. concl. 18. Dn. Maurit. de Orig. Elect. c. 2. th. 5. Dieter. ad A. B. c. 1. §. 18. Limn. d. l. & ad A. B. c. 1. §. 18. Obs. 5. & 9. Dn. Thulemar. Octovirat. c. 24. num. 17. seqq. Bechman. ad A. B. Ex. 3. num. 63. 80. & Ex. 4. num. 45. p. 105.* Convocat autem Moguntinus Co-Electores suos propriis sumptibus contra jura communia, juxta quæ, cum electio

electio principaliter in utilitatem Prælaturæ vacantis cedat, expensæ ex communi corpore Collegii à Decano sumuntur. *c. 45. de Elect.*

10. 3. Modus, quo fieri debeat; (vid. *A. B. c. 1. §. 18.*) qui in hoc consistit, ut Elector Moguntinus futuram novi Imperatoris vel Regis electionem Collegis suis per nuncios in literis patentibus, quarum formula sive exemplar *A. B. cap. 18.* proponitur, maturè intimet. *A. B. c. 1. §. 18.* ubi Carolus IV. constituit, ut præscripta intimationis formula usque quaque, h. e. in omnibus & singulis observetur, idque factum, atque post hanc Bullam Moguntinum semper illa usum fuisse, præter alias comprobare tenorem citationis ad Ludovicum Bohemiæ & Hungariæ Regem, post mortem Maximiliani I. anno 1519. emissæ affirmat *Arum. Disc. 6. ad A. B. th. 22.* At sciendum est, ejusmodi intimationes hactenus non in lingua Latina, quali Carolus IV. ibi usus, sed in Germanica conceptas, ac has Germanicas quoque stylo & verbis non omninò, re tamen, convenire *Limn. ad A. B. c. 18. Obs. 3.*

11. 4. Locus, quò convocandi sunt Electores. Is ordinariè est Francofurtum ad Mœnum ex longiori observantiâ *A. B. c. 1. §. 18. & c. 28. §. 5.* confirmata, ita ut Elector Moguntinus pro arbitrio suo Co-Electores aliò evocare nequeat. Ob justas tamen causas, grassantem v. gr. ibidem pestem, communi Electorum

rum consensu alius electioni locus præfigi potest, permittente quoque id *A. B. c. 28. §. 5. in fin.* verb. *nisi præmissis omnibus sive eorum alicui impedimentum legitimum obviaret.* Sic post *A. B.* constitutionem electionem Ferdinandi I. Coloniæ, Maximiliani II. Rudolphi II. Ferdinandi III. Ratisbonæ. Ferdinandi IV. & Josephi Reg. Rom. Augustæ Vindelicorum peractam novimus. Sed id sine justo impedimento, sub quo & magna incommoditas comprehenditur, haud factum esse, vel unicum Ferdinandi III. exemplum nobis probare potest, qui Ratisbonæ eligi & coronari debuit, quia Francofurti ob Suecos urbem Hanoviam tenentes non satis tutum.

12. 5. Tempus, de quo A. B. hunc in modum cavet, quod Moguntinus intra mensem, à die obitus Cæsaris cogniti numerandum, Co-Electores suos convocare debeat, ad comparendum intra tres menses continuos, à die in literis intimationis expressa, quæ ita constitui debet, ut antequam veniat, literæ convocatoriæ ad singulos, sive Moguntino vicinos, sive longius ab illo dissitos, possint pervenire, ut quilibet Electorum tres integros menses habeat, quibus necessaria vel utilia ad actum comparare, & Francofurti comparere possit, sicque per diem illum, non is quem Datum literarum exprimit, sed alius à Moguntino constituendus & nominandus, à quo cursus termini

mini trium mensium incipere debeat, intelligendus, monente *Limnaeo ad A. B. c. 1. §. 18. obs. 13.* juxta quae vult corrigi, quae scripsit *ad Capit. Ferdin. I. pr. pag. 437. n. 53.* Trimestre autem illud spatium nec solus Moguntinus, nec soli Imperii Vicarii cum ipso; (ut vult *Arum. Disc. 1. θ. 36.*) sed benè totum Collegium Electorale, vel saltim major ejusdem pars, pro evidenti Imperii utilitate, abbreviare potest. *Hermes c. 6. quaest. 14. Limn. ad Capit. Ferdin. I. p. 438. n. 54.* Vi contrariorum idem etiam de prolongatione hujus termini trium mensium dicendum, si justae & urgentes subsint causae, & Electores vel maxima illorum pars, illam approbet, quod in novissimâ moderni Gloriosissimi Imperatoris Leopoldi electione factum adhuc meminimus. Ferdinandus III. enim mortuus est anno 1657. 23. Martii, Electores vocati ad novam electionem, cui praefixus terminus $\frac{4}{14}$. Augusti, sed demum convenerunt Francofurti anno 1658. ibique 8. Julii Leopoldum elegerunt.

13. II. Salvus Conductus, Electoribus, eorumque nunciis ad electionem Regis Rom. necessitate emergente ituris (*A. B. c. 1. §. 1.*) à Statibus Imperii, per quorum territoria transeunt, (*A. B. c. 1. §. 9. & seqq.*) tempestivè requisitis, (*§. 16.*) nonobstante, quod alter erga alterum inimicitias gerat, (*§. 5. 6. ibid.*) sub literarum obligatione jurisjurandi religione firmatâ, (*§ 7.*

d. l.) & pœna pro diversitate personarum diversa (*§. 1. 2. 8.*) præstandus, ut eo mediante securi & inviolabiles ad locum electionis pervenire, & ad suos redire possint. De iis, quæ hic disceptari possent, videndus *Limn. ad alleg. §§.* & *Bœclerus in Diss. quam Conductorem Carolinum inscribit.*

14. III. Comparitio, est vel *immediata*, quæ fit in propriâ personâ, vel *mediata*, cui, ubi Elector ipse justo impedimento detinetur, locus est. *A. B. c. 28. §. 6. Limn. ad A. B. c. 1. §. 1. observ. 7.* Fitque duobus modis: 1. Si quis uni ex Co-Electoribus votum suum committit, quemadmodum Wenceslaus, Rex Bohemiæ anno 1291. in electione Adolphi suffragium suum Electori Mogunt. permisit, ceu videre est in instrumento desuper confecto, quod refert *Becker. Synops. l. 1. c. 3. num. 6.* 2. per Legatum sufficienti mandato (membranis inscripto *Limn. ad A. B. observat. prælim. 2. num. 8.*) instructum. *An verò tale censendum, quod ad certam personam eligendam restrictum?* inter Dd. controvertitur. Negat *Wurmser. Ex. 2. qu. 5.* quia 1. Legatus mitti debet cum pleno mandato, mit aller vollkommlichen Gewalt. *A. B. c. 1. §. 18. & §. seq. 21.* 2. Electionis vota non debent esse particularia, sed collegialia, in ipso conventu, prævia diligenti deliberatione, ferenda. Sed annon plenum quoque est mandatum, quod ad certam personam restringitur?

Si tibi

Si tibi mandavero, ut mihi emas domum Titii, plenum utique hoc est mandatum, licet ex eo domum Sempronii mihi emere non possis. Plenum enim mandatum dicitur, cui nihil deest ex parte mandantis, sivè ubi plenus adest consensus mandantis. Dein, quod dicitur collegialiter vota ferenda esse, non sic intelligendum, quasi deliberatio tantùm in Collegio, & non antè alibi etiam fieri possit aut debeat, (quid si enim Elector, quod etiam verisimile est, domi cogitaverit de personâ eligenda? quid si primò rogatus fuerit sententiam?) sed potissimùm de pronunciatione & declaratione voti Moguntino facienda accipiendum. Et potest Princeps in aliis negotiis publicis omnibus Legato certos præscribere terminos legationis, quos excedere contra notoriam Principis voluntatem ipsi haud licet, est namque ipse instrumentum duntaxat sui Principis, quod utique ita instrui potest, ut non operetur ultra & contra influxum causæ principalis, hincq; Legatus Woldemari Marchionis Brandenburgensis, Nicol. à Boock, qui an. 1317. missus, ut Fridericum Austriacum eligeret, elegit Ludovicum Bavarum, à Marchione in carcerem conjectus atque fame necatus est. *Cranz. Saxon. l. 9.* Sed quamvis hæc ita contrà disputari possint, in negantium castra tamen concedere cogor textu *A. B. cap. 19.* verb. *de persona quacunque habili, &c.* junct. *c. 1. §. 18.*

P 2 vers.

verſ. *qualiter autem &c.* Inſinuat enim ille in mandato patente, quod publicè producere debet Legatus, perſonam, quam Elector abſens eligi deſiderat, non exprimendam eſſe, ac multò minus eam exprimendam cum hac additione, ne in aliam conſentiat Legatus. Eſſet enim hoc votum ſuum in ſcriptis transmittere, quod tamen licere communiter negatur, per textum *A. B. c. 1. §. 18.* verb. *omnes & ſinguli Principes Electores Francofurti ſupra Moganum eſſe debeant conſtituti vel ſuos legales, &c.* & §. *ſeq. 21.* licet ante Coſtitutionem A. B. id aliquando quoque factum eſſe, electio Richardi ab *Aventino lib. 7. annal.* & Ludovici Bavari à *Cuſpiniano ſub rubr. de diviſ. Imper. p. 368.* deſcripta probare poſſit. Hincque in electione Ferdinandi II. cum Legatus Saxon. limitatum mandatum exhibuiſſet, reliqui Electores ad actum electionis progredi noluerunt, niſi generale mandatum juxta formam *A. B. c. 19.* præſcriptam, usquequaque obſervandam, *A. B. c. 1. §. 18.* (quoad realia ſcilic. Verba enim ab Electorum arbitrio dependere, & non in Latina, in qua præſcripſit Carolus, ſed Germanica lingua hodiè mandati literas conſcribi *ad d. cap. 1. §. 18.* notat *Limn. obſerv. 27.*) ab Electore ſuo prius impetraret. In ſecreta tamen Inſtructione, quâ ſeorſim Legato modus agendi præſcribitur, & inde Actionis Formula dicitur, quin deſignari certum ſubjectum Legato poſ-

poſſit, immeritò ambigitur. *Dn. Kulpis de Legation. Stat. Imper. cap. 10. num. 4.* *Num verò Legatus ad electionis actum miſſus fidem impedimenti, quo Dominus ipſius detentus, cæteris juramento, in animam ejus præſtando facere teneatur?* quæſt. eſt. Autumat ita *Goldaſt. in Replica pro Imper. p. 114.* ſed negativam eſſe veriorem, uſuque probatam oſtendit *Dn. Maurit. Diſſ. de Orig. Elect. c. 2. th. 9.*

15. Citati nec mediatè, nec immediatè comparentes privantur illâ vice voto ſuo, quæ pœna quoque illos manet, qui ante perfectam electionem diſcedunt. *A. B. c. 1. §. 21. c. 2. §. 4.* Nec dubitandum, quod, etiamſi major pars emanſerit, vel rurſus receſſerit, minor adhuc eligere poſſit, propter generalitatem textus allegati. *Herm. c. 6. quæſt. 31.* Venientes ſed seriùs, electione jam inchoatâ, ad eandem in illo ſtatu, quo tempore adventus ſui eſt, admittuntur. *A. B. c. 2. §. 4.*

16. Hic notandum, quod Electores ad electionem accedentes, ex *A. B. c. 1. §. 20.* præſcripto, non ultra 200. equites, inter quos 50. tantùm ſint armati, in urbem inducere debeant, (ſed numerus ille non adeò curioſè hactenus eſt obſervatus, ſed ſæpius cum pluribus perſonis intromiſſi ſunt, uti *Sprenger. lib. 1. c. 29. p. 174. Limn. ad A. B. c. 1. §. 20. obſerv. 1.* aliique teſtantur) Huncce comitatum, æque ac ipſos Electores, civitas Francofurten-

ſis vel alia, ubi peragitur electio, ab omni injuria, ſub pœnâ privationis omnium ac ſingulorum jurium atque privilegiorum, nec non banni Imperialis, defendere, & ut id eò facilius facere poſſit, per tempus quo electio durat, ultra comitatum iſtum Electorum, neminem in urbem recipere, hos verò, qui hactenus ibi commorati, (niſi datis reverſalibus manendi aliquandiu adhuc licentiam ab Electoribus impetrarunt, uti Marſchallo de Grammont & Marchioni de Lionne, Legatis Gallicis, Comiti de Peneranda Hiſpano, Sabaudo, & aliis, contigit in electione Leopoldi anno 1658. quod tamen per Decretum Collegii Electoralis de d. an. 1658. die 27. Junii in conſequentiam trahi non debuit vid. Londorp. *Act. Publ. Tom. 8. l. 8. c. 225. pag. m. 334. & c. 235. p. 349.* Sed idem rurſus in Electione Regis Rom. Joſephi ſic obſervatum per decretum ſimile de d. 9. Jan. 1690.) ſine morâ dimittere tenetur, & ad utrũque ſe juramento obligat. *A. B. c. 1. §. fin. An verò etiam Princeps Imperii domum habens in urbe, ubi electionis actus inſtituitur, pariter durante electione urbe teneatur excedere?* haud fruſtrà quæſiveris. vid. *Limnaeum. ad d. §. fin. obſ. 16.* id affirmantem.

17. IV. Prædicti juramenti à civitate, ubi electio peragitur, ſuper ſecuritate & ex urbe dimittendis peregrinis, præſtandi receptio. Solent enim Electores, qui comparuerunt, ante-

antequam ad electionem accedant, pridiè vel aliquot ante dies in Curia convenire, ibique in atrio majore sedes suas per latera occupare, in subselliis nigro serico obductis. Ubi adsunt vocati civitatis Consules, Scabini, Senatores cum Syndicis, Cancellarius Mogunt. comparitionis causam indicat, & postea suo Electori, nomine totius Collegii Electoralis, jurare jubet, prælegit juramentum, & cum præstiterunt, abeundi licentiam concedit. Mox eunt ex subselliis Electores ad fenestras rubro serico vestitas: & postquam consederunt, descendit Cancellarius ad valvas Curiæ, stant cum illo Deputati cujusque Electoris, facto comparitionis indicio, ille juramentum prælegit, omnes ac singuli cives & incolæ, nullâ hic honoratiorum & Doctorum & Patritiorum habitâ differentiâ, in suos Capitaneatus divisi, insimul erectis digitis consona voce jurant: secedentibus his succedunt milites, idemque juramentum solvunt. Formulam Juramenti in Electione Leopoldi præstiti exhibet *Pancr. Lampad. in Politischen Reichs-Händeln num. 31.* Londorp. *Tom. VIII. lib. 8. c. 224.* in Regis Rom. Josephi. Thucel. *p. 51. 52.*

18. V. Deliberationes de Capitulatione, ubi enim non immediatè sequitur electionis dies, continuant Electores suos conventus, de Capitulatione, aliisque ad electionem necessariis deliberando.

19. Concomitantia sunt I. quod, aptatis omnibus ad electionem necessariis, stato electionis die, Electores in curia congregati habitum electoralem suis singuli in conclavibus induant; (Vestitus autem Electorum Secularium, quo utuntur in hujusmodi solennitatibus, est paludamentum holosericum, rubrum, pellibus hermelinis suffultum & prætextum, pileusque ejusdem materiæ, coloris ac prætexturæ. Electorum Ecclesiasticorum verò est toga ex panno coccineo rubro hermelinis pellibus suffulta & prætexta, pileus quoque ex dicti coloris panno, itidem hermelinis pellibus prætextus. Ita enim *Goldast.* Politisch. Reichshändel *p. 1. p. 96.* Der Geistlichen Chur-Fürsten Habit ist ein rother scharlachen Rockh / inwendig mit weissen Hermelinen gefüttert / auch außwendig / unten herumb / mit deßgleichen belegt / und eine Hauben von gleichem Zeug und Gebreme auff dem Haupt; die Weltliche Churfürsten tragen rothe Sammete Röckh und Hauben mit Hermelinen verbrehmt. Formâ ergò, colore ac pellibus Electorum vestitus conveniunt, ratione autem materiæ differunt. Quod tegumentum vel ornamentum capitis attinet, Rex Bohemiæ Coronâ uti potest. *Goldast. d. p.*) Ita vestiti equos suos ante Curiam conscendant, binique ad Ecclesiam Metropolitanam procedant, Legatis præsentes sequentibus; Ante Electo-

sentes

res præſentes illorum Mareſchalli Hereditarii, verſis in altum gladiis, equitant, fit hic ingreſſus in Eccleſiam, citra tympanorum & tubarum ſtrepitum, in ſacro ſilentio; eunt ad latera intermixti Electorum ſtipatores & haſtiferi. II. Templum ingreſſi in choro ſubſellia (quæ ſerico rubro veſtita, Regis Bohemiæ verò auro ſplendet) occupant, à dextro latere Moguntinus, Bohemus, Bavarus, Brandenburgicus; à ſiniſtro Colonienſis, Saxo, Palatinus, Trevirenſi è regione altaris poſito. Hinc cantus & Miſſa (quæ in electione Leopoldi ab Epiſcopo Wormatienſi, in electione Regis Rom. Joſephi à Prælato S. Ulrici Auguſt. Vindel. decantata) incipit. *A.B.c.2.§.1.* Mißâ durante antehac Auguſtanæ Confeſſionis Electores vel Legati in proximam ſeceſſerunt Sacriſtiam, eâ finita loca ſua ſinguli repetentes. Id quod in electione Maximiliani II. anno 1564. Rudolphi anno 1575. Matthiæ anno 1612. Ferdinandi II. anno 1619. à Palatino, Saxone & Brandenburg. ac in electione Ferdinandi III. ab unico Saxonis Legato factum, ex aliis atteſtatur *Schütz. v.1. D.2. th.14. lit. A.* Sed in electione Ferdinandi IV. Regis Rom. & Leopoldi illi cohabitarunt, idque omnino absque vulnere conſcientiæ facere queunt, ſecus atque *Bertram. de Comitiis th.65.* exiſtimat, quia non religionis cauſa, ſed officii Politici expediendi ergò adſunt. *Carpzov. de L.R.c.11.ſ.7. Schütz.*

v. 1. D. 10. th. 12. lit. E. quam etiam in rem extat eruditum *Balthaſaris Bidenbachii, Concionatoris Aulici Würtemberg.* reſponſum, ad requiſitionem Proteſtantium Francofurti *d. 27. Novembr. anno 1562.* in Comitiis, datum, quod eſt *Conſil. 1. Decad. 5. Conſil. Theolog. Bidenbachii*, cui titulus, Bedencken über der Frage: Ob die Chriſtliche Chur- und Fürſten der Augſpurgiſchen Confeſſion mit gutem Gewiſſen/ und ohne Ergerniß/ mögen ſeyn bey der Meſſe und anderen Päbſtlichen Ceremonien/ ſo bey der Kröhnung der Römiſchen Königlichen Majeſtät zu Franckfurt gebraucht werden? ubi affirmativè qu. decidit. In electione Regis Rom. Joſephi anno 1690. verò iterum ſeceſſerunt, teſte Thucelio *in Deſcript. elect. pag. mih. 57.*
3. Peractam miſſam excipiente hymno finito, ad altare, in quo Miſſa de Sancto Spiritu peracta, Electores & Nuncii accedunt, & juramentum electionis in ſerie, præſentes ante Legatos, præſtant, Eccleſiaſtici quidem manu (dextra ſc.) pectori, h. e. ei pectoris parti, ſub quâ cor latet, impoſitâ, coram Evangelio B. Johannis: *In principio erat Verbum;* Seculares verò illo duobus digitis tacto vid. *A. B. c. 2. §. 1. & 2.* ubi ejus habetur formula, circa quam tamen notandum, 1. quod non linguâ Latinâ, quà conceptum à Carolo, ſed Germanica præſtetur. vid. *Limn. ad A. B. c. 2. §. 2. Obſ. 1.* 2. quod Proteſtantes, eorumque Nuncii, loco illius,

illius, quod Catholici jurant, auff das H. Evangelium/illud hâc forma præstent: zu dem H. Evangelio. 3. quod loco clausulæ: also helffe mir GOtt und alle Heiligen / qua utuntur Catholici, iidem communiter hanc adhibeant: als mir GOtt helffe/ und sein H. Evangelium; quam quidem in eodem vitio hærere existimat *Wesenbecius ad ff. tit. de jurej. num. 6.* quo prior laborat; sed præter rem religiosus est Wesembecius, nam Evangelium, tanquam medium salutis æternæ, (vid. *Rom. c 1. vers. 10.*) rectè conjungitur cum DEO, tanquam causa principali, & imò hæc formula in Transactione Passaviensi à nostratibus, ut Verbo DEI non repugnans, est admissa & hodiè frequentissima ab omnibus admittitur. *Rauchbar. Quæst. Jur. Civil. & Saxon. p. 2. qu. 2. num. 52.*

IV. Hoc peracto secedunt in electionis conclave, (quod Francofurti in Ecclesia S. Bartholomæi est, vocaturque die Chur-Cammer / vel die Kieberey. vid. *Limn. ad A. B. c. 2. Observ. 2.*) quo clauso Moguntinus, tanquam Collegii Decanus, facto præloquio, colligit cæterorum vota, ipse ultimò à Saxone interrogatus & suum addit. (vid. *A. B. c. 4. §. 3. ibique Limn. add. Maurit. d. Diss. th. 11. cap. 2. Limn. lib. 2. I. P. c. 3. num. 60. seqq. ibi in addit.*) Sed hic notes velim, Legatos vota sua eo ordine proponere, quo proponerent ipsorum Principales, si adessent, etsi alii Electores præsen-

tes

tes priorem teneant sessionem, nec, pluribus Legatis ab uno missis, omnes, sed Legatum Principalem solùm votum & sessionem hic habere. Etsi enim *Limnaeus ad A. B. c. 1. §. 1. Obs. 7. num. 6. & c. 19. Obs. 5.* si juris rationem atque ipsam mandati formulam *A. B.* præscriptam intueamur, omnes conjunctim admittendos censeat, nisi mittens ipse uni plus quam alteri commiserit; ipsemet tamen, mores ac usum in contrarium esse, fateri cogitur, proinde non est, quod prolixè de sententia ista hic disputemus, cui aliàs Canonica Jura refragari constat ex *c. 46. vers. 1. de elect. & elect. potest. in 6.* vid. *Strauch. Diss. 4. th. 25. Rumelin. ad A. B. p. 2. Diss. 6. th. 14.*

20. Si jam vota à Moguntino collecta dissideant, electus censetur, quem major Collegii Electoralis pars elegerit, obtinet enim hîc pluralitas votorum. *A. B. c. 2. §. 4. Rumelin. ad A. B. D. 3. th. 8. 9.* quemadmodum in aliis Collegiis, quo de vide *Grot. 2. 5. 17. ibique Ziegler. & Henning. Boecler. in Diss. Acad. de Calculo Minervæ. An autem quorundam Collegarum votis electus suo ipsius suffragio, numerum suffragantium augere queat?* Non immerito dubitaveris, nemo enim sibi testis de habilitate esse potest. *arg. l. un. C. ne quis in sua causa. juncta l. 10. ff. de test.* nec Prætor se ipsum tutorem dare, aut Patronus, qui jus præsentandi Clericum habet, semetipsum præsentare valet.

l. 4.

l. 4. de tut. dat. c per nostras. x. de jur. Patron. Sed his non obstantibus, hoc omninò affirmandum est, per textum expressum in *A. B. c. 2. §. fin.* idque Rupertum Palatinum fecisse, compertum, Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam & alios idem agitasse, probabilè est. *Quid verò si aliorum vota non praecesserint?* Negant *Dan. Otto de I. P. c. 10. p. m. 258. in fin. Dieter. A. B. c. 2. §. f.* Electorem sibi tum voto suo aditum ad dignitatem Imper. parare posse, ita, ut votum, quod quis hoc casu sibi dedit, cum votis aliorum, qui in ipsius quoque electionem consentiunt, conjungi queat, ad majorem numerum eligentium constituendum. Dissentit verò ab his rectè *Limn. ad A. B. c. 2. §. fin. Obs. 4.* propter *textus* generalitatem.

21. Pertinet huc & illa quæstio, *num vota palam, num verò secretò proferenda?* Utriusque casus exempla adsunt. *Illius* in Friderico I. Carolo V. Maximiliano II. *Hujus* in Adolpho Nassovio. v. *Arum. disc. 3. th. 22.* qui putat tutius esse, si secretò pandantur, majore enim cum libertate ea sic proferri, nec tum sequentem prioris authoritate deterreri. Ast cum eam imbecillitatem animi in Principe Electore non metuamus, & Electionis actus non tantùm in voti explicatione, sed etiam in consultatione cum reliquis peragenda consistat. *A. B. cap. 19.* ibi *unà cum aliis Con-Principibus nostris &c.* potiùs palàm suffragia dari debere

bere existimamus, quod & sæpius factum esse, ipse agnoscit *Arumæus*.

22. Moguntinus majoribus publicatis, explorato Electi consensu, portâ conclavis reseratâ, Mareschallo de vocandis Cancellario Moguntino, duobus Notariis, & binis ex cujuslibet Electoris Curiâ Consiliariis ad ferendum testimonium deputatis, imperat. Ubi vocati adsunt, Moguntinus Cancellario suo electam indicat personam, jubetque ut super hoc actu scripturam solennem & consuetam expediat, atque eandem Electoribus ac absentium Legatis obsignandam tradat. Requirit post hæc duos illos Notarios, ut super his omnib. unum vel duo Instrumenta conficiant, adhibitis pro testibus Consiliariis istis Electoralibus, quorum consuetum testimonii donarium ad 400. thaleros excurrit, quo bini etiam tantum ex quavis Curia honorati in Leopoldi electione, etsi plures, quinque scil. in Josephi electione tres in conclave admissi. vid. *Lampad. Politische Reichshändel. num. 28. pag. 104.* Thucel. *p. 58.* Hocque primum est ex actum electionis Consequentibus.

23. II. Sic Electo à Cancellario Moguntino prælegitur Capitulatio, vel si jam cognita, de illius observantiâ rogatur, ac annuens in conclavi desuper præstat juramentum, tacto sacro Evangelio. Quo facto, Elector Moguntinus ei nomine Collegii Electoralis gratulatur,

tur, & ipse rursus gratias pro collata Imperiali dignitate agit.

24. III. Posthac Electus, si ipse præsens, inter medios Electores collocatus, audito Musicorum concentu, super altari omni populo sistitur, (absens denunciatur,) votivis ejusdem acclamationibus excipitur, tandemque splendido Electorum comitatu in Palatium deducitur. Ad evitandas longioris interregni molestias terminus quidam angustior hoc Electionis negotium conficiendi, sub pœnâ non ignominiosâ minus, quàm sordidâ, Electoribus in *A. B. c. 2. §. 3.* constitutus est, 30. scil. dierum spatium. Quæ quidem Constitutio prudentissime lata censeri potest, eo tempore, quo recentior adhuc erat memoria luctuosissimæ cladis aliquoties ab interregnis, eo præsertim, quod post obitum Friderici II. ultra 18. annos duravit, quoque anarchiæ similior, quam Reip. fuit Germania, acceptæ *Carpzov. de L. R. G. c. 11. num. 7. seqq.* Interim vix constat, hanc pœnam aliquando coërcuisse Electorum cunctationem, quamvis, in novissimis præsertim Electionibus, non semel mora electionis spatium 30. dierum excesserit, neque hoc imprudenter, quia indignum & contra Majestatem Imperii in Principibus tantæ apud populum authoritatis modici, nec fortasse tantopere jam nocituri, temporis moram tam infami pœnâ vindicare, maximè si non priva-

privatis affectibus ac æmulationibus, ſed boni publici accuratiori curâ definitus terminus protrahatur.

25. IV. Conſequens eſt ipſius electionis effectus, Poteſtatis ſcil. Imperatoriæ plenaria attributio; Quamvis enim hodie Imperatores Rom. Germanici non plenam & abſolutam, ſed certis limitibus circumſcriptam & reſtrictam conſequantur poteſtatem, ut ex ſingulorum Capitulationibus intelligi poteſt. Quicquid tamen habent poteſtatis, quà tales, illud omne ex electione, quatenus hæc acceptionem Electi includit, neutiquam verò ex Pontificis confirmatione dependet. Tametſi enim quidam Romanæ ſedis Præſules ex inſanâ ambitione & audaciâ decreverint, quod Princeps in Regem vel Imperatorem electus non debeat ſibi arrogare poteſtatem adminiſtrandi Imperium, priusquam à Romano Pontifice fuerit confirmatus, attamen juſtiſſimo zelo ſe huic inſolentiæ oppoſuit Ludovicus IV. promulgatâ Conſtitutione, quâ qui Imperatorem â Principibus electum ſine Romanæ ſedis confirmatione Imperii Jura exercere & adminiſtrare non poſſe, aſſerere auſi fuerint, læſæ Majeſtatis reos, omnibus feudis ab Imperio pendentibus, privilegiis & immunitatibus â prædeceſſoribus conceſſis, ipſo facto & jure ſpoliatos declaravit. Quam ipſam Conſtitutionem Decretum Electorum ſimilis argumenti

menti præcessit, quod prælaudatus Imperator itidem suâ authoritate 6. August. 1338. confirmavit. Utrumque verbotenus exhibet *Michael Wendland in Discurs. de Pace & cura Religionis, Jurisdictione Imp. in Pontifices, & libertate conscientiarum p. 138. seqq.* it. Goldast. *Tom. 1. Constit. Imper. fol. 335. seq.* Et quod Electus Rex sive Imp. ex sola electione, etiam antequam coronetur, plenum (quale tamen hodie competit) Jus Imperiale, & potestatem administrandi consequatur, pluribus probat *Arum. ad A. B. Disc. 2. num. 20.* quod & usus confirmat.

26. Ad electionis Consequentia referri potest V. Jurium ac Privilegiorum Electoralium specialis (generalis anteà fit per Capitul. vid. *art. 3.*) confirmatio, quam electus vigore *Aur. Bull. c. 2. §. 5.* absque ulla dilatione & contradictione, antequam in aliis causis administret, facere tenetur, ut adeò confirmatio hæc privilegiorum Electoralium primus debeat esse actus, quem Electus virtute Imperii peragat. *Limn. ad d. c. 2. §. 5. Obs. 5.* & ex ipsius parte necessitatis esse dici queat, quamvis ex parte petentium, & quoad Jurium competentium validitatem, voluntatis magis, quam necessitatis esse videatur, cum concessiones & contractus nomine Imperii & dignitatis ab Antecessoribus celebrati morte Imperatoris non extinguantur, nec eosdem successor pro suo arbitrio revocare possit, sed servare debeat, sicut

ejus Antecessor servare obligabatur, cum dignitas non moriatur. vid. *Grot. de J. B. & P. 2. 14. 10. seqq. Carpzov. de L. R. G. c. 3. sect. 14. Andr. Thurov. Diss. de Jure Princip. in Privileg. apud Fritsch. vol. 1. Exerc. 5.* Sed non minus cæteris Imperii Statibus, quam Electoribus, jura ac privilegia sua, vigore Capitulationis, hodiè specialiter quoque confirmare tenetur. vid. *Capit. Carol. V. art. 3. Ferd. IV. Leopoldi & Josephi art. 3. Limn. ad Capit. pag. m. 153. & ad A. B. c. 2. §. 5. O. 7.*

27. VI. *Coronatio*, quæ definiente *Rumelino ad A. B. p. 3. D. 6. num. 6. est congeries actuum solennium, quibus electio & commissio Imperii quasi renovatur, ad authoritatem electo stabiliendam, & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam.* Regum Coronatio non in nostro tantùm Imperio, sed omnibus communiter regnis, àb antiquo usque recepta; plus tamen solennitatis, quam juris habere videtur. Ea etenim Rex ac Imp. non fit, sed declaratur magis, ut tam solenni actu populus externis tantum patens majorem capiat reverentiam, ex illo utpote argumento Regis vel Imperatoris certior factus. Fuit autem ea olim in Imperio nostro ordinariè triplex: vid. *Limn. ad Capit. p. 311. Germanica* Aquisgrani, *Longobardica* Mediolani regulariter, quandoque tamen Modoëtiæ, quæ regni Italici sedes fuit, interdum alibi quoque, & *Romana* Romæ peragi solita. *Illa* pro Germanico, *ista* pro Italiæ sive Longobardico, *hæc* Ro-

Romano pro Imperio. Ita enim olim visum tres illas Respubl. æterno fœdere in Ottone M. junctas tribus diversis Coronis distinguere, (non autem separare, unus enim omnium moderator Cæsar, cujus electio & constitutio soli Germaniæ competiit.) Priorum duarum expressis verbis fit mentio in *A. B. c. 26* §. 4. Limnæus tamen & tertiam, Imperialem, *ibidem* quoque verbo *Infularum* innui & designari putat. vid. *obs.* 7.

28. Interdum verò & Arelati Imperatores nostri pro Regno Arelatensi coronati sunt, uti constat de Conrado II. qui an. 1033. Burgundicam istam coronam assumpsit, & filium suum in Imperio successorem Henricum III. anno 1038. eodem Diademate ornari curavit, quemadmodum tradit *Wippo in vita Conradi.* Idem fecit Fridericus I. teste *Ottone Frisingensi de gest. Frider. l. 2. c. 29.* & Carolus IV. anno 1365. multò ante, anno scil. 1355. ab Innocentio VI. Romæ Imperator coronatus. Quia autem Carolus eo tempore, quo *A. B.* condebatur, coronam hanc nondum susceperat, nec ab ejusdem Antecessoribus semper suscepta fuerat, noluit de eâ in *A. B.* quicquam disponere, tanquam de non necessariâ, nec admodum consuetâ.

29. Coronam Romanam, quæ & Imperialis dicitur, electi Imperatores à manu Pontificis accipiebant. Formam autem ejus Ceremoniale Rom. his describit verbis: *Differt forma Coronæ*

Imperialis ab aliis, nam ea sub se tiaram quandam habet in modum ferè Episcopalis mitræ, humiliorem tamen, magis apertam & minus acutam: estque ejus apertura à fronte, non ab aure, & semicirculum habet per ipsam aperturam aureum, in cujus summitate crux parvula eminet, eam tiaram aliæ coronæ non habent. Fuit ergò ei hoc peculiare, ut clausa esset, hodie verò Hispaniæ & Angliæ coronis & fortean aliis, hoc commune est. Reges Galliæ in consecratione sua utraque corona, Regiâ apertâ, & Imperiali clausâ uti dicit iniquissimus rerum Imperii Censor *Auberius tr. de prætensione Reg. Gall. sup. Imperium. l. 3. c. 1. in excerptis v. L. c. ax. 9.* atque addit coronam Imperialem clausam respectu originis esse indicium cujusdam subjectionis & debiti erga Sedem Apostolicam, eademque Coronas apertas antiquiores & digniores. Sed more suo agit & gratis sumit, quæ dicit. De ritibus coronationis videsis *Goldast. p. 4. Polit. Imp. à p. 290. usque ad 343.* & *Ceremoniale Rom. Freheri notis ad Petr. de Andlo annexum.* Expediebatur ea magnis olim sumptibus propter comitatum Imperatori Romam, pro Corona hac capessenda, proficiscenti à Statibus & Proceribus Imperii, sub pœnâ amittendi feudi, præstandum, qui vulgò *Expeditio Romana*, der Römer-Zug / dicebatur. Post Carolum V. qui ultimus, non Romæ quidem, sed Bononiæ, ad similitudinem tamen

men Romanorum rituum, à Pontifice M. coronatus, nullus Impp. noſtrorum eam, quod parum proſit, ſumptuoſa tamen ſit, impetravit, hinc & non Imperatores abſolutè, ſed Electi Imperatores ſcribi vulgò cenſentur, ſed ſine cauſa; Nam Carolus V. Electi Imperatoris titulo etiam poſt Coronationem in Receſſibus Imp. uſus legitur. vid. *R. I. Aug. de anno 1530. Reform. Polit. de d. anno 1530. R. I. Ratisb. de anno 1532. 1541. &c.* & jam tum avus ejus Maximilianus I. ſe Electum Imperatorem ſcripſit in Wildfangiatus Privilegio *Auguſtæ anno 1518. die 3. Septembr.* Ludovico Electori Palatino dato. *Num. v. ad eandem petendam fuerint, ſintque adhuc obligati?* variè à variis definiri videas; Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam, Ferdinandum II. III. IV. vi Capitulationum ab Electoribus ipſis præſcriptarum, ſponteque deſuper præſtiti juramenti, ad eam petendam & requirendam omninò obligatos fuiſſe, adeoque Coronationem Papalem nondum eorum ætate exoleviſſe, pluribus probare ſatagit *Limn. in annot. ad Capit. Caroli V. art. 30. & in addit. ad lib. 2. c. 4. num. 89. Strauch. Diſſ. de Hoſtenditiis num. 56.* Cum ipſi omnes expreßè promiſerint: **Wir ſollen und wollen die Röm. Königliche Krohn/ wie Uns als Erwehlten Röm. König wol ziemet/ empfangen/ wenigers nicht Uns zu Empfahung der Käyſerlichen Kron NB. befördern.**

 vid.

vid. *Capit. Ferd. III. art. 39. Ferd. IV. artic. 37.* Modernum autem Imperatorem, Leopoldum, ad eam requirendam non amplius obstrictum esse, quia ad ejus susceptionem se Capitulatione sua haud obligavit, adeoque nunc eam ab aulâ planè recessisse, ipse agnoscit *ad A. B. c. 26. §. 4. obs. 9.* Conf. *Dn. Rhet. in Comm. ad Jus Feud. Comm. l. 1. t. 1. p. 88. seq. & Capit. Josephi art. 36.*

30. Media, Longobardica scil. Coronatio, ab Archi-Episcopo Mediolanensi, non ferreæ, nec palearis sive ex paleis flaventibus contextæ, sed aureæ Coronæ impositione (quæ ferrea, propter laminam quandam ferream in sum̃itate intextam, & palearis per contemptum dicta. vid. *Limn. l. 2 c. 4. n. 46. seqq. ibid. addit.*) olim peracta, itidem pridem obsoleta. Prima *Germanica* adhucdum hodiè durat, estque omninò necessaria, partim propter ordinationem Imperialem *A. B. c. 25. R. I. de anno 1521. pr.* partim propter antiquam & laudabilem consuetudinem *R. I. de anno 1566. præfat. ibid.* und löblichen Gebrauch 2c. partim propter juratam promissionem v. *Capit. Ferdinandi IV. & Leopoldi art. 37. Josephi art. 36.* wir wollen auch die Römische Königliche Kron förderlichst empfangen / nec facile ultra duas septimanas post peractam electionem suspenditur.

31. Locus, ubi peragitur, ordinarius est Aquisgranum, vetusta Imperii Civitas, ex *A. B.*

c. 28.

c. 28. §. 5. (ubi vid. *Limn. Obſ. 9.* referentem Impp. ibi coronatos) Conſtitutione, à quâ ut recederet, induci non potuit Carolus V. in Regem Germanorum coronandus, cum enim de peſte Aquisgrani nonnihil graſſante admoneretur, reſpondit: *Se conſtanter decreviſſe, nullibi niſi in antiqua Carolorum ſede Regni Diadema aſſumere. Hartm. Maur. de Coronat. Caroli V. add. R. I. Worm. anno 1521. præf.* Sæpius tamen jam ex Cæſarum & Electorum placito datis Aquisgranenſibus literis, ut vocant, reverſalibus, de non præjudicando ipſorum privilegio. vid. *Limn. ad d. §. 5. obſerv. 16.* in aliis etiam civitatibus eſt celebrata. Sic Ferdinandus I. II. Maximilianus II. Matthias, & Invictiſſ. Imp. Leopoldus Francofurti, Rudoldolpus II. Ferdinandus III. & IV. Ratisbonæ Joſephus Rex Rom. anno 1690. 26. Jan. Auguſtæ Vindelicorum coronati ſunt.

32. Defungitur Coronatione ubique ferè Summus Sacrorum Antiſtes. Sic Rex Hiſpaniæ ab Archi-Epiſcopo Toletano, utpote Primate Regni; Rex Portugalliæ ab Archi-Epiſcopo Bracarenſi; Galliæ Rex ab Archi-Epiſcopo Rhemenſi, Eccleſiaſticorum Principe & Primo Pare Franciæ; Rex Angliæ ab Archi-Epiſcopo Cantuarienſi; Rex Hungariæ ab Archi-Epiſcopo Strigonienſi; Rex Poloniæ ab Archi-Epiſcopo Gneſnenſi; Rex Sueciæ ab Archi-Epiſcopo Upſalienſi; Rex Bohemiæ

ab Archi-Episcopo Pragensi; Rex Daniæ ab Archi-Episcopo Lundensi olim, nunc verò ab Episcopo Rothscildensi, qui jam primarius est. Czaar sive Cæsar aut M. Dux Moscoviæ à Patriarcha Moscoviæ &c. Coronas accipiunt. De Peguanis Regibus hoc peculiare notant, quod ritus inaugurationis eorum expediantur à Politico Principe, qui quasi sit Major Domûs Regiæ, & proximum à Rege locum tenens. *Le Blanck. Itin. p. 1. c. 22.* ubi quoque in inauguratione horum Regum, ad declarandam debitam mensuram in omnibus ab ipsis observandam, Plumbeæ tantum Coronæ usum esse testatur.

33. In Imperio nostro tenore *A. B.* Archi-Episcopo Coloniensi jus primum Diadema Regi imponendi tribuitur. *c. 4. §. 3.* nulla facta loci distinctione. Sed quia inter Ecclesiasticos sessio & præcedentia variat pro loci diversitate *A. B. c. 21.* nec semper Aquisgrani Coronatio peragitur, imò & quondam Moguntinus coronandi Jus exercuit, usque ad Henric. III. Imp. qui Coloniensi illud dedisse fertur, tum quod hic erat ex Domo Palatina, tum quod Coronatio in ejus Diœcesi perageretur, accedente post Aureâ Bullâ Moguntinus hoc Jus iterum sibi vindicavit in Maximiliani II. & sequentium Imperatorum inauguratione, excipiens, illud Jus A. B. Coloniensi confirmatum restringendum esse ad Aquisgranum, quo ipsa

ipſa Coronationem celebrari vult, quod pertineat ad Diœceſin Colonienſem. Cum autem in locis extra Diœceſin illam ſitis, qualia Francofurtum, it. Auguſta Vindelicorum, Ratisbona, Coronatio celebranda ſit, eam non amplius ad Colonienſem, ſed ſe, Moguntinum, quippe totius Regni Primatem, pertinere. Exarſerunt hinc inter duos hoſce Imperii noſtri Præſules acerrimæ lites, Legatusque Colonienſis in Coronatione Ferdinandi IV. graviſſimam interpoſuit Proteſtationem, quam refert *Limn. tom. 2. addit. ad l. 3. c. 6. num. 5*, ſubjectâ *Informatione pro defenſione Juris ſui ab eodem Imperatori exhibitâ*, & *Archi-Epiſcopi Moguntini ad eandem Reſponſ.* quam Colonienſis iterum ſcripto oppugnavit, & hinc pro Moguntino poſt in lucem prodiit: *Brevis recapitulatio* der Chur-Cöllniſchen Information zu einem hellern Liecht der Chur-Meinziſchen Erleüterung / & ſub nomine *Herm. Conringii Aſſertio Jur. Mogunt. in coronand. Regib. Rom.* cui oppoſitus eſt à parte Colonienſis liber ſub inſcriptione: *Anti-Conringiana Defenſio Juris Colonienſis*, ad quam *Conringius* denuò reſpondit. A ſcriptis ad arma deventum eſſet, niſi interventu quorundam tandem res amicâ transactione compoſita, ita, ut quisque tranſigentium, Moguntinus & Colonienſis, actum coronationis in ſua Diœceſi, ſi hic vel illic fiat, peragerent, extra utramque

verò alternarent. Formula transactionis extat ap. *Sprenger. l. 1. c. 29. p. 189. Limn. ad A. B. c. 4. §. 3. obs. 4.* & hæc composito *artic. 37. Capitul. Leopoldi ac Cap. Josephi art. 36.* est confirmata. Nec illam infringit, quod Leopoldus Imp. anno 1658. d. 1. Augusti Francofurti in Diœcesi Moguntina, à Coloniensi Electore inunctus fuerit, quia id certas ob causas, salvo interim jure Electoris Moguntini, factum, quippe, cum decretum esset in *Capit. Leopold. d. art. 37.* ut coronatio propter Aquisgranense incendium Coloniæ perageretur, super hoc articulo dispensatum fuit, & ob Leopoldi Cæsaris infirmitatem, ac ad parcendum sumptibus majoribus, Francofurti actus coronationis peractus, ubi Coloniensis solus Cæsarem inunxit, sed Coronam ei, sicuti nuper etiam Josepho Regi Rom. rursus, omnes tres Archi-Episcopi Electores communi opera imposuerunt, teste *Thuldeno in contin. hist. lib. 9. Pastorio in Auctariis ad Flor. German. p. 847.* Thucelio *in descript. Coronat. Josephi.* Idque inveteratâ jam consuetudine. Sic enim Carolo V. tres Archi-Episcopi Coronam simul imposuerunt. *Harm. Maur. Relat. Coron. Germ. Caroli V. ap. Gold. Polit. Imp. p. III. num. 3.* Item Maximiliano II. Epiphonemate: Accipe coronam Regiam Regni, quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen, de veteri consuetudine, manibus Capiti Tuo aptatur. *Sim. Schard. Descript. Coron. Ma-*

xim.

xim. II. Tom. 3. rer. German. pag. m. 86. & *ap. Gold. cit. l. p. I. n. 9. pag. 141.* Ita etiam Moguntinus, Treviro manum socialiter commodante, Regis Ferdinandi IV. verticem Diademate incinxit. *Thulden. ad an. Christi 1653.* Notandum autem quod nemo Clericorum Electorum admittatur ad peragendam inaugurationem Regis, nisi infulatus sit, quia quæ Ordinis Episcopalis sunt, uti hæc est, non nisi post consecrationem ab Episcopis exerceri queunt. Sic cum anno 1630. coronanda esset Eleonora Augusta, Mantuana, nec Anselmus Casimirus Moguntinus, nec Ferdinandus Coloniensis infulâ legitimâ gauderent, Jus hujus Coronationis Philippo Christophoro Trevirensi demandatum fuit. Unde quoque Ferdinandus II. Electores Ecclesiasticos adhortatus est: **Es werden sich auch die Geistliche Churfürsten der** Consecration **und deß Ampts halber vergleichen müssen/ sonderlich aber / weil Chur-Cölln zu solchem** actu **nicht** habilitirt**/ damit dero statt gebührlich ersetzet werde.**

34. Coronationis nostræ Solennia sunt sequentia. Imminente Coronationis die ad denuntiationem Electorum, Norimberga & Aquisgranum Imperii Clinodia mittunt. Illa Coronam, (quam Caroli M. vulgo vocant, ejusque impensis confectam dicunt, cui tamen valde obstat, quod in semicirculo supernè innexo nomen Imperatoris Conradi insculptum repe-

reperiatur) Annulum, Sceptrum, Pomum, Ensem, quem ab Angelo Carolo M. datum dicunt, & Dalmaticam vestem Caroli M. pretiosis margaritis distinctam, Paludamentum Cæsareum, cui Aquilæ aureæ Phrygio opere intextæ sunt, Stolam auream, Amiculum rubri coloris, Chirothecas unionibus ornatas, & ex puro auro textas, Sandalia, Tibialia cum Caroli Magni Zona sive cingulo, quæ Sigismundum ei custodienda tradidisse ferunt. v. *Lindenspur. A. B. c. 22.* Aquisgranum Capsulam gemmis pretiosis ornatam, in qua sanguis S. Stephani reservari dicitur, Gladium Caroli M. ad formam Hungarici factum, cum pendiculo & Evangelio literis aureis scripto. Hæc Electores Ecclesiastici, postquam dies Coronationis illuxit, separatim Ecclesiam ingressi, à Legatis illarum Civitatum accepta imponunt altari, Regem coronandum in Pontificalibus suis exspectantes. Seculares verò in Curia, interim habitu electorali ornati, Palatium Regis bini suo ordine, Legatis præsentes sequentibus, petunt. His Palatium Regium ingressis Rex descendit, tum Legatis præcedentibus, Bavarus cum aureo Pomo in medio, Brandenburgicus cum Sceptro à dextra, à sinistris cum Corona Palatinus, Elector Saxoniæ immediatè cum districto Gladio, Vicario vaginam præferente, Regem sub throno à sex vel octo (tot in Coronatione

Leo-

Leopoldi fuerunt v. Lampad. Politisch Reichs-Händel. *art. 28. p. 139.)* Senatoribus loci portando sic deducunt ad Ecclesiam, campanis sonantibus. Reliqui, Saxonis excepto, absunt Vicarii, ubi præsentes principales.

35. Regem ita deductum in templi limine excipiunt Ecclesiastici Electores, & hinc ille quidem Moguntinum inter & Trevirensem; aut si Moguntinus officium consecrationis sustineat, inter Trevirensem & Coloniensem, ad Oratorium, hinc ad altare & tandem ad Regale solium, panno aureo ornatum, & sub regio tegumento positum, ducitur. Quo à Rege occupato, Electores, traditis Vicariis insignibus, à Solii tergo sedes suas rubro serico vestitas quoque occupant. Post hæc incipit Consecrator Missam, Rege ad Oratorium à reliquis Ecclesiasticis deducto, & Litaniâ reciprocè peractâ, interrogat: *Num Rex fidem servare, Catholicam Ecclesiam protegere, justitiam administrare, Imperium augere, viduas & orphanos defendere, Papæ reverentiam exhibere, &c. velit?* quibus annuens Rex ad altare propiùs adductus de servandis promissis tale, tacto S. Evangelio, præstat juramentum: *Ego N. Deo annuente, volo, inquantum divino fultus fuero adjutorio, & precibus fidelium Christianorum, sic me Deus adjuvet, & Sanctum ejus Evangelium.* Quo facto Consecrator Electores, Episcopos & totum populum interrogat: *Vul-*

Vultis tali Principi ac Rectori vos subjicere, ipsiusque regnum firmare, fide stabilire, ac jussionibus ejus obtemperare juxta Apostolum: Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Ad quæ cum unanimi voce acclamarunt: *Fiat, Fiat, Fiat!* succedit Unctio, cujus finis est, ut sit Symbolum gratiæ Dei, cujus donis omnes instructos esse decet, qui vel Ecclesiæ vel Reipubl. præesse velint; fit verò in nostrâ Germaniâ Oleo Catechumenorum, quod vertici primùm capitis, postmodum cervici inter utrumque humerum, porrò pectori & tandem dextro brachio inter carpum & cubitum inungitur, ad singula his additis verbis: *Ungo te in Regem Oleo sanctificato, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* vid. Actum Coron. Matth. in Regem Rom. apud *Goldast. Polit. Imp. p. 1. N. 14. pag. 177.* In Inauguratione Maximiliani II. tamen & palmæ manuum unctæ recensentur. vid. Inaugurat. ejus ab *Heidenis* descriptam apud *Goldast. d. l. p. 147. seqq.* De unctione Ferdinandi IV. in Regem Rom. testatur *Anonymi Descriptio coronationis*, daß Er von Chur-Maintz / adhibitis solitis ceremoniis, Oleo Catechumenorum, auff dem Scheitel deß Haupts / an den Schultern / Armen und Händen sey ungirt worden / immittelst habe die Capelle die antiphonam: Unxerunt Salomonem, Unxit Te Deus, musiciret.

36. Peractâ Unctione Ecclesiastici in Sacristia

ſtia veſtiunt Eum Pontificalibus Norimbergâ miſſis, Gladiumque Caroli M. evaginatum, ut juſtitiæ ſignum, tradunt, poſteà in vaginam reconditum à Secularibus ei accingendum. Quo facto Regem Annulo deſponſat Conſecrator, his additis formalibus: *Accipe regia dignitatis annulum, ut eo Catholicæ fidei recorderis ſignaculi, & ut hodie ordinaris Caput Princepsque regni & populi, ita perſeverabis Auctor & ſtabilitor Chriſtianitatis & Chriſtianæ fidei, ut felix in opere cum Rege Regum glorieris per ævum.* Poſt ſplendidiſſimum juxtà ac maximi pretii Pallium ſive Paludamentum, quod à Carolo Magno huc usque duraſſe dicunt, injicit, cònceptis verbis optans: *ut quemadmodum nunc in Romanorum Regem ungitur, ita Deo fortunante, ſtola fidei amictus in Chriſtiana fortiter perſeveret profeſſione, regnaturus deinceps cum Rege Regum in æterna gloria.* Exin Regium Sceptrum (quod Clementiæ nota, unde Sceptro inclinato veteres Perſarum Reges propitium ſuum erga adventantes animum declarabant. *Eſther. 4, 11. & 5, 2.* Nota inſuper Juriſdictionis, ideò Regibus Angliæ duo Sceptra traduntur, alterum integrum, alterum ſubfractum, illud ad deſignandam M. Britanniam, hoc ad firmandam ejus in Galliæ Regnum prætenſionem) ei porrigit, his adjectis: *Accipe virgam virtutis & æquitatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam*

pande-

pandere, lapſisque manum porrigere, &c. Cum Sceptrum in dextram, ſimul & Pomum aureum, quod Imperiale vocant, (cujus uſum ab Auguſto accerſit *Iſidor. 17. Orig. 49.*) in ſiniſtram ei tradit, in ſignum univerſalis Imperii; Superimpoſita huic eſt Crux, in memoriam S. Crucis, & honorem ejus, qui inde cruciatibus noſtris medelam attulit. Teſtantur nempe Reges, ſe fidei in Chriſtum crucifixum beneficio tanto potiri Imperio. Et addita creditur à Conſtantino M. occaſione crucis ab ipſo in Cœlis viſæ, ſi non ſomniavit, potiùs, quàm verè vidit illam. Aliter de Pomi hujus Imperialis, quod aliquando *Mundum (le Monde)* vocant, origine & ſignificatione ſentit *Henric. Spelman, Aſpilog. pag. 35. Primus eum invenit*, inquiens, *Benedictus Papa & anno 1012. Henrico Imperatori Romam venienti documento dedit, ne mundo aliter imperaret, quàm ut ipſe vivificæ crucis vexillo dignus tueri videretur. Acceptam Henricus Imperat. ſtatim miſit Cluniacenſi Monaſterio conſervandam, teſte Glabro Rudolpho.* Poſt hæc demum Capiti Regis Corona (non ferrea, nec argentea, ſed aurea, teſte *Hartm. Mauro. de Coronat. Carol. V.*) imponitur, his formalibus: *Accipe coronam Regni, quæ licet ab indignis, Epiſcoporum tamen, de veteri conſuetudine, manibus Capiti Tuo coaptatur, &c.*

37. Inſignitus Rex Sceptrum & Pomum Ele-

Electoribus Secularibus, vel eorum Vicariis reddit, & ad aram accedens hujus tenoris præstat juramentum; *Ego juro & promitto, quod futuris temporibus leges & justitiam, pacemque Ecclesiæ Dei servare & tueri, etiam populi subditi utilitatem promovere, justitiamque impertiri, prout in Concilio Principum Imperii expedire reperero, similiter Pontifici, Romanæ Ecclesiæ,* (hoc jam abrogatum) *aliisque Episcopis & Ecclesiis delatum honorem exhibere, & bona, quæ Ecclesiis donata sunt, integra servare velim pro viribus.* Quo præstito rursus conscendit solium, (tunc nomine Collegii Electoralis gratulatur Moguntinus,) sedensque ense Caroli M. Norinbergensi vel Aquisgranensi Equites creat, ab August. Imperat. Leopoldo creatos refert *Pancr. Lamp. in Polit.* Reichshändeln/ *art. 28. pag. 140.* à Rege Rom. Josepho creatos Thucel. *pag. 71. seq.* Postea duo Canonici Aquisgranenses sub juramento, quod refert *Limn. tom. 5. ad lib. 2. c. 7. num. 39.* & certis solennibus, Imperatorem in Canonicum Ecclesiæ B. Virginis, vel D. Petri, recipiunt. Pro receptione in hoc sodalitium Canonicorum solvit Imperator 57. aureos Rhenanos, & præterea ex consuetudine 3. Fuder Weins/ davon Eins dem Capitul S. Adelbrecht zuständig: item Für die Keyserliche obere und undere güldene Kleider/ zusammen 400. Joachims Thaler. *Noppius* in der Aacher Chronick *l. 1. c. 12. p. 72.* Tandem Impera-

perator Dalmaticam & Sandalia in choro deponens, Corona, Pallioque servato, cum Electoribus Ecclesiam relinquit, pomposo distinctoque comitatu repetens Curiam. Repetita Curia Imperator cum Electoribus fenestras occupat & sedes. Hi partes suas ordine peragunt, illo spectante.

38. Primò quidem Elector Saxoniæ, Imperii Archi-Marschallus, (non quod habeat inter alios prærogativam, sed quod ita fert occasio, ut munus suum ante alios expediat) in Curiâ conscendit equum, indeque cursu fertur in avenæ acervum, qui tantæ altitudinis, ut ad pectus vel sellam equi usque pertingat, argenteam de illo implens mensuram, (quæ cujus capacitatis esse debeat, non definitur, ex pondere tamen baculi & mensuræ conjicere licet, eam mediocrem esse, & tantum fortassis continere, quantum sufficit equo ad pastum unum, ein Futtermäßlein) quam primo venienti dat famulo, juxta *A. B. c. 27. §. 1.* ut quoque factum in Coronatione Josephi Regis Rom., non Cæsari præsentat, ut erronee tradit *le Sieur de Bonair, en son discours sur la conjoincture presente des affaires d' Allemagne p. 49.* citatus *Limnæo ad A. B. c. 27. §. 1. obs. 7.* (in Coronatione Ferdinandi III. avena non primo venienti famulo data, sed statim ab Electore Saxon. effusa est, notante *Schütz. v. 1. D. 7. th. 24. l. E.* quod & in Coronatione Leopol-

poldi factum *Diar. Europ. p. 947*) Fixo pòst in avenam baculo argenteo, Vice Marſchallus de Pappenheim juxta *A. B.* Conſtitutionem avenam diſtribuere debet, verum hodie ejus nulla fit diſtributio, ſed plebis inhiantis direptioni relinquitur. Equum autem menſuramque argenteam cum bacillo ſibi vindicat Vice-Marſchallus de Pappenheim.

39. Secundò juxta *A. B. c. 27.* Elector Brandenburgicus, Archi-Camerarius, aut ejus Vicarius, (Sprengerus Marchionem Brandenburg. Officium exhibere ſcribit poſt Bavariæ Electorem) equo vectus ad menſam in medio foro ſtratam properat, indeqne malluvium argenteum cum gutturnio accipit, in Curiam rediens Imperatori aquam manibus abluendis præbet, Secularibus reliquis mantile interim tenentibus. *A. B. c. 27. §. 3.* Sed vid. Thucel. *in deſcript. Coron. Joſephi. pag. 74.* Tempore inaugurationis Caroli IV. auream pelvim adhibitam fuiſſe refert ex aliis *Lehm l. 7. Chron. Spir. c. 35. p. 781.* Idem factum tempore Caroli V. ſcribit *Hartm. Maur. in Deſcript. Epuli Regii*, ac Maximil. II. *Author. Deſcript. Epuli Regii Maximil. II. anno 1562.* Verum non auream, ſed argenteam & deauratam fuiſſe conjicit *Limn. ad A. B. c. 27. §. 3. obſerv. 2. ex Protocollo Electionis Caroli V.* apud *Goldaſt.* Politiſch. Reichshändel / *part. 1. p. 53.* Equus cum pelvi

R 2 & ma-

& manutergio cedit Sub-Camerario, Principi de Hohenzollern.

40. Tertiò Archi-Dapifer, (qui hodiè Bavarus,) vel ejus Vicarius, equo culinam intrat, de bove assato (qui integer, neque capite, neque pedibus, aut alia parte mutilatus, saltim pelle & intestinis rejectis, vario exquisitoque ferarum & altilium genere farctus, ingenti veru ligneo trajectus, duabus rotis ad prunas subjectas versatur, ac nocte dieque assatur) frustum in patinam argenteam petens, ponensque, Mareschallo vel Vice-Mareschallo cum baculo, majoris splendoris causa, præeunte, ante Imperat. in mensa, bove multitudinis direptioni relicto. *A. B. c. 27. §. 4.* qui §. quidem quatuor Scutellarum meminit, sed *Sprenger. in Inst. Jur. Publ. cap. 29. p. 187.* tantum unius mentionem facit, quæ bovis assati frusto impleatur; Qui ap. *Goldast. in Polit.* Reichshändeln/ *p. 3. Disc. 2. p. 154.* descripsit convivium Caroli V. ait: der Pfaltz-Grav (*tum temporis officium Palatini erat,*) ritt in das Hauß/ da die Küchen war/ nahm zwey Essen auffeinander/ ꝛc. cumque numerum etiam in convivio Ferdinandi III. anno 1636. Ratisbonæ & Josephi Augustæ Vindel. 1690. coronati observatum, ita ut duæ scutellæ cibis repletæ fuerint, & aliæ duæ ad cooperiendum cibos servierint, notavit *Limn. ad A. B. c. 27. §. 4. obs. 4.* & Thucel. *p. 74.* Conf. *Descript. Coronat.* apud *Carpzov.*

prov. c. 11. §. 10. Sed *Author Coronationis Leopoldi in Diar. Europ. p. 947.* scribit: Der Herr Graf Truchses von Zell habe im Namen Chur-Bayern ein Stuck von dem gebratenen Ochsen geholet in einer silbern Schüssel ꝛc. Sicut autem innumero, ita & in materia scutellarum Autores variant. Scutellarum aurearum meminerunt describentes convivium Caroli IV. Metis in solenni Curia 1356. apud *Lehm. Chron. Spir. lib. 7. c. 35. p. 781. A. B.* tamen *d. l.* argenteas dicit. Instrumenta officii cum equo similiter sibi vindicat Vicarius, Comes de Zell.

41. Hoc autem, quod bos per urbem ante spectaculo ductus, integer, variis animalibus farctus assetur, (rem cum antecedenti ritu, quia lectu non injucunda, ex *Diario Europæo* & *Thuldeno* adhuc semel repetam. Ita verò Diar. Europ. p. 1. p. 919. Diesen Tag ward zu Franckfurth der auf die Käyserliche Krönung zu braten gewiedmete Ochse / mit verguldeten Hörnern / und mit gelbem / weissem und schwartzem Tuche bedecket / von etlichen Fleischers-Knechten durch die fürnehmste Gassen der Stadt herumb geführet / selbige Nacht noch geschlachtet / und deß folgenden Tags / altem Brauche nach / also gantz ohne Eingeweide / an einem höltzern Balcken / den zwo Personen vermittelst zweyer Räder herumb kehren könten / angesteckt und fest gemacht / da er denn in der auf dem Römer-Platze von Brettern hierzu zubereiteten Kü-

chen/biß auf bestimten 22. Tag Jul. bey langsamen Feuer gebraten/ auch mit allerhand Feder-Vieh gespicket worden. Et Thuldenus ad Ann. MDCLIIX. ita: *Juvencum altilem Senatus Francofordiensis habebat, non grandi corporaturâ, sed pingui admodum, qui, ut Lyrici utar verbo, qua notam duxit, niveus videri, cætera fulvus, ante diem tertium Kalendas Sextiles per urbem spectaculo ductus est, cornua ejus & mentum & bifidæ ungulæ auro tenui circumposito fulgebant: Operimento fulgentissimo ad Romanum pertinente Regem & luteo, nigro, alboq; coloribus distincto instratus erat: Sertum viride ac florulentum ex lilio narcißis, tulipas dicunt, omni colorum varietate vernantibus, inter cornua & aures, circum frontem & caput serpebat. Quatuor eum anteibant Germanicæ Lyræ fidicines, duo tibiis canentes, multitudo ingens puerorum & mulierum sequebatur, quæ coronati ad victimam juvenci breve gaudium commiserans de se mutato nomine querebatur: Ducere enim in bonis dies suos hominem, & in puncto ad infernum descendere. Destinatus rei coquinariæ juvencus ad culinam ut venit, à duobus laniis, qui mappis albentibus præcincti erant, excipitur. Detrahitur ei stragulum, vittæ serti & verbenarum solvuntur, nec superest quicquam, nisi ut frontem supina securi pulsatus humi succumbat, juguletur, lingua evulsa careat; ubi id factum est, tractorio sublatus fune trabe suspenditur, pelle ad mentum & ungulas inauratas*

ta exuitur, ventre aperitur, visceribus intestinisque exemptis, aqua pura eluitur: Hoc laniorum opus fuit: Ubi eum coci accepere, querna & quadrata trabe induitur, collum & caput fune alligantur, reliquum corpus ferreis cuspidibus per cava ad id comparata immissis constipatur. Versatur in tertium diem rotabili machina trabs, & supposita sartagine liquamen non flamma, sed prunis asso expressum recipitur, &c.) ita non tantum in Germaniâ nostrâ, quando Rex Rom. coronatur, fieri consuevit; verum etiam in Italia, quando Carolus V. à Pontifice Bononiæ coronam suscepit, observatum fuit, ac quadamenus in Turcia quoque in usu est, probante *Limn. ad A.B.c. 27. §. 4. obs. 6.* nec non in regno Sueciæ, notante *Thuldeno ad Annum M DC LIV.* Originem autem moris hujus credit *Höppinck. de insignib. & armor. prisco & novo jure c. 2. §. 7. sect. 2. membr. 2. num. 856. p. 149.* deductam à Triumphis Romanorum, qui cum solenni pompa per Urbem in Capitolium Imperatorem ducerent, taurum ibi immolarunt, & splendidum appararunt convivium. *Conf. Sigon. lib. 1. antiquit. Civitat. Rom. pag. 81.*

42. Succedit equo vectus Palatinus, Imperii Archi-Thesaurarius, vel ejusdem Vicarius, Comes de Sinzendorff, missilia i. e. nummos aureos & argenteos Imperatoris effigie, die & anno coronationis insignes spargens, equo

nummorumque parte Vicario relictis. Initium hujus rei fecit Palatinus primùm in coronatione Ferdinandi IV. Regis Rom. anno 1653. ubi nummos projecit, in quorum (argenteorum scil.) uno latere inscriptio talis est: FERDINANDUS IV. HUNGARIÆ & BOHEMIÆ REX CORONATUS IN REGEM ROMANORUM XVIII. JUNII M DC LIII. in altero latere videtur Sceptum attingens solem cum transversâ inscriptione: PRO DEO ET POPULO. In Imp. Leopoldi inauguratione anno 1658. d. 1. August. & Josephi d. 16. Januar. 1690. facta rursus officium hoc in nummis spargendis inchoavit Palatinus, per Vicarium de Sinzendorff/ perficiens. Ita enim in relationibus istius actus legitur: Churpfalz ohngefähr 10. oder 12. Schritt von von der Römer Thür / unter das Volck reitend / und das erste Geldt außwerffend / begab sich hernach bald wider auff den Römer-Saal: Gleich hernach præsentirten sich beyde Herrn Graven von Sinzendorff als Erb-Schatzmeister / und wurffen in den Schrancken herum biß wieder zum Römer das übrige Geld unter das Volck / immittelst die Trompeter sich hören liessen. De posteriori verò Thucel. pag. 74. ita: Chur Pfaltz / als deß Reichs Ertz-Schatzmeister / verrichtete seine Function von dem Rathhauß mit dreymahliger Auß-

Außwerffung der guldenen Crönungs-Müntze/ auff welcher eine Soñe/ darunter ein Schwerd mit einem grünen Lorbeerzweig umbwunden/ nebst dem Königlichen Symbolo: AMORE ET TIMORE. Und war auff der andern Seiten die Römische Reichs-Crone mit der Unterschrifft: JOSEPHUS, REX HUNGARIÆ CORONATUS IN REGEM ROMANORUM AUGUSTÆ, die 26. Jan. 1690. die übrige Silberne Müntz hat der Erb-Schatzmeister Herr Graff Theodor von Sintzendorff zu Pferd unter das Volck außgeworffen.

43. Agmen claudit Rex Bohemiæ, Imperii Archi-Pincerna, vel ejus Vicarius super equo scyphum argenteum, juxta *A. B. cap. 27. §. 5.* (quem tamen Historici Bohemi, quorum meminit *Lehmannus lib. 7. Chron. Spir. c. 35. p. 781.* aureum fuisse dicunt eo in actu, quem ipsi describunt) vino aqua mixto plenum Imperatori porrigens. De scyphi capacitate *A. B.* nil exprimit, aliqualis tamen conjectura ex pondere 12. marcarum desumi potest, eum capacitatis esse non exiguæ. Impletum esse vult Constitutio, ubi veró & à quo impleatur, silet. Extra locum convivii impleri ab Imperatoris Triclinario, atque Archi-Pincernæ tradi, conjecturam capit *Limn. ad d. §. 5. obs. 15.* ita ut ipse equo insidens usque ad ædes, ubi convivium agitur, eum ferat & ibi de-

descendens ab equo, Imperatori, potum instar Pincernarum aliorum prægustans, exhibeat. Quod quando fieri debeat in *A. B.* non indicatur aliter, quam quod id tunc, cum cæteri Electores munia sua impleverint, fieri debere dicatur. Conjecturatur ergò *Limnæus* hoc fieri mensa jam cibis oneratâ & Imperatore illos capiente, cum apud *Goldast. in Polit.* Reichshandeln/ *p. 3. Disc. 2. p. 154.* dicatur id factum, Als Ihre Majestät (Kayser Carl der Fünffte) ein wenig gessen hatte. Scyphum & equum Sub-Officialis, Pincerna de Limburg, sibi servat.

44. His solennibus absolutis, Comites & Barones Imperii ad id selecti & requisiti cibos pro Imperatore paratos ad mensam ejus afferunt, quemadmodum in relatione Coronat. Leopoldi legimus, daß damals durch 50. Graffen die auffgetragen worden/) accumbit Imperator, Electorum Ecclesiasticorum seniore mensæ benedictionem prius peragente; Tum Ecclesiastici, eo, in cujus Diœcesi actus fit, in medio procedente, argenteo baculo suspensa Sigilla & typaria Imperialia apportant, (Typarii nomine hic venit instrumentum, quo ad incudendam in ipsis Bullis Principis imaginem, & arma utebantur. *Mallinkrot. de Archi-Cancell. Imp. lib. 1. p. 179.* Conjunguntur autem à Carolo IV. in *A. B. c. 26. §. 2. c. 27. §. 2.* Sigilla & typaria non quod diversa sint, sed ut constet, sigil-

ſigillum hic nihil aliud ſignificare, quam typum cui inſculpta eſt facies & forma ſigilli, quam per impreſſionem communicamus materiæ, cujus uſus eſt in ſigillis. *Limn. ad A. B. c. 26. §. 2. obſ. 4.)* ante Imperatorem in menſa decenti reverentiâ deponentes, quibus ſingulis redditis, baculum Vice-Cancellarius jure dominii, Sigilla verò in cuſtodiam, recipit. Ille tamen in cujus Archi-Cancellariatu ſolennis Curia celebratur, majus Sigillum Imperatorium, durante convivii actu, teniâ vel catenâ collo appenſum, & ad pectus usque dependens, gerit, ut admoneatur, nihil eo ſignari aut confirmari debere, niſi quod intimo cordis ſinu complexum, atque totius animi ſententiâ ratum & comprobatum habetur, quodque nullo modo retractatum aut refutatum velit unquam. *A. B. cap. 27. §. 2. ubi Limn. vide.* Convivio autem finito, Imperatorem ita ad aulam usque concomitatur, ad diverſorium reverſus per aliquem de ſuis Cancellario Aulæ Imperialis ſive Vice-Cancellario Imp. illud ſuper equo remittit, quem unà cum baculo iſto hic ſibi pari jure, ac Secularium Vicarii ſuorum Principalium Inſtrumenta ad Officia expedienda adhibita, vindicat. *A. B. d. l. ibique Limn.*

45. Cum autem Imperator accumbit, & Electores, peractis officiis ſuis, ſuas occupant menſas, ſinguli ſingulas, ex *A. B.* ſex, ex moderna

derna consuetudine tribus pedibus Imperatoriâ, Imperatricis verò si adest, ex præscripto *A. B.* tribus, ex observantiâ verò uno pede depressiores, uno vel duobus pedibus tamen Principum tabulis elatiores, sequenti ordine collocatas.

Mensa Imperatoris.

Mensa Moguntini.	Mensa Coloniensis. *Ubi convivium hoc exhibetur in Diœcesi Colon. Coloniensis Mensa ita locari debet, ut ad dextram Imper. loco primo, & eo casu Moguntini ad sinistram stet. A. B. c. 3. §. 2. c. 4. §. 1.*
Mensa Bohemi	

Mensa Trevirensis.

Mensa Bavari.	Mensa Elect. Saxon.
Mensa Brandeb.	Mensa Elect. Palat.

vid. *omnino Limn. ad A. B. c. 28. §. 3. Obs. 2. 3. 4.*

Electorum præsentium mensæ conspiciuntur cum tegumentis (Himmel/ nos dicimus) & credentiis, in quibus singuli sua suppellectilia aurea & argentea ostentant. Principum verò tabula Baldachino caret. Quatuor Civitates *Norimberga*, *Aquisgranum*, *Colonia*, *Francofurtum*, in separato proximo prandent con-

conclavi, singulæ singulas suas dum statuerunt mensas, à dextro Aquisgranensis, Nornbergensis, à sinistro Coloniensis, Francofurtensis, cum separatis suis credentiis, hodiè uni assident mensæ. Ratio autem quare Aquisgranum, Nornberga, ad hoc convivium vocentur, est, quod ornamenta ad actum coronationis conferant, Francofurtum autem adjungitur ipsis, quia ibi ordinariè Imperator eligitur. Quod verò Coloniam attinet, ab aliis cum *Limnæo* rationem audire desidero. Convivantur omnes laute, sumptibus Cæsaris, fluente interim ex fonte vino albo & rubro, jactoque è culina pane similagineo.

46. Finito convivio Imperatorem ad Palatium & Conclave comitantur, ubi acceptâ ab illo cum gratiis abeundi licentia, singuli se ad discessum præparant.

CAPUT III.

De Electione Regis Romanorum Extraordinaria.

HActenus vidimus, quomodo Electione Ordinaria Caput Imperii constituatur restat ergò, ut nunc promissi memores de Extraordinariâ quoque aliquid subjungamus.

2. Est autem *Electio Extraordinaria*, *qua vivente Imperatore*, *vel cum*, *vel sine hujus consensu*, *ab Electoribus Rex Romanorum*, *qui absente*

ſente vel impedito Imperatore Imperium regat, ac moderetur, mortuoque ipſo, ſine ulteriore electione in nomen, dignitatem & poteſtatem ejusdem ſuccedat, interregno raro felici evi ando, eligitur. vid. *R. I. de anno 1559. pr.* ibi: Uns als hiebevor erwehlten/ beſtätigten/ und gekrönten Römiſchen König/ auch Ihrer Liebden und Käyſerlichen Majeſtät/ im Fall der Erledigung deß Kayſerthums ungezweiffelten rechten Succeſſori &c. & *R. I. de anno 1565. pr.* ibi: daß wir gleich bald nach tödlichem Abgang gedachtes unſers geliebten Herrn und Vatters/ Uns der Adminiſtration deß Erledigten Käyſerthums unterfangen/ ꝛc.

3. Sunt, qui hanc Electionem Regis Romanorum non è re Imperii eſſe cenſent, quod per eam libertati Principum & Electorum minus bene conſuli videatur, facilèque ſub prætextu hujuscemodi Electionis Imperatores ſucceſſionem hereditariam affectare queant. Ita enim *Dn. D. H. in deſcriptione Imperii p. 2. c. 4.* Zuvorderſt iſt zu erinnern/ daß/ ob ſchon mehr exempla, daß ein ſolches (ſc. quòd electus Rex Rom.) geſchehen/ vorhanden/ daß es doch der Güldenen Bull nach/ und von Rechtswegen nicht ſeyn ſolte/ weil dieſelbe der Wahl nur auf den Fall gedencket/ wann das Reich erlediget/ und alſo kein Regierer und Haupt deſſen vor Augen iſt/ zu geſchweigen/ daß dadurch denen Weltlichen Churfürſten/ welchen deß Reichs Ver-

Verwaltung / und das Vicariat in solchen Fällen durch die Guldene Bull anvertrauet / an Ihrer Gewalt / Recht und Ansehen merckliche Verkleinerung und Abbruch zugezogen wird / indeme sie ihre Jura nicht exerciren köñen / noch sich deren prævaliren können. Item hat es das Ansehen / ob wären sie zur Interims Regirung deß Reichs nicht gnugsam / und fället auch endlich das mit ein / wie man im vorigen Seculo bey Erwählung Ferdinandi I. trefflich gefochten / und sich darinn gar Bayern denen Evangelischen associret und zugesellet / daß dadurch allmählich eine Erbligkeit einschleichet / und die freye Wahl denen übrigen Fürstlichen Häusern / indem der regierende und lebende Käyser immer lieber seine Kinder und Agnaten / denn andere / an der Seiten zu haben suchet / abgeschnitten / und auch denen benachbarten Fürsten und Potentaten nicht wenig Nachdenckens verursachet wird / rc. Unde etiam quidam hanc Electionem coactam, sicut eam, de qua præced. cap. agimus, liberam vocant. Sed minus benè. Habent enim in ea Electores non minus libertatis, quam in ea de qua cap. præcedenti actum, ut ex infra dicendis constabit, & Reip. tranquillitati, quæ utique certæ successioni innixa est, quàm optimè potius per eandem consulitur, *Conringii* judicio.

4. Ori-

4. Originem autem ejus quod attinet, ab antiquissimis usque temporibus equidem simulacra quædam illius deprehenduntur. Florente enim Carolina Francorum Regum, Imperatorumque familia, tantum non semper filii à parentibus vivis nunc in spem successionis, nunc in communionem dignitatis Regiæ & Imperatoriæ adsciscebantur. In Saxonica, Suevica, & Austriaca Imperatorum stirpe pòst similiter sæpissimè vivis adhuc parentibus filii successores designabantur. Sic e. gr. Ottoni I. adhuc superstiti Otto II. Huic rursus Otto III. Conrado II. Saliquo Henricus II. Friderico I. Henricus VI. Friderico II. initio Henricus, mox & Conradus. Friderico III. denique Maximilianus I. successores destinati sunt. Sed hæc, & si quæ remotioris seculi exempli, ab arbitrio Impp. maximè pendebant, factique adeò potius speciem, quam juris habebant. Quâ hodiernam verò rationem inspecta vix ultra Ferdinandi I. tempora originem referre videtur. Cum enim illum Carolus V. frater in Regem Rom. eligi desideraret, magna ac multa inter Imperatorem & Electorem Saxoniæ, ejusque Socios, Confœderatos Smalcaldicos, de hujus Electionis jure oriebatur disputatio. Carolus V. Imp. pro Rege Rom. eligendo has proponebat rationes: *quia ipse diversis regnis atque populis imperaret, neque posset continenter esse in Germania,*

nia, quia turbulentus admodum esset & periculosus orbis Christiani, imprimis verò Germaniæ, Status, propter dissidium religionis, propter vim atque potentiam Turcarum, propter nuper excitatam seditionem atque bellum rusticorum, & quum per Imperium multa inofficiosè fierent ac minus obsequenter &c. Elector Saxoniæ verò & Socii Electionem Ferdinandi I. omnibus modis improbantes à Cæsare desiderabant, *ut si, remoto Ferdinando, nihilominus ipsi opus videretur aliquo, tanquam Coadjutore, ut tum, de voluntate, Consilioque Principum Electorum, Legem Carolinam interpretaretur, & Edicto sanciret in perpetuum, ut quidem jure fieri deberet in hunc modum; Ne videlicet posthac unquam vivo Cæsare crearetur Rom. Rex, nisi primum Electores, & his adjuncti sex alii Principes Imp. judicarent, ita fieri oportere; & cum appareret ex usu Reip., ut tum Moguntinus Collegas & Sex reliquos Principes, ad locum idoneum, amplius deliberandi causa conscriberet; & ubi rem omnem diligenter expedivissent, tum soli Principes Electores, & his adjunctus Bohemiæ Rex creandi Regis potestatem haberent. Romanorum Rex vivo Cæsare creatus non suo, sed Cæsaris tantum nomine Remp. administraret, nec ullam sibi potestatem aut imperium arrogaret. Principes ac Ordines Imp. non tenerentur ei ullâ fide vel jure jurando, nisi post mortem Cæsaris. Cum crearetur novus Rex, non aliter, quam ex formula Legis Carolinæ juraretur, ne-*

quæ esset in Electorum potestate, formulam hanc immutare. Qui contra jusjurandum illud fecisse convictus, aut alioqui in gravem suspicionem veniret, neque se purgaret, is omni jure Electoratus in perpetuum careret. Posthac ex eadem Principum familia, tres Reges ordine non crearentur, vitandæ præscriptionis causa. Nullus crearetur Rom. Rex, qui non sit ex aliqua German. Principum familia progenitus. Quæ Lex Carolina sancivit de creatione Regis, ea neque Cæsar, neque Rom. Rex mutaret. Cum Electoribus appareret, creandum esse Regem, necesse non haberent hoc ante denuntiare Cæsari, neque Cæsari in eo casu liceret Moguntino mandare, ut Electores convocet. Sed cum justis de causis videretur, quibus oportet, Cæsare superstite Regem Rom. esse creandum, Moguntinus Francofurtum Collegas ad certum diem convocaret, neque esset in ipsius potestate conventum alio loco indicere, nisi Collegæ, gravibus de causis, id permitterent. Coronam, Sceptrum & alia Imperii ornamenta, Moguntinus à Norinbergicis minimè peteret, nisi assentirentur Collegæ. Trimestre illud spatium, quod à denunciatione Principibus datur, ut conveniant, non diminueret. Imperii enim & Reipub. plurimum referre, si forte unus, & item alter, tempore exclusi absint. Intereà, dum Francofurti deliberarent Electores omnes alii excluderentur. Si quid harum rerum violaretur, tum Electores non tenerentur, vel eò venire, vel permanere, & quicquid actum ibi fuisset, irritum habere.

beretur, *&c.* vid. *Sleidan. lib. 8. Histor. p. 129.* qui *seq. lib. 9. p. 140.* quoque explicat, quæ ex his conditionibus postea receptæ fuerint, quod quoque patet aus dem Cadawischen Vertrage / quem exhibet *Horleder lib. 3. de Caus. belli Germanici c. 13. p. 688.* nempe Das künfftiglich / wann bey Leben eines Römischen Käysers / oder Königs / ein Römischer König soll erwehlet werden / alle Churfürsten zuvor zusamen beschieden werden / davon zureden / ob Ursach gnug vorhanden / und dem Reich fürträglich sey / einen Röm König / bey Leben eines Röm. Käysers / oder Königs / zuerwehlen. Und wann sie sich deß vereiniget / daß alsdann / und nicht ehe / die Churfürsten / vermöge der Güldenen Bull / sollen zu Königlicher Wahl erfordert / und zur Wahl geschritten / und derselben Gulden Bull unverrucklich in allem nach gegangen werden: Und wann in dem Fall etwas anders fürgenommen würde und ergienge / daß dasselbe nichtig / und durch ein Decretum irritans deß Käysers cassirt sein soll ꝛc. Wie es aber der Persohn halben / die zum Römischen König zuerwehlen / und nicht Teutscher Sprach und Zungen wäre; auch ob zween / drey / oder mehr Römische König / auß einem Hauß nacheinander erwehlet werden sollen / darum sollen sich die Churfürsten inwendig vor bestimter Zeit / vergleichen und vereinigen / und solches in Ihrer Vereinigung geordnet werden. add. *Limn. ad Capitul. Ferdin. I. proœm.*

S 2 verb,

verb. Mit folgender Genehmhaltung und *Ratification* p. 423. seqq.

5. Insertum postmodum optimo consilio Matthiæ & sequentium Imp. Capitulationibus, quod Electoribus, statu & salute Imperii id exigente, Regem Rom. Imperatore etiam invito, eligendi Jus fasque dehinc esse debeat, tum ob alias causas, tum maximè, ne successor in incerto sit, atque *ut sic prava aliorum spes cohibeantur*, quæ verba sunt *Taciti lib. 3. annal. c. 56. num. 3.* Ita enim legitur *Capit. Matthiæ art. 35.* Insonderheit sollen und wollen wir 2c. die gemeldte Churfürsten / ihre Nachkommen und Erben / zu jederzeit / bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs / dieselbe so offt sie es einem Kayser zu behülff / oder sonst dem Heil. Römischen Reich nohtwendig / oder nutzlich befinden / auch bey lebzeiten eines Röm. Kaysers / mit / oder / wann derselbig auff angelegte Bitt der Churfürsten / ohne gnugsame erhebliche Ursachen / verwegert werden solte / ohne eines regierenden Kaysers consens vorzunehmen 2c. Utut ergò antehac quis dubitare haud immeritò potuerit, utrum fas, reluctanti etiam vivo Cæsari adjungere Adjutorem, seu alium aliquem tantùm in spem certam successionis, quoniam & lege nullâ de hoc quicquam cautum (*A. B.* enim de hac extraordinaria, ut vocant, Regis Rom. electione nihil definit, sed tantùm electionis, sede Imperatoriâ vacante, insti-

instituendæ, meminit, nec verba: *Quotiescunque & quandocunque &c.* quæ habentur, in *c. 1. §. 1.* laxiore interpretatione ad alios casus trahenda, sed ex aliis locis (*c. 4. §. 2. c. 5.* in hunc sensum: quoties & quando in posterum Imperium vacabit, & sic casus electionis Regis Rom. ex necessitate emerget &c. explicanda, ut contra *Arumaeum ad A. B. Disc. 2. th. 13. & Carpz. de L. R. G. cap. 11. sect. 3.* quos sequitur *Bechmann ad A. B. Ex. 2. num. 25. 26.* probè advertit *Limn. de I. P. l. 2. c. 15. num. 23. seqq. ibique in addit. tom. 2. & ad Capit. Ferdin. I. in proœm.* verb. mit folgender Genehmhaltung ꝛc. *num. 15. seqq. Dieterich. ad A. B. c. 1.* verb. *In Imperatorem promovendi &c. p. 15. Conring. ad Lampad. p. 3. c. 2. num. 6. & 14.*) & exemplo res carebat; (nam quæ contigerunt Carolo Crasso, Henrico IV. & aliis, huc allegari nequeunt, quoniam illi simul fuerunt abdicati,) hodiè tamen post latam Capitulationis legem nulla superest ampliùs dubitandi ratio, imò vi *Capitulationis Leopoldi, & Josephi* ne quidem consensum Imperatoris humiliter ab ipso petere adstricti sunt Electores; Verba enim illa: Wann derselbe auff angelegte Bitte der Churfürsten ohne erhebliche gnugsame Ursach verweigert werden solte / ꝛc. quæ in *Matthiæ Capitulatione d. art. 35.* & in *Ferdinandi II. art. 34. Ferdinandi III. art. 38. Ferdinandi IV. art. 36.* habebantur, in *Leopoldinâ*, ad Statuum Imperii

monitum, omissa sunt, *art. 36.* ut & in Capitulatione Josephi Regis Rom. *art. 35.*

5. Expeditur hæc electio Regis Roman. æque ut ea, de qua præced. capite egimus, ab Electoribus, quorum quoque hactenus fuit, videre, an sit è re Imperii, ut eligatur Rex Romanorum vid. *Capit. Ferdin. III. art. 38.* hincque causas eligendi Romanorum Regis ad arcana Collegii Electoralis refert *Dn. Dieterich. ad A. B. c. 1.* Sed in *Instrum. Pac. Osn. art. 8. §. habeantur &c.* cautum, quod de electione Regis Rom. in Comitiis universalibus, communi Statuum consensu, agi & statui debeat, hincque jam & cæteri Status sibi jus cognoscendi de causis Rom. Regis eligendi vindicant. Sic enim anno 1652. Luneburgi Ordines Circuli Infer. Saxon. in πρεσβείᾳ: Dieweil an Erwehlung eines Römischen Königs den sämptlichen Ständen hoch angelegen / damit das Römische Reich in seiner Form / und legibus fundamentalibus unverruckt bleibe / so ist nicht unbillich / wann bey Lebzeiten eines Römischen Käysers ein Römischer König zu erwehlen / daß dessen Ursach sämptlichen Ständen eröffnet / und mit ihnen zu Rahte gestellet werde.

6. Finis electionis hujus duplex est 1. ut Imperium in certo habeat successorem, nec quicquam turbulenti ex ambigua post electione vel interregno metuendum habeat. Equidem confusionibus, vacante Imperio Remp. turbare

bare solitis, saluberrima illa Caroli IV. in A. B. duorum Imperii Vicariorum confirmatio obices quodammodo posuit, attamen ubi bellum externum vel civile imminet, aut Respubl. vicinæ bellis ardent, sicque major spe metus est, quid ni tempus sit cavendi? Tutius subinde est, à periculo longius abesse, quam superandi illius incertâ spe teneri. vid. *Burgold. p. 3. Disc. 4. th. 2. in med.* 2. Ut absente fortè Imperatore sit, qui vices ejus obeat, Imperium moderando.

7. Specialia ejus potissimùm sunt sequentia: Si Rex Romanorum electus Imperatoris fortè filius, Deputatus Electoralis Collegii patri denuntiat filii dignitatem. Inde ille in conclavi comparens Electoribus primò gratias refert pro isto in Familiam suam affectu, suamque pollicetur operam & opem tùm in informando ad gubernationem tam arduam filio, tùm in ferendo, ubicunque res postulaverit, auxilio; dein filium quoque de grato erga Electores animo admonet. Sic Gloriosissimus Imperator Ferdinandus III. Ferdinando IV. filio 31. Maji An. 1653. Augustæ in Reg. Rom. electo, postquam Electoribus gratias egisset, filium electum allocutus: *Et Tu*, inquit, *Fili mi, attende sis, quanta moli humeros supponas, proin quantopere opus habeas consilio & auxilio DD. Electorum, quorum propensa in nos studia grato per omnem vitam animo complectaris, atque ab eorum consilio pendulus, eos, ut par*

est, revereberis. Qui mox ex tempore gravi & concinnâ tùm ad Electores, tùm ad Dn. Parentem oratione perquam modestâ habitâ respondit, quæ in rem præsentem optimè fecerunt. Post actas ita gratias porta conclavis à Mareschallo reseratur, exeuntibus Electoribus & Rege electo, qui, dicto jam in Sacristia super Capitulationis punctis sacramento, ad summam aram deductus super eam ab Electoribus elevatur, (& si quidem omnes sunt præsentes, id omnes peragunt, si non omnes in persona adsunt, sed quidam per Legatos, hi ab elevatione illa excluduntur; sicuti & ubi impari sunt numero v. g. si adsint tres Ecclesiastici, & duo Seculares, duo solùm Ecclesiastici, uno excluso, cum duobus Secularibus id officium electo exhibent, ut numerus parificetur,) machinis campanisque & tubis ac tympanis interim sonantibus & applaudentibus. Sic elevato Brandenburgicus Coronam detrahit, à Palatino reponendam. Rege de altari levato, Vicarii mensam accedentes recipiunt insignia, Electoribus si adsunt tradentes, absentibus autem illis sibi servantes, & competenti ordine Regem in solium deducunt, singulis sedes & solita latera tenentibus. Hinc unus ex Capitularibus Moguntinis, & ordinariè quidem Præpositus, der Thum-Probst / omnibus electum denuntiat, quem postea splendido comitatu in palatium deducunt. vid. *Spreng. Inst. Jur. Publ. l. 1. c. 29. pag. 179.*

8. Rex

8. Rex Rom. vivo Imperatore in futurum ejus successorem electus (nam ille, qui in casu jam vacantis Imperii eligitur, mox in Cæsarem promovendus, etiam sæpius quidem hoc nomine Regis Rom. in *A. B. cap. 1.* venit, sed à Cæsare sive Imperatore ipso, non nisi nomine sive nominis sono ferè differt. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 1. Obs. 5. n. 4. & c. 2. §. 5. Obs. 5. n. 5.*) & Imperator differunt. I. Insignibus. Imperatoris enim est Aquila biceps; Regis Rom. verò Aquila simplex *Freher. ad P. de Andlo. lib. 2. c. 5.* cujus ratio redditur à *Limn. ad Capit. Ferdin. I. procem. pag. 443.* Dein Imperatorem Bulla, Regem Roman. Sigillo tantùm uti dicunt. Sed vid. *Capit. Ferdin. III. art. 46. Limn. ad Capit. Maxim. II. art. 18. n. 31. & ad A. B. Procem. Obs. 2.* II. Titulis. Imperator Semper Augustus dicitur; Rex Roman. tantùm Augustus. *Lib. de Pac. Constant. in pr.* quanquam in linguâ nostrâ vernaculâ discrimen hoc non observetur, sed in illa vocula **allezeit** vel **zu allen Zeiten** etiam à Rege Roman. usurpetur, & ab aliis eidem tribuatur. *R. I. Spir. de anno 1524. pr. R. I. Norinb. de eod. anno pr. R. I. de an. 1553 pr. R. I. de an. 1557. pr.* Imperator Regem salutat **Ihre Liebden** / *R. I. de anno 1544. §.* **Und dieweil aber wir / ꝛc.** Rex contrà Imper. **Ihre Majestät.** *R. I. de anno 1542. §.* **Damit auch solche Ordnung / ꝛc.** vel conjunctim **Ihre Liebden und Majestät.** *Ordin. Cam. p. 2. t. 7.* &

 intui-

intuitu reverentiæ Dominum suum *R. I. de anno 1555.* §. Solches alles und jedes/ ꝛc. ibi: Kayserliche Majestät / Unsern lieben Bruder und Herrn/ꝛc. III. Potestate. De potestate Regis Rom. autem non omnium eadem est sententia. Majestatem illi tribuunt *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 9. seqq. Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 3. c. 14. n. 16. Schüz. vol. 1. disp. 5. th. 3. lit. A. Limn. ad Capit. Rudolphi II. art. 23. n. 17.* (qui in eo *Schützio* contrarius, quod Schüzius Majestatem Imperatoris & Regis Roman. numero unam & eandem esse affirmet, Limnæus verò neget.) *Bechm. ad A. B. Ex. 2. n. 29. Dn. Lyncker. Dissert. de Commiss. Imper. n. 16.* & in *Disp. de Rege Roman.* lit. *E.* Contrà eam ipsi denegant *Otto de J. P. cap. 15. in fin. Paurmeist. de Jdict. l. 2. c. 5. n. 8. seqq. Wurmser. Ex. 3. q. 3. Carpzov. de L. R. G. c. 11. sect. 5. n. 23. Rümelin. p. 3. D. 2. th. 6. & ibid. Mylerus in addit. Carolus Scharschmid in System. Jur. Publ. c. 15. n. 4.* novissimè haud absonum esse putat, ponere potentiâ Majestatem in ipso, certis casibus exercendam, cum respectu tamen ad Imperatorem, in quo adhuc superstite ipso actu citra talem respectum eam cerni dicit. Et ita ferè etiam Dn. Lyncker *d. l.* & Dn. Kulpisius *in Thes. de Imp. Rege Rom. & Vicariis, th. 17.* sentiunt probabilissimè. Putant deinde *Paurmeist. & Carpz. dd. ll.* illam, quam demum habeat potestatem Rex Roman. ei competere ex delega-

legatione Imperatoris, ita ut omnia authoritate Imperatoriâ teneatur facere. Hocque comprobare videtur *Capit. Rudolpho II. præscripta*, ubi habetur, Wir wollen Uns auch keiner Regierung oder administration im Heilig. Römischen Reich weiters oder anders unterziehen / dann so viel Uns dessen von Kayserlicher Majestät vergönnet und zugelassen wird: daß wir auch Ihrer Kayserlichen Majestät / die Zeit ihres Lebens / an ihrer Hoheit und Würden deß Kayserthums kein Irrung oder Eintrag thun sollen und wollen. *art. 32. Ferdin. IV. art. 47.* Sed rectius dicitur illam esse ex electione, certo verò modo & tempore exercendam, quo faciunt *R. I. Spir. de anno 1542.* §. So hat dem allen nach / ibi: An statt und im Namen Kayserlicher Majestät / und für Uns Selbst. Qualis locutio occurrit etiam *in eodem R.* §. Hierumb und dieweil / ꝛc. *&* §. Damit solches alles / ꝛc. *it. R. I. de anno 1555.* So sich dann / ꝛc. *&* textus ubi ipsi Königliche Macht und Vollkomenheit tribuitur, ut *in all. R. I. de an. 1542.* §. Würde sich aber jemand / ꝛc. it. *R. I. Norib. de an. 1542.* §. Und damit aber das Zuziehende / ꝛc. *R. I. de an. 1555.* §. Wir setzen / ordnen und wollen / ꝛc. Ac denique text. *Capit. Maximil. II pr. Ferdin. III. art. 47.* verb. Bey Unserer Königl. und künfftigen Kayserl. Regierung / ꝛc. vid. *Schutz. v. 1. D. 5. th. 3. lit. B. & vol. 2. D. 10. th. 2. lit. D.* & ei rursus contradicentem *Limn. ad Capitul. Ferdin. I. art. 2.* vers.

vers. Auch für uns selbst/ etc. *& in addit. ad l. 2. c. 15. n. 38. tom. 2.* qui plures differentias collegit inter Imperatorem & Roman. Regem intercedentes *ad Capit. Maximil. II. artic. 18.* verb. Unser und deß Heil. Reichs-Stadt. *num. 51. seqq. p. 501.* Singulari modo novissimè Electus Rex Romanorum Josephus in Capitulatione sua ratione modi & temporis se ita obligavit: Wir sollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder Administration im Heil. Röm. Reich/ so lang Ihr Kayserl. Majestät im Leben/ oder nach dero Tod/ welchen GOTT lang verhüten wolle/ zu præjuditz der Reichs-Vicarien, welche immittelst die Reichs Administration führen/ die Expedition aber in unserm Namen verfügen sollen/ unterziehen/ biß wir das achtzehende Jahr Unsers Alters erreicht und angefangen haben; alsdann wir Uns durch einen Revers gegen die Chur-Fürsten/ nach Innhalt Unsers nach der Wahl gethanen Ayds/ anderst nicht/ als wenn wir denselben von neuem wieder abgeschworen hätten/ zu Vesthaltung dieser Capitulation nachmahls verbinden/ und die Regierung ehender anzutretten nicht befugt seyn sollen noch wollen. *art. 47.*

9. Conveniunt verò Rex Rom. & Imperator ratione dignitatis, salva tamen huic prærogativâ. Et hinc etiam vocatur Rex Rom. Caput Imperii post Imperatorem, *in R. I. de anno*

anno 1555. §. Vnd im Fall/ ꝛc. *R. I. de anno* 1564. §. So unterstunden sich/ ꝛc. & *in literis Caroli V. ad Commissarios suos Augustam ad Comitia anni* 1555. *destinatos datis die* 9. *Junii, ejusd. anni*, ibi: Seine Liebden als einen Römisch. König/ und nach Uns im Heil. Reich das oberste Haupt/ handlen und schliessen lassen/ quo sensu? vid. ap. *Limn. ad Capit. Maxim. II. art.* 18. verb. In unserer und deß Heiligen Reichs-Stadt. *n.* 20. *seqq.* Et Regi Galliarum præfertur à *Besoldo in Dissert. de Præcedent. & sessionis prærogativa, c.* 2. *n.* 5. *Quetta Cons.* 1. *Goldast. in Seniore, l.* 1. *c.* 16. *n.* 8. & *novissimè Jac. Andr. Crusio in tr. Pol. Jurid. Hist. de jure* προεδρίας, *lib.* 3. *c.* 2. & 3.

CAPUT IV.

De Potestate Imperatoris in genere.

POst constitutionem Imperatoris considerանda venit constituti potestas. Genuinam autem ac plenam Imperatoriæ potestatis cognitionem, cum *Clariss. Bœclero*, non ex *Goldasti scriptis Monarchicis*, seu *S. R. Imperii Monarchiâ contra Pontificias prætensiones adversus Imperium & Imperatores*, petendam, & 2. multò minùs de Augustâ Augusti Capitis potestate ex *L. Regia Veteri* judicandum esse, putamus, nec eam 3. rectè vocabulo reservatorum Imperatoris,

ratoris, Kayserlicher Reservaten/ includi, vel 4. Capitulationibus Cæsareis plenè describi (quamvis hæ sunt potissimum monumentum publicum in explicanda potestate Imperatoria adhibendum, hincque regula & norma Imper. potestatis *Lampadio* audiant. *p. 3. c. 16.*) Sed 5. eandem potius ex peculiari singulorum sum̃æ potestatis seu Majestatis jurium, à quorum nullo Imperator excluditur, in quibusdam verò solus habet arbitrium, consideratione investigandam esse, statuimus.

2. Jura illa Majestatis *Regalium* nomine insigniri notum est. In nominis hujus ratione designanda mire variant Feudistæ, aliis ex *Rege*, & *adverbio Græco* λίαν *Goth. Anth. D. F. 3. th. 6. l. b.* aliis à *Rege*, & *Germanico* Lehen/ quasi dicas Reichs-Lehen / id constituentibus; Sanè à *Rege* id esse, quivis facilè perspicit, fortè quod Majestas optimè omnium conspicua sit in Regno, & regnum species Rerumpubl. tùm antiquissima, tum laudatissima. vid. *Augustin. lib. 4. de Civ. Dei. c. 6. Arnis. lib. 1. doctr. Pol. c. 9. Jacob. Zevecot. in not. Polit. ad Flori prolegom. Livius lib. 2.* Jura Imperii, *Tacitus* Sacra regni vocat. Videntur autem describi posse, quod sint *Jura superiorem non recognoscenti, ac cui ille expreßè vel tacitè ea concessit, competentia ad salutem & decus Reip. tuendum.*

3. Ea quæ diximus Regalia, variis dividi solent modis. Primo à quibusdam dividuntur

in *Ma-*

in *Majora* & *Minora*. Sed quæ ad censum horum, aut illorum pertineant, propter variantes opiniones expeditu est difficile, atque hæc fortè difficultas eò redegit alios, ut eâ divisione proscriptâ aliam in ejus locum substituerint, & alia *personalia*, alia *fiscalia*, dixerint. Verum res, nisi fallor, eòdem redit, ut sic non opus fuerit à communi usu receptis terminis recedere, novaque præter necessitatem entia multiplicare. Et simplicissimum erit *Majora* illa vocare, quæ gubernationem, ipsumque Reip. Statum concernunt, qualia sunt potestas legislatoria, potestas constituendi magistratus, jus belli & pacis, jus extremæ provocationis &c. quæ ideò *personalia* dixeris, quod personæ & ossibus Principis adhæreant. *Minora* vero commoda & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel aliàs ratione Imperii ab eo, qui summam in Republ. potestatem habet, percipiuntur. Quæ utilia magis sunt Reip. quam necessaria, & ita quidem utilia, ut effectus utilitatis in privato quoque, aut inferiori quatenus tali, subsistere possint. 2. Alii Jura Majestatis ita distinguunt, ut dicant alia *primi*, alia *secundi ordinis* esse. Sed nec hæc divisio à priori differre videtur. Dicunt enim *primi ordinis* esse illa, quæ circa objectum dignius, quodque majorem ad impetrandum finem Reip. commoditatem afferat, versantur: *Secundi ordinis* autem, quorum objectum tantæ dignitatis & nobili-

nobilitatis non eſt. 3. Quædam *immanentia*, alia *tranſeuntia* eſſe dicuntur. Quorum *hæc* Majeſtatis ad majeſtatem inferunt reſpectum, eorumque vi Princeps cum Principe agit & contrahit, qualia ſunt jus belli & pacis, jus fœderis pangendi, mittendorum legatorum &c. *Illa* ipſi competunt in reſpectu ad ſubditos & limites Imperii non egrediuntur, qualia ſunt jus legum ferendarum, jus conſtituendorum magiſtratuum, jus ultimæ cognitionis & extremæ provocationis &c. 4. dividuntur in *Reſervata* & *Communicata*. *Reſervata* ſolent appellare ea, quæ pars quæpiam in Republ. mixta, vel ſimplici etiam, in qua modus adminiſtrandi à Reip. forma diverſus eſt, ut communis Politicorum ſchola credit eſſe poſſe, ſola uſurpat, neque reliquis cum partibus communia facit. *Communicata* vero dicunt, quæ in Republ. mixta una pars non poteſt ſine reliquarum præſcitu exercere.

4. Proximam ex his jam ad inſtitutum noſtrum accommodaturi dicimus, in Republ. noſtrâ Romano Germanicâ 1. quædam jura Majeſtatis competere ſoli Imperatori. 2. quædam Imperatori & Electoribus. 3. quædam Imperatori & omnibus Imperii Ordinibus ſive Statibus, ita ut citra horum conſenſum collegialem in tria conclavia, Electorum nim. Principum, (ſub quibus & Abbates, Prælati ac Comites comprehenduntur) & Civitatum diſtin-

ſtinctum, & relationem, correlationemque inter has tres claſſes factam, exerceri nequeant.

5. Solius quæ ſint Imperatoris, & Reſervata, Käyſerliche Hoheiten und Reſervaten/ vocantur, potiſſimum hæc à Dd. vulgò recenſentur.

I. Jus primariarum precum.

II. Jus indicendi ferias per Imperium, ſeu ferias generales conſtituendi.

III. Jus circa Academias.

IV. Jus creandi Reges, Duces, Principes, Landgravios, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Equites, Comites Palatinos, &c.

V. Jus circa Imperii Officia certo modo.

VI. Jus circa Statuum inveſtituras.

VII. Jus cognoſcendi de feudis Regalibus, vulgò Fahn- und Scepter-Lehen.

VIII. Jus cognoſcendi de privilegiis à ſolo Imperatore conceſſis.

IX. Jus cognoſcendi de controverſiis vectigalium, quæ ſunt inter Electores & alios Imperii Status.

X. Jus cognoſcendi de controverſâ Statuum Imperii ſeſſione & prærogativâ.

XI. Jus ultimæ cognitionis, ſive extremæ provocationis.

XII. Jus dandi veniam ætatis.

XIII. Jus famæ reſtituendæ.

XIV. Jus Legitimandi.

XV. Jus concedendi moratorias universales.
XVI. Jus nundinarum solennium.
XVII. Jus dandæ Civitatis.
XVIII. Jus Postarum generalium.
XIX. Jus absolvendi à Juramento, ad effectum agendi vel excipiendi.
XX. Jus proponendi in Comitiis.

6. Distinguuntur à *Sprengero* hæc reservata in ea, quæ aliis communicantur expedienda, & quæ non communicantur. Illius generis dicit esse: 1. Jus creandi Comites, Barones, Nobiles, quod Archiduces Austriæ & Duces Sabaudiæ &c. Imperatorio tenent privilegio. 2. Jus renovandi investituras feudorum regalium minorum, quod competit Senatui Imperiali Aulico. 3. Jus distribuendi quædam Aulæ Officia. 4. Jus absolvendi à Juramento ad effectum agendi, quod Cameræ etiam competit. 5. Jus conferendi honores Doctorales, legitimandi, famæ restituendæ. 6. Jus extremæ provocationis. *Hujus* vero generis ait esse: 1. Jus cognoscendi de feudis regalibus, de controversiis vectigalium, de privilegiis authoritate Imperatoria concessis. Sed de his omnibus Senatus Imperialis Aulicus etiam cognoscit. 2. Jus investiendi de Principatibus, jus confirmandi Academias, jus conferendi titulos Regum, Archi-Ducum, Ducum, Principum. &c.

7. Regalia Imperatori & Electoribus communia,

munia, vel *primò* unanimem omnium & singulorum consensum desiderant; vel *secundo* per majora expediuntur; vel *tertio* separatim literis declarato eorum consensu perficiuntur. Unanimem omnium & singulorum consensum postulant

I. Jus introducendi novi vectigalis, veteris augendi &c. vid. *Capit. Leopold art. 21. Josephi art. 20.* secus erat anterioribus Capitulationibus. vid. *Capitul. Ferdin. II. art. 17. Ferdin. III. art. 20. Ferdin. IV. art. 19.*

II. Jus stapulæ. vid. *Capit. Leop. art. 21. Josephi art. 20.* diversum in *Capitul. Ferdin. IV. art. 19.*

Per majora Electorum vota collegialiter quæ expediantur, hæc à Dd. recensentur.

I. Jus declarandi in Bannum, maximè Statum Imperii. vid. *Capitul. Leop. art. 28. Josephi art. 27.*

II. Jus concedendi regale monetæ. vid. *Capitul. Ferd. III. art. 35. Leop. art. 34. Josephi art. 33.*

III. Jus alienandi & oppignorandi bona Imperii v. *Capit. Ferd. IV. art. 9. Leop. & Josephi art. 12.*

IV. Jus feuda majora, die etwas würcklich es ertragen / Imperio aperta de novo conferendi. vid. *Capit. Leop. art. 30. Josephi art. 29.*

Quod separatim per Legationes & literas, non collegialiter, expeditur, est: Jus indicen-

 dorum

dorum Comitiorum universalium. v. *Capitul. Leop. art. 17. Josephi art. 16.*

8. Quæ præter Electorum, omnium Statuum requirunt consensum, & Jura Comitiorum, quod non nisi in Comitiis expediantur, dicuntur, sunt.

I. Jus legum ferendarum, interpretandarum, abrogandarum, vid. *Cap. Leop. & Josephi art. 2. Instr. Pac. Osnab. art. 8.*

II. Jus ponderis & mensuræ universalis per Imperium *art. 8. Instr. Pac. & Refor. Pol. de an 1530. tit.* Von Ellen / Maaß und Gewicht.

III. Jus corrigendi defectus monetæ. *Capitul. Ferd. II. art. 32. Leop. art. 33. Josephi art. 32.*

IV. Jus recipiendi quempiam in Statum Imperii, & dandi sessionem ac suffragium in Comitiis. vid. *Cap. Leopold. art. 44. Josephi art. 43.*

V. Jus excludendi & suspendendi Statum Imperii à voto & sessione. vid. *Cap. Leop. & Josephi art. 3.*

VI. Jus mutandi vel transponendi ac abrogandi Suprema Germaniæ Judicia, Judicia Provincialia Sueviæ, Cameramque Rothwilensem. *Instrum. Pac. d. art. circa fin. Cap. Leop. art. 18. Josephi art. 17.*

VII. Jus belli. v. *Cap. Ferd. III. art. 11. Leop. & Josephi art. 13. Instrum. Pac. art. 8.*

VIII. Jus imponendi tributa, sive collectas Imperiales. *Instr. Pac. d. art.*

IX. Jus

IX. Jus delectus & hospitationis militum. *d. art. Instr. Pac.* vid. tamen *Cap. Leop. art. 16. Josephi art. 15.*

X. Jus nova munimenta in Statuum territoriis extruendi, aut extructis præsidia imponendi. *d. l. Instr. Pac.*

XI. Jus Pacis nomine Imperii concludendæ. *cit. art. 8. Instr. Pac.*

XII. Jus fœderum pangendorum, sive in, sive extra Imperium. *d. art. Instrum. Pac. Cap. Leop. & Josephi art. 9.*

XIII. Jus mittendorum, & recipiendorum, Legatorum.

9. Non possumus, antequam ad specialem enumeratorum jurium explicationem transeamus, non albo hic notare lapillo fœdissimum *Vulteji lib. 1. de Feud. c. 5. num 6.* & antiquorum quorundam JCtorum, soli Imperatori Romano regalia de jure, cæteris omnibus Regibus, aut Rebuspubl. saltem usurpatione quâdam competere, contendentium errorem. Si enim hoc verum esset, solum Romanum Imperium genuinam Rempubl. esse, cæteras de facto saltim libertatem sibi ac Majestatem vindicare, admittendum foret. Sed istud quàm absurdum sit, quamvis iisdem & ipsis Romanis quoque olim, nescio an seriò, creditum. vid. *Joh. Schmidel. in Obs. ad Boxhorn. Diss. 1. de Imp. Rom.* ad verba: *In omnem licentiam* satis argutè ostendit *Alberic. Gentil. lib. 1. de Jur. Bell. c. 23.*

Grot. 2. de J. B. & P. 22. n. 13. Conring. de finib. Imp. c. 1. & 19. Nec id sequitur, etiamsi Imperio nostro præ cæteris Rebuspub. aliquam prærogativam ordinis ac splendoris concedamus, quam ipsi tribuunt Franciscus Carolus Dux Saxon. ap. *Lans. in Orat. pro German. Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 2. c. 7. Bœcler. in Diss. quam inscripsit: Sacrum Roman. Imperium. p. 3. Conring. de German. Imp. Rom. c. 11.*

CAPUT V.

De Iure Principis circa Sacra in genere, & in specie de Iure Primariarum Precum, & Iure constituendi ferias generales.

JUra Imperii præcedenti capite relata singula nunc exactius eo ordine, quo recensuimus, explicaturi, initium facimus à *Jure Primariarum Precum*, quod pars juris circa Sacra, quorum curam ad cujusvis Reip. Rectorem pertinere, haud facilè dubitaveris, si cum communi Politicorum schola supposueris, ad omnia illa Reipubl. Rectoris curam sese debere extendere, sine quibus beatitudo Civilis & Salus Reipubl. consistere ac obtineri nequit. Nam sine curâ religionis ac cultus divini & rerum Sacrarum nulla diu felix ac constans esse potest Respubl., id quod ingenuè pridem confessus est *D. Lactantius libr. de ira Dei. c. 12. Religio*, inquiens,

& ti-

& timor Dei soli sunt, qui custodiunt hominum inter se societatem. Rationem ex parte assignavit *Cyrus Major* ap. *Xenophontem de Ejusd. Institut. lib. 8.* ubi subditos suos hoc sibi addictiores, & ad omne virtutum, legumque obsequium proniores fore existimat, quo Dei essent metuentiores. *Ex parte*, inquam, nec enim dubium, quin in ipsis quoque Principum, Rectorumque animis ad æquius, humaniusque subditos regendos magna religionis vis sit. Hinc *Aristot. 5. Pol. 11.* Principem hortatur, ut seriò ante omnia religionem curet, aut minimum curare se simulet; Et Numa Pompilius secundus Roman. Rex religionibus & divino jure populum devinxisse fertur. *Tacit. 3. Annal. 26.*

2. Ex dicto principio facilè quoque definitu est alterum, quousque nempe cura Sacrorum ad Civilem pertineat potestatem, & quinam limites sint, quibus (ut *Lampadius* loquitur) officium regium & sacerdotale distinguantur. Scil. quantumcunque religionis facit ad salutem civilem, id etiam ad civilis Imperii pertinet curam, quod verò ab ista alienum, illud quoque non subest Principis Secularis curæ atque facultati.

3. Cæterum hic præsupponendum (quod optimè tradit *B. Calixt. in Compend. Theol. moral. tit. de legibus p. 65.*) DEUM ad duplicem finem humanum genus dirigere, naturalem alium, qui homini secundum se & pro præsenti sta-

ti ſtatu conveniat, alium ſupernaturalem, limites naturalis felicitatis longe excedentem. Utrique diverſas leges, diverſamque ſui cognitionem accommodaſſe; Priori quidem tales, quæ non ſupra vires humanas poſitæ, naturali cujusque lumine paterent, cum, quæ ad poſteriorem obtinendum faciant, per naturæ vires nec cognoſci, nec impleri poſſint, adeoque ad hoc, ut cognoſcerentur, peculiari revelatione ac ſupernaturali ope ſive gratia indiguerint. Unde colligitur, cum omne civile Imperium non ad aliam, quàm naturalem duntaxat felicitatem dirigatur, ea, quæ ad ſupernaturalem illam ac cœleſtem beatitudinem ſpectant, ab illius arbitrio & directione nullatenus pendere, adeoque de naturali tantùm Theologia (cujus capita collegit *Grot. libr. 1. de verit. Relig. Chriſtian.*) accipienda eſſe, quæ antea de neceſſitate religionis ad civilem ſalutem dicta ſunt.

4. Licet autem non omnium Theol. naturalis capitum ad beatitudinem Civilem par ſit neceſſitas, negari tamen non poteſt, ſi nihil horum ſit, quod ſequior in Republ. ſuperſtitio corruperit, quin longè hæc felicior cenſeri queat ac debeat. Apparet itaque hac ex parte omnino exactam ejus curam ad civilis Imperii moderatores pertinere. Et quidem cum Reip. Salus non contenta ſit exteriori ſaltem religionis ſpecie, vanaque rituum ſolennitate,

ſed,

ſed, ut ipſa doctrina ac præceptis hujus Theologiæ rectè imbuti ſint animi civium, requirat, ideò nec officium poteſtatis civilis externis tantummodo iſtis adhærebit, quod *Lampad. p. 1. num. 19. ſeqq.* nimis generaliter affirmat, notante quoque ibidem Conringio, ſed vel maximè ad ipſa quoq; doctrinæ hujus penetralia progredietur, non ut quicquam circa ea mutet, id enim in nullius hominis eſt poteſtate, verùm ut id omne agat, quo illam omnes ſubditi animis amplectantur, opereque exerceant, quod tribus commodiſſimè fieri poterit mediis: Cura rectæ educationis, cura aſſiduæ inſtitutionis, denique propoſitis præmiis & pœnis.

5. Proſpiciendum autem eſt in primis Supremæ poteſtati civili, ne Atheiſmus, ac Superſtitio, quæ omni religioni ſunt contraria, ſeſe ingerant in Rempublicam. Atheiſmo enim nulla gravior peſtis Reipubl. oriri poteſt. Unde *Plutarchus Libr. adverſ. Colot.* non immerito cenſuit, facilius eſſe, ut urbs ſine ſole, quam ſine opinione de Diis Respubl. perſiſtat, & melius falſam habere religionem, quam nullam, multis rectè obſervatum. vid. *Bernegg. quæſt. 48. in Tacit.* Si quos ergò omnem ſenſum ac reverentiam Numinis divini abjeciſſe comperiat, eosdem coërceat, maximè ſi aliis eandem impietatem perſuadere laborent. Superſtitio autem, (quæ eſt perſuaſio voluntatis divinæ de eo, quod tamen DEUS nunquam

voluit) etsi, si præter jus aut religionem naturalem inducatur, aliquando Reipubl. præsidio esse possit. Exemplum vid. *apud Curt. lib. 4. c. 10. ibique Joh. Freinsheim. Tacit. l. 1. Annal. c. 28. ibique Forstner. pag. 103. seq.* Conf. *Bernegg. d. quæst. 48. Savedr. Emblem. 27. Rupert. Diss. Pol. ad Valer. Max. l. 1. c. 2. & 3. num. 30.* Si tamen pro voluntate divina obtrudatur, quod oppugnet ac destruat præcepta Theologiæ naturalis, quin tum ea maximè bono publico nocere possit, non facilè quisquam dubitaverit. vid. *Flor. lib. 3. cap. 20. ibique Jacob. Zevecot. in Observ. Polit.*

6 Hactenus ergò indubium est, à quo Summæ in Imperiis Potestates vim regiminis publici consecutæ sunt, ab eodem tributum quoque iisdem fuisse jus curandorum Sacrorum, quatenus sine iis tuta satis ac beata esse nequit Respubl. Et cum quidem non fortuitò, vel sola institutione humana, sed ab ipso altissimo Numine tanqnam fonte suo omne extiterit Imperium, hanc quoque ejus partem summæ rei moderatores divina authoritate justissimè exercebunt, nisi aut ipsi hactenus ultrò jus suum communi consensu alteri permiserint, aut speciali mandato divino ea iisdem abrogata, unique generali ἱερομonarchæ vindicata constet. Certè ad hominis Imperium haud opus fuit eam deseri, cum Summi rerum Principes in his terris neminem habeant, ac ne habere

bere quidem poſſint, cujus legibus obligentur.

7. Sed Præſules Romani tamen utrumque hactenus ſibi arrogare viſi ſunt, tùm quod ſolis ſibi omnium ſacrorum cura à DEO nova lege imperata ſit, tùm quod omnibus Regibus, Principibusque ſuperiorem auctoritatem nacti, hos quoque mandatis ſuis obſtringendi facultatem habeant. Aſt divinæ illius conceſſionis nullum uſpiam exſtat vel leviſſimum indicium, ſive generale, ſive ſpeciale. Reges autem ac Principes ipſis ultro hanc ſui juris partem ceſſiſſe, tantùm abeſt, ut quisquam probare poſſit, ut potius in contrarium conſtet, quam invitis iis ac reluctantibus illud ſit ereptum, & quibusdam ne eripi quidem potuerit. Sanè in hoc nunquam ambitioni Pontificiæ conceſſerunt Reges Galliæ. Imperatores verò Romani, potiſſimè Henricus III. quem ideò, neſcio, cujus hæreſeos damnat *Baronius in anno 1046.* Item Henricus IV. & V. Fridericus quoque I. & II. denique Ludovicus IV. quantopere ſe magno ſæpe dignitatis ſuæ periculo oppoſuerint, Hiſtoriæ illorum temporum ſatis docent. Sed cum tamen obtinuerit tandem faſtus & protervia Hildebrandina, jamque per integra quatuor Secula, vix quoquam contradicere auſo, Hierarchiam ſuam exercuerint Pontifices, præſcriptione forte tuti, jusque contra Principes Seculares vel hoc pacto acquiſi-

quisivisse videri possint. Verùm neque hoc præsidio esse posse Pontificii Dominatus Assertoribus, accuratè ostensum fuit ab *Amplissimo Conringio, Disp. de Majestatis Civilis autoritate circa Sacra. th. 51. & seqq.*

8. Nobis paucis nunc quoque ostendendum, quid juris sit Summis rerum Principibus circa religionem revelatam. Ubi I. separanda ea à se invicem, quæ principaliter ita pertinent ad salutem æternam, ut nullum ex iis periculum in Republ. metui possit, & ea, quæ licet per accidens, morali tamen probabilitate, turbas movere in Republ. ejusque finem vel impedire vel promovere queant. II. Inter ipsa doctrinæ cœlestis, fideique salvificæ capita, eorumque usum & applicationem in civili societate, distinguendum. III. Denique inter ea, quæ Principis sunt, quatenus est Princeps Christianus. Quæ de Principe dicimus, de quavis summa potestate volumus intellecta. Equidem cura Evangelii, fideique Christianæ propagatio, quamvis ab initio Ecclesiæ omnibus Christianis pariter à Salvatore esset injuncta, (præterquam quod Apostolici muneris quædam peculiaria,) unde & Petrus omnes Christianos, qui per magnum tractum Asiæ majoris dispersi erant, hortatus, ut fierent Sacerdotium Sanctum ad offerendum Spirituales hostias gratas DEO per JESUM CHRISTUM *Epist. Prior. c. 2. v. 5. & 9.* Postea tamen, cum

cum singulis locis notabile incrementum cœpissent cœtus Christianorum, ut jam alter alterum in cura Evangelii, & administratione Sacrorum videretur impedire, propter εὐταξίαν placuit, ut suffragio cæterorum pauciores quidam eligerentur, qui soli in quaque Ecclesiâ sacra munia obirent. Qui ipsi ab hac electione (græc. voc. κλῆρος) seu sortitione *Clericorum*, à πρεσβεία verò, seu prærogativa, quam per hanc electionem accipiebant, *Presbyterorum* nomine insigniti.

9. Horum officium istis quatuor continebatur 1. doctrina Evangelii 2. exercitio potestatis clavium, 3. administratione Sacrorum. 4. morum correctione, quatenus his omnibus opus erat ad æternam salutem consequendam. Numerus illorum, invalescente cujusque loci Ecclesia, ipse quoque augebatur, qui æquales inter se quoddam Collegium constituebant; Sed unum tamen præcipuè tanquam ejus Ordinis Primum, & quasi Decanum, cæteri venerabantur. Hic κατ' ἐξοχὴν *Episcopus* appellatus. Cœpit tamen & iisdem primis temporibus, plerisque in locis, in eo eligendo totius Ecclesiæ sive populi consensus adhiberi, hinc electionem Episcopi, quæ fiat Cleri & populi suffragiis, Apostolicam vocat *Cyprianus Epist. 68.* Qui quidem mos obtinuit, donec Seculares quoque Principes, deserto Paganismo, Christiana Religione imbuti, suæ quisque Ecclesiæ,

clesiæ, tanquam membrum illustre adjungerentur.

10. Cum enim propter ingravescentem authoritatem Episcoporum apud populum, ipsius quoque Reip. interesse crederetur, si mutui amoris, publicæque tranquillitatis causa, beneficium tantæ dignitatis ipsi potissimè Principi acceptum ferrent, utque huic nonnisi tales adhiberentur, qui pacifici, mites, & à studio rerum novarum alieni essent, morumque sanctitate conspicui, civibus etiam ad vitæ innocentiam exemplo magis, quam doctrina, prælucerent, hinc à seculo ferè IV. factum est, ut Electus Episcopus non prius ordinaretur, donec à Principe vel Imperatore esset confirmatus. vid. *Conring. in Dissert. de Constit. Episcopor. Germaniæ* §. *20. & seqq.* ubi in sequentibus ostendit ad ætatem usque Henrici II. Imperat. qui seculo jam XI. floruit, eam adhuc consuetudinem, & in Imperio nostro, obtinuisse. Atque hoc unum est è præcipuis, in quibus sibi ad negotia Ecclesiæ cæteroquin proprie pertinentibus, aliquid præcipui vindicare potest Civilis potestas.

11. Deinde, si Ecclesiam ipsam varietate dogmatum distrahi contingat, cum hic plerumq; & distractio animorum sequatur, quæ ad factiones, discordias & graviores in Rep. motus occasionem præstare solet, neque hic videntur Summi Principis nullæ penitus esse partes. Quid

Quid enim altercationes & controversiæ de religione, maximè si accedat contumacia & æmulatio, ad turbandam tranquillitatem publicam, valeant, haud ignorarunt Romani, quorum legem exhibet *Valer. Max. lib. 1. c. 3.* & apparet exemplo Gallorum superiori, & Germanorum nostrorum eodem & hoc nostro Seculo v. *Benegg. q. 46.* Contra rectissimè adversus, Appionem *Josephus: Eandem,* inquit, *de Deo habere sententiam, nihilque vita & institutis inter se discrepare, pulcerrimam in animis hominum concordiam excitat.* Principis igitur Christiani erit, omnem operam dare, quo pacto ejusmodi controversiæ componi, atque sic ab hac parte imminens Reipubl. periculum tempestivè averti possit.

12. Non autem ipse Dictatoriâ auctoritate rem suo arbitrio dirimat, & alterutrâ dissentientium sententiarum imperatâ, assensus obsequium detrectantes compedibus, exilio, fustibus, ferro, flammis denique coërceat, quorum utrumque à fine civilis Imperii longe alienum esse liquet. Sed I. Summos atque in religione Christiana exercitatissimos Theologos undique in unum locum convocatos; regiaque liberalitate sustentatos, ad quæstiones controversas amico colloquio ex ipso verbi divini genuino sensu, sine omni affectu, sincerè definiendas exhortetur. Hoc semper ad se pertinere censuerunt Gloriosissimi quique Impe-

ratorum

ratorum, antequam hoc quoque per vim & injuriam ipsis eriperent Romani Pontifices. II. Non prohibetur Princeps, si maximè in Sacrosanctis literis ipse versatissimus sit, aut sententiam suam in ipso disquisitionis actu dicere, aut de iis, quæ decreta à Patribus sunt, priusquam ea confirmet, sana mente judicare. Quicquid enim sentiant Pontificii, horumque Antesignanus *Bellarminus lib. 1. de Conciliis & Ecclesiis c. 16.* extra Clericorum Ordinem in causis fidei brutorum instar esse omnes homines. Sanè *D. Johan. 1. Epist. c. 4. vers. 1.* omnibus Christianis præcipit, *nec cuivis credant Spiritui, sed ut eos probent, num ex Deo sint.* Si omnibus Christianis ea facultas est, ut dogmata fidei sibi proposita ante examinent, quam amplectantur, quis Principi, si is quidem Christianus Orthodoxus est, tanquam eminentissimo Ecclesiæ suæ membro, idem jus derogare ausit; Equidem id primos illos ac Gloriosissimos Imperatores, qui nostram Religionem professi sunt, citra ullius querelam aliquot secula usurpasse, neque ipse *Cusanus Cardinalis* diffiteri potuit *lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 16.*

13. III. Imperialis juris erit, & quæ Concilio decreta sunt, confirmare, promulgare, vimque adeò & authoritatem ipsis tribuere. Non quasi ante necessitas credendi hic nulla fuerit, sed ut jam publicè constet, has quoque esse partes illius Religionis, quam unice in

suâ

ſuâ Republ. obtinere, publicoque exercitio tractari velit Princeps. IV. Sed & ſine Concilio decernendi facultas tunc videtur competere Summæ poteſtati, ſi de iis quæſtiones oboriantur, quæ indifferentia, verboque divino, aut legitimo jam Concilio ſatis definita ſunt, cum ſic citra temeritatis ſuſpicionem faciat, quo uniformitas Religionis, magnum etiam Securitatis publicæ præſidium, conſervetur. V. Prohibebit Princeps, ne quicquam Orthodoxæ fidei adverſum in tota Republ. publicè præſertim propugnetur aut doceatur, utque erronei non pœnis quidem, exiliis, aut tormentis, ſed Elenchis, Orationibus & perſuaſionibus ad veritatem convertantur, operam impendet. Certè enim ſi omnes idem ſentiant, quin firmiſſimum illud concordiæ, mutuique amoris vinculum ſit, nemo dubitat. VI. Ad Principem pertinebit, de iis omnibus proſpicere ac diſponere, quæ ad exercendam in Republ. religionem ac pietatem Chriſtianam facient, idque tam *poſitivè*, quam *remotivè*. *Poſitivè*, ut loca publica permittat, ſumptusque neceſſarios ſuppeditet, quibus ſacræ ædes, harumque neceſſaria ſuppellex, pro dignitate Eccleſiæ conficiantur, (hoc in genere quam gloriam affectaverit inter innumeros alios laudatiſſimus noſter Imperator Juſtinianus plurimis exponit *Hubertus Giphan. in ejus vita p. m. 14.*) ut iis, qui Sacris vacant, de neceſſariis vitæ, idoneis-

U que

que Stipendiis provideat. Hûc etiam pertinent Edicta Principalia de ordine, de tempore, de modo, rituque sacrarum functionum, quæ apud nos certis fere libellis describi solent, quos Kirchen-Ordnungen vocamus. *Remotivè*, ut potestas Politica Ecclesiam, omniaque, quæ ejus sunt, ab omni vi & injuria tueatur ac defendat. Tandem VII. & Jurisdictionem in personas, bona Ecclesiastica, quatenus scil. partes ac membra Reipubl. ac territorii sunt, summo jure sibi vindicabunt Principes. Sane eam ipsis personis Ecclesiasticis, quatenus tales sunt, minimè competere, adeoque per injuriam hactenus à Pontificibus Romanis per maximam partem Christiani orbis exercitam fuisse, ipso Gelasii Pontif. Rom. testimonio patet, quod exhibet *Marcus Antonius de Dominis lib. 5. de Repúbl. Ecclesiastica. c. 1. num. 6.* Sed vide hác de re plura ap. eundem *tot. 5. Item Arnisæum de jur. Majest. l. 2. c. 5. Conring. d. Diss. Grot. libr. de jure Summarum potestatum circa Sacra.* Denique *Taborem Differt. Acad. de Regim. Imper. Eccles.* Nos inst tuti nostri ratione coacti ad *Juris* nostri *Primarium Precum*, (deß Rechts Panis-Brieffe / oder Layen-Pfründe zu vergeben/) quod unum Sacratissimo nostro Imperatori reliquum fecit Paparum violentia & astutia, explicationem accedimus.

14. Vocabulum *Precum* in legibus nostris Romanis passim pro supplici libello seu postulato

lato quodam accipi, haud ignotum est iis, qui vel primis eas delibarunt labiis vid. *l. 2. C. de usufr. l. 5. C. de impub. & al. subst. l. 9. C. de lib. caus. tot. tit. C. de precib. Imp. offer. Primariæ* autem *preces* sive *precum primitiæ* propterea dicuntur, quod uni eidemque Imperatori non nisi primâ i. e. unâ vice exercere in singulis Ecclesiis hoc Jus liceat, adeoque quoad nomen nihil sunt aliud, quam intercessiones bene meritis ad primum beneficium vacans obtinendum concessæ; dicuntur autem sic civiliter, cum sint jussa potius vel mandata, notum quippe illud: cogit rogando, qui rogat potentior. Unde & Pontifex preces ac præcepta conjungit in *c. 34. pr. de præbend.* vid. *Wehner. voc.* Beede / Bethe. Conf. formulas concessionis *ap. Paurmeist. de Jdict. l. 1. c. 4. num. 45. 48.* Diplomata, quibus istæ primariæ preces ad certam Ecclesiam continentur, Germanicè Paniß-Brieff appellantur, forte quod per ejusmodi preces præbendam vel panem pro meliore vitæ sustentatione precista obtineat. it: Vor-und Præsentation Schrifften umb Layenpfründe. *Wehner. verb.* Panißbrieffe. quamvis verò ex his vocabulis linguæ nostræ vernaculæ, Primariæ preces ad minora tantùm & præbendalia beneficia pertinere videantur, sciendum tamen eas non minus in majoribus dignitatem & administrationem annexam habentibus v. g. Episcopatibus, Prælaturis &c. locum habere.

vid. *Fritsch. de Imper. primar. prec. Jur. c. 1. num. 7* Quoad rem ergò *Jus primariarum precum* est *potestas vi Majestatis Imperatori competens, in qualibet Ecclesia vel monasterio Imperii, unam personam, idoneam tamen secundum naturam beneficii conferendi, (Hermes c. 11. numer. 24. Fritsch. c. 5. num. 1.) ad beneficium Ecclesiasticum, majus vel minus, primo vacaturum præsentandi.*

15. Jus hoc in Imperio nostro Imperatori soli ex antiquo competiisse, & adhucdum competere, communis omnium est sententia, quam confirmant Diploma Rudolphi I. apud *Goldast. tom 3. Constit. Imp. fol. 406. in verb. init. Cum ex antiqua & approbata, & a Divis Imperatoribus ac Regibus ad nos perducta consuetudine quelibet Ecclesia &c.* & Rescriptum Matthiæ, *de anno 1614.* ad Episcopum Spirensem, apud *Fritsch. d. tr. in mantiss. 3.* in verbis: als unser ansehnliches Jus und Regal 2c. *Quo autem titulo possideat?* non æquè in proclivi est, ob varias discrepantes Dd. opiniones. Quidam enim primarias preces Imperatori nostro ex Pontificis Romani concessione & indultu competere volunt, quorum Antesignanus *Speculator lib. 4. part. 3. de præbend. & dignit. §. restat. num 7.* qui privilegium A.B. bullatum se vidisse *ibi* testatur, hunc ideò sequuntur *Joh. Andrea ibid. in addit. Boer. dec. 32. n. 8. Restaur. Castald. de Imperat. q. 100. n. 14. seqq. Gail. 2. Obs. 155. in fin. Stephan.*

de Jdict.

de Jdict. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 1. num. 116 & lib. 3. p. 1. c. 4. num. 18. seqq. Rumel. ad A. B. p. 1. D. 4. thes. 16. Lampad. p. 3. c. 11. num. 47. Et hoc ipsi Imp. Rudolphus II. & Ferdinandus II. in concessionum formulis ap. *Paurmeist de Jdict. l. 1. c. 4. n. 48.* fateri videntur. Alii verò hoc Jus Impp. ex eo, quod Ipsi semper primi ac supremi Ecclesiarum Cathedralium fuerint Canonici, uti adhuc in inauguratione noviter electum Imp. à duobus Canonicis Aquisgranensibus in Canonicum Ecclesiæ B. Virginis vel Divi Petri recipi *supra c. 2. §. 37.* diximus, adscribunt. *Matenes. lib. 3. de Coronat. Ferdinandi II. Sprenger. in Instit. Jur. Publ. l. 1. c. 7. Speidel. in Specul. notab. voc.* Käyser. Alii rursus intuitu Advocatiæ sive universalis protectionis Ecclesiarum, Imperatori hoc jus competere tradunt. *Adam Keller. de Offic. Juridico Polit. l. 2. c. 13.* Sed verissima est illorum sententia, (à qua etiam non multum distat tertia) qui primarias preces tenues antiqui Juris Cæsarei circa Sacra, collationem Episcopatuum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, reliquias esse, & Imperatoribus per continuatum ad tempora nostra exercitium mansisse, contendunt, ut *Dan. Otto. de I. P. c. 16. p. m. 536. Arum. ad A. B. disc. 3. num. 34. Carpzov. de L. R. G. c. 11. s. 15. num. 22. Casp. Klock. Consil. 4. n 15. seq. Joh. Otto Tabor. dè Regim. Ecclesiast. Conring. in Animadvers.*

in Bullam Innocentii X. cap. 9. Dn. Schütz. C. I. P. v. 2. D. 4. th. 13. lit. C. Fritsch. d. tract. c. 2. Quam nostram quoque proinde facimus, existimantes, Primariarum precum natales Canonica illa dignitate longè antiquiores esse, & in concessionibus Impp. Pontificiæ authoritatis aut approbationis mentionem fieri abundantioris saltem cautelæ gratia, ex civilitate magis, quam cujusdam necessitatis intuitu, quo scilic. Pontificiis, qui omne illud Jus soli Pontifici competere persuasi sunt, contra rescripta Imperatoria excipiendi ansa adimatur. vid. omnino *Fritsch. d. cap. 2.*

16. Nec, ut Jus hoc exercere queat Imperator, eum coronatum esse oportet necessariò, sed sufficit esse electum. *arg. §. & quia. 5. cap. 2. A. B. Fritsch. d. c. 2. num. 48.* Imperatrici quoque, ex concessione & communicatione Imperatoris tamen. *arg. l. 31. ff. de LL.* vid. *Paurmeist. de Jdict. l. 1. c. 4. num. 41. Fritsch. d. tr. mantiss. 2.* & Regi Romanorum vivente Imperatore electo, in casu absentiæ Imperatoris, primarias preces concedendi licentiam haud denegamus, sed Vicariis Imperii Ordinariis eandem simpliciter competere (quamvis iis aperte *in A. B. c. 5.* tribui communiter *Dd.* censeant. vid. *Buxtorff. ad A. B. th. 65. lit. A. Schüz. C. I, P. v. 1. D. 5. th. 16. l. B. Carpz. de L. Reg. c. 11. sect. 15. num. 21. Becker. in Synops. I. P. lib. 2. c. 7. num. 7. Fritsch. de Jur. prim. prec. c. 3. num. 5. 6.)*

s. t.) non credimus, nam verba *A. B.* ad Jus primariarum precum non quadrare videntur, quippe quod semel tantum exercetur. Quo minus, aliis etiam Principibus juris hujus exercitium ab Imperatore impertiri posse, dubitemus, facit exemplum Wenceslai, quem id, per Diœcesin Spirensem & Wormatiensem, Ruperto Seniori, Comiti Palatino Electori *anno* 1388. indulsisse comperimus apud *Cluten. in Syll. rer. quot. num.* 19. *Limn. l.* 2. *I. P. c.* 9. *n.* 3. 6. *Fritsch. c.* 3. *n.* 13. 14.

17. Quæstio: *An Imperator post Pacificationem Religiosam primariarum precum jure in Ecclesiis Protestantium & Reformatorum uti queat?* Olim variè inter Pontificios & Evangelicos agitata fuit, *illis* affirmativam, *his* ferè negativam tuentibus, & sese fundantibus imprimis in *Const. Pacis Relig. de anno* 1555. §. Damit auch obberührte rc. 20. quo Jdictio Pontificia, & quæ ex ea descendunt privilegia in terris Protestantium suspenduntur. *&* §. Dieweil aber rc. 19. ubi cautum, Status Imper. August. Confessioni addictos debere die Stiffter / Klöster und alle Geistliche Güter ante Passaviens. Transactionem ab iis occupata, pacificè & quietè retinere. vid. Consilium ad requisitionem Episcopi Caminensis, à *Dn. Joach. Willero JCto & Cam. Imp. Assessore*, cum Imperator in Capitulo Colbergensi hoc ipsum jus exercere intenderet, conscriptum, quod habet *Schwa-*

Schvvanemann. Dec. Camer. 8. & *Stephan. de JCt. l. 3. p. 1. c. 4. num. 21.* Rationibus tamen illis non obstantibus (*prima* enim falso nititur præsupposito, per suprà dicta; *secunda*, de quietâ bonorum Ecclesiasticorum ad alios pios usus jam translatorum possessione retinendâ, malè ad quæstionem nostram accomodatur) etiam ex Evangelicis nonnulli affirmativam sunt secuti. vid. *Rumelin. ad A. B. p. 1. D. 4. th. 16. Limn. l. 2. c. 9. num. 7. seqq.* Hodiè omnis controversia est decisa per Pragmaticam Imperii sanctionem, cujus vigore Imperator in Ecclesiis Cathedralibus, aliisque locis immediatis August. & Reform. religioni addictis, illud omnino sine contradictione exercere potest, si modo ante Pacificationem in possessione fuerit, & ejusdem religionis consortem præsentet. vid. *Instr. Pac. art. 5. §. ubi Sacra. Fritsch. d. tr. c. 4. num. 6. Burgold. ad Instrum. Pac. p. 2. D. 11. membr. 2.*

18. Exserunt ergò vim suam Preces illæ Imperatorum ad omnia Imperii loca, immediata scil. *Wehner. voc* Paniß-Brieff. *circa pr.* ibi: Klöster oder Stifft / so von demselben zu Lehen gehen. ut tamen cum Episcopatibus immediatis etiam simul Capitula sub illis comprehensa huc pertineant, minimè verò Episcopatus vel Capitula, quæ non immediatè sub Imperio, sed sub aliis sint Principibus & Statibus, aut ab iisdem eximantur. vid. *Praland. Consil. & Ste-*

& Stephan. alleg. loc. In locis quæ olim fuerunt Imperii, sed nunc in alterius dominium translata sunt, ut in Episcopatibus *Metensi*, *Tullensi*, *Verodunensi*, Coronæ Galliæ perpetuò & irrevocabiliter cum Supremo dominio & juribus Superioritatis incorporatis, primariis Imperatoris precibus adhuc locum esse, uti *Hermes d. l.* docet, nobis minime probatur, per ea, quæ ipsemet *Hermes. ibi. num. 28. & 29.* & *Ludov. Gomez. Decis. Rot. Rom 18.* tradit non obstante quod Trevirensi Jus Metropolitanum in dictis Episcopatibus per Pacem Westphalicam reservatum sit. In quibus beneficiis Preces hæ locum inveniant, pluribus idem *Hermes* exequitur à *num. 32. usque ad 48.*

19. Precum harum primar. effectus in eo consistit, quod Imperialis Precista legitimo tempore etiam in mensibus Pontifici reservatis, **darin die erledigte** Beneficia **dem Päbstlichen Stuhl mit der** Collation **heimstehen**/ puta: *Januario*, *Martio*, *Majo*, *Julio*, *Septembri*, *& Novembri*, non minus, quàm Mensibus ad Ordinarii collationem pertinentibus, nim. *Februario*, *Aprili*, *Junio*, *Augusto*, *Octobri*, *Decembri*, vid. *Hermes*, *num. 40. Fritsch. c. 5. num. 13*) præsentatus, ab Episcopo vel Capitulo recipi debeat, licet alius exspectativam præbendæ habens concurrat. *Fritsch. d. c. 5. num. 4. seqq.* nec statutum de supprimendis Canonicis quibusdam, pro meliori reliquo-

U 5 rum

rum ſuſtentatione, Cæſaris vel Præciſtæ juri obeſſe poteſt. vid. *Beſold. Theſ. Pract. voc. Primariæ Preces*, Paniß-Brieffe. *H. Hermes. c. 11. num. 34.*

20. Effectus tamen ille ceſſat. 1. Si Preciſta, dum earum pendet executio, moriatur. 2. Si repudiet preces, aut iisdem renuntiet, vel expreſſis verbis, vel tacitè, quod factum cenſetur, dum intra menſem beneficium vacans non acceptat, vid. *Fritſch. d. c. 5. num. 17.* aut executionem negligit, aliumve, qui tempore poſterior, beneficio potiri patitur. *arg. c. 12. de reſcript. in 6.* ſi contrahat matrimonium. *Caniſt. in c. un. de cler. conjug. in 6.* Quibus tamen in caſibus Cæſari integrum erit alium nominare *Hermes c. 11. num. 22. 54. Fritſch. d. l. num. 15.* 3. Quoque morte concedentis eas re integra & ante beneficii vacationem contingente deficere tradunt plurimi; Sed vid. *Fritſch. c. 2. num. 51.*

21. Jus feriarum Imperialium ſive poteſtas ferias generales per Imperium conſtituendi, & Calendarium mutandi vel reformandi, Reſervatis Imperatoris etiam à multis annumeratur. Et videri poſſet, ipſos Proteſtantes in Apologia ſua contra gravamina Catholicorum in Comitiis *anno 1594.* hoc *poſterius*, quod magis dubium, apertè confeſſos fuiſſe, verbis: daß ſolche emendation (ſcil. deß Calendarii) durch einen Römiſchen Kayſer geſchehen ſolle. In contra-

tra-

trarium tamen, quod solus Imperator absque Ordinum & Statuum Imperii consensu novum Calendarium non valeat edicere, hæ stant rationes. 1. quod Imperator non possit inconsultis Ordinibus novas universales condere leges. At novi Calendarii, cui omnes Imper. subjecti se conformare debent, promulgatio, legislationi simillima est. *l. 1. ff. de Const. Princ.* 2. quod illa Ordinatio negotium religionis circa festorum institutionem concerneret; indubitati autem est juris, quod Imperat. in rebus religiosis, in præjudicium partis alterutrius, nihil innovare possit. Præsertim 3. quia religiosis verbis promisit, quod neutrius approbatæ religionis Statuum Ordinationibus, ritibus & ceremoniis Ecclesiasticis ullum fieri debeat præjudicium *R. I. de anno 1555.* §. damit auch berührte Religions-Verwandte. *20.* add. *Instr. Pac. art. 5. §. 1.* Ipse id agnoscere videtur Imperator in *R. I. de anno 1654.* §. Ob auch wol mit und neben Uns ꝛc. *158.* & in Decreto *de anno 1664. d. 4. April.* (apud Fritsch. *Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 15.*) verbis: der neue Calender in Käys. Maj. und deß Reichs Nahmen eingeführet und angenommen werde.

22. Pontifici autem hanc reformandi Calendarii facultatem in Imper. nostro omninò denegamus, sicque Status Imper. Protestantes, cum Gregorius XIII. anno 1581. novum ab Antonio Lilio Medicinæ Doctore, confectum

ctum Calendarium publico Diplomate, in toto orbe Christiano recipiendum mandaret, illud recte ob constituentis inhabilitatem repudiasse dicimus, utinam idem Catholici fecissent. Quanta enim ex utriusque, Veteris scil. Juliani, quod Evangelici retinuerunt, & Novi Gregoriani, quod Catholici receperunt, usu, in Imperio nostro exorta confusio, quanta in negotiationibus nata inde incommoda, & quam ingentes alicubi, ob eadem festa diverso tempore celebranda, turbæ & seditiones excitatæ, dies docuit vid. alleg. *Decretum Sacratiss. Imp. Leopoldi. de an. 1664.* Et quamvis sæpius tentatum, in hac ipsa re non modo publicè utili, sed omninò quoque necessariâ, conformitatem constituere. vid. *R. I. de anno 1654. §. 158.* nihil tamen hactenus effectum, spretis doctorum virorum Consiliis. vid. *Blum. Proc. Cam. t. 62. 3. Fritsch. d. l.*

23. In Camera Imper. interim feriæ juxta utrumque Calendarium celebrantur, *O. C. p. 2. t. 35. §. 8.* in exhibendis verò supplicationibus, dandis Decretis, expediendis Processibus & Documentis, signandis Productis, & computandis terminis, cæterisque actibus judiciariis omnibus, semper dies veteris Calendarii ex inveteratâ consuetudine, & Communi Decreto 14. Junii anno 1583. facto (quod refert *Ruding. c. 1. Observ. 80. Blum.* in **Kayß. Kammer-Gerichts Gemeinen Bescheiden.** *p. m. 547.*)

expri-

exprimendus. Similiter in Comitiis aliisque Conventibus Imperii festa secundum utrumque, magno cum negotiorum publicorum impedimento, celebrantur.

CAPUT VI.

De Jure Circa Academias.

SUccedit Jus circa Academias, das Recht Academien und Hohe-Schulen zu bestätigen/ und mit behörigen Freyheiten zu begnädigen. *Academia* à Græc. voc. ἄκος, remedium, & δῆμος, populus, quia est quasi remedium rudis populi, vel medicina publica contra toxicum inscitiæ & ignorantiæ, sic dicta, aliàs & *Universitas* vocatur, non quia omnes & universi liberum hic habent aditum, sed quod ibi tradantur omnes artes & scientiæ, quæ homine libero dignæ, quæque quicquid à natura, ejusque parente DEO, usquam in toto universo conditum est, subtili ingenii ala pervolant & indagant, ut loquitur *Christoph. Marian. in Encæn. Julian. p. 124.* vel quia tale publicum Professorum & Studiosorum Collegium sive Corpus formam quandam parvæ Universitatis habet. Et quamvis nonnulli differentiam inter *Academiam* & *Universitatem* constituant, *hanc* dicentes, in qua in omnibus quatuor Facultatibus Gradus & honores Academici

mici publicè conferri possunt; *illam*, in qua non æquè: attamen à plerisque illa rejicitur, & promiscuè illa duo verba usurpantur (vid. *Cluten. in Syllog. rer. quot. concl. 21. lit. r. in fin. Hermes. c. 33. num. 3. Limn. lib. 8. c. 1. num. 16.*) notantque *Collegium sive Corpus* (*Ecclesiasticum, an seculare?* vid. *Limn. l. 8. c. 1. num. 44. seqq.*) *docentium ac discentium in divini Numinis honorem ac Reipubl. utilitatem institutum, & à Summo Principe (sive Imperatore in nostro Imperio) potestate honores Scholasticos benè meritis conferendi, aliisque juribus ac privilegiis condecoratum.* Dicuntur etiam Academiæ interdum simpliciter *Studia* à studendo vel studiis, quæ ibi tractantur, nonnunquàm verò cum apposito *Studia Generalia.* Nomine hoc potissimè utitur Italia, nos eas quandoque *Scholas* per excellentiam dicimus, ut plurimum verò *Scholas Majores* Hohe Schulen / ad differentiam Scholarum *trivialium* sive *inferiorum.*

2. Originem Academiarum *Clariss. Conringius in Diss. de antiquitat. Academ.* in hunc describit modum: *Olim in Germania Studia Academica in Canonicorum Collegiis tractari solebant, quæ Collegia Cathedris Episcopalibus erant annexa. Ejusmodi Scholas illustres Carolus M. Osnabrugæ, Hildesiæ & alibi instituit, ut refert Ansegisus. Itaque olim Scholæ in Germania fue-*

fuerunt duplices, aliæ Monaſticæ, inter quas olim celeberrima Corbejenſis & Fuldenſis: aliæ Canonicæ, quemadmodum adhuc hodiè in omnibus Canonicorum Collegiis oſtenditur locus ſcholæ habendæ. Præter hæc Scholarum genera acceſſit ſeculo IX. tertium genus in magnis Civitatibus, & hæ Scholæ fuerunt Academiæ dictæ. Talis fuit in Gallia Pariſienſis. Sed à ſeculo X. usque ad XIII. nullam habemus Scholam, quæ per omnia cum hodiernis Academiis comparari poſſit. Academiæ enim ante ſeculum XIII. non habuerunt alios Profeſſores, niſi literarum & artium. Voluit quidem Carolus M. in Pariſienſi Profeſſores Theologiæ conſtituere, ſed nullibi legitur hoc factum. In memoriam hujus rei receptum eſt, in Academia Pariſienſi, ut Rector Academiæ ex ſolis Philoſophis eligatur, quia quando hæc Academia conſtituta, ſoli Philoſophi illam conſtituerunt. Proinde in priſcis illis nulla fuit Theologiæ Profeſſio, nulla Juris, nulla Medicinæ, imò ipſa Philoſophiæ Profeſſio intra anguſtos terminos conſtituta, fuitque hoc trivio abſoluta Grammatica, Rhetorica, Dialectica, unde adhuc ſcholæ triviales dicuntur. Alibi tamen fuit quadrivium, & Academica eruditio quatuor diſciplinis conſtitit, Arithmetica, Geometria, Muſica & Aſtrologia. Deinde ante ſec. XIII. nulla Academiarum fuit Jurisdictio in Studioſos, nulla graduum ſolennis collatio, nulla Studioſorum privilegia. Imò lapſu temporis Canonicorum illa

Colle-

Collegia prorsus desierunt, cum Canonici otio torperent. Hac Canonicorum ignavia fuit causa & occasio, quod omnis solida eruditio tandem ab illis Collegiis ad hodiernas Academias devenerit. Ineunte autem seculo XIII. omnium primò Parisiis floruerunt IV. Facultates, uti docet Richardus, qui Chronicon Parisinum conscripsit. Circa hoc idem tempus fuerunt honores Magisterii solenniter in hanc Academiam collati. Præter hanc Parisiensem nulla tum temporis fuit per Europam Academia in qua omnes quatur Facultates fuerint, ut proinde Academiarum origo, quales hodiè sunt, in sec. XIII. referri debeat. Postea tamen A. C. 1220. Honorius Papa sub excommunicationis pœnâ Academiæ Parisiensi Jus Civile profiteri interdixit: Unde iterum nata diversitas inter veteres & hodiernas Academias, quod Professio Juris tum iterum fuerit expuncta. In Italia antiquissima Acad. feruntur Bononiensis & Salernitana. In illâ auspice Irnerio studium Juris Civilis primo effloruit &c. Huic rei ansam dedit unica vocula AS. cum enim illi contentio esset orta cum cæteris Professoribus, quid illa vox denotaret? recurrit is ad Jus Civile & inde verum vocis sensum petiit, indeque postea primus Bononiæ Professor Juris extitit. Verùm in hac Bononiensi Acad. quæ jam sec. XIII. floruit, nulla fuit Medicinæ Professio, & Theologica Professio ibidem anno 1362. demum cœpit. In Germania nostra Academiæ omnium primo sec. XIV. cœperunt;

runt; & prima quidem fuit Pragensis, quam A. C. 1360. Carolus IV. fundavit. Postea insequenti tempore usque ad nostra tempora multa alia secuta, adeo, ut hodie Germania tot habeat Academias, ut sola numero vincat Academias universa Europa. Ita *Conring. d. l.* ap. quem vid. plura.

3. Sunt autem illæ in Germania nostra Superiori hodienum florentes Academiæ sequentes:

Ænipontana, à Gloriosiss. Imperatore Leopoldo modo anno 1677. erecta, & splendidis privilegiis ornata.

Altorphina, à Norinbergensi Senatu. *Anno 1578.*

Argentinensis, à Senatu Argentinensi *Anno 1567.* fundata.

Bambergensis, ab Episcopo Bambergensi, Ottone Melchiore, *Anno 1649.* instituta.

Basiliensis, à Senatu Basiliens. *anno 1495.*

Coloniensis ad Rhenum, à Senatu Coloniensi *1388.* fundata.

Dillingensis in Sueviâ, ab Ottone, Truchsessio Walpurgio, Episcopo Augustano & Cardinali *1564.* qui ipsemet in eâ disputavit & lectionibus interfuit.

Duisburgensis in Cliviæ Ducatu, à Friderico Wilhelmo, Marchione & Elector. Brandenb. *1655.*

Erphordiensis, à Dagoberto Rege Francorum communiter instituta, à Bonifacio IX.

Papâ autem *anno 1391.* privilegiis honorata dicitur.

Francofurtensis ad Oderam, à Joachimo I. Elect. Brandenb. & fratre Alberto *1506.*

Friburgensis, ab Alberto VI. Archi-Duce Austriæ *1450.*

Giessensis, à Ludovico Landgravio Hassiæ *1607.* fundata.

Gryphisvvaldensis, à Vratislao IX. Duce Pomeraniæ *1456.*

Heidelbergensis, à Ruperto I. Elect. Palatin. *1346.* quæ insignem habuit Bibliothecam.

Herbipolensis, à Johan. Episcop. Wirzburg. *1403.*

Helmstadiana sive *Julia*, à Julio Duce Brunsuicensi *1576.*

Jenensis, à Johan. Frider. Duce Saxon. *1558.*

Ingolstadiensis, à Ludovico Divite, Duce Bavar. *1472.*

Kiloniensis, à Duce Slesvici & Holsatiæ Christiano Alberto *1666.* constituta.

Lipsiensis, à Friderico I. Elect. Saxon. *1408.* instituta, Anno seq. 1409. confirmata.

Marpurgensis, à Philippo Landgravio Hassiæ *1526.*

Moguntina, à Dithero Isenburg. Archi-Episcop. Mogunt. *1482.*

Pragensis à Carolo IV. Imperat. & Rege Bohem. *1360.* vel ut alii volunt. *1361.* ortum traxit. In hac Academia quatuor nationes, *Germanica*, *Polonica*, *Bohemica* & *Bavarica*, eandem habuere

buere poteſtatem. Sed cum *An. 1409.* Imperator *Bohemis* indulſiſſet, ut ipſi tantum valerent, quantum reliquæ tres nationes ſimul, Rectorem agente Johanne Huſſo, uno die ſupra duo millia Germanorum Lipſiam ſe contulerunt, & intra octiduum 24. millia Studioſorum diſceſſerunt, & paulo poſt reliqui dilapſi ſunt, ita, ut in univerſum inde abierint 40. millia Studioſorum. Fuere enim ibi 44. millia exterorum.

Regiomontana Boruſſorum, ab Alberto I. March. Brand. *1544.* Rectore I. Georg. Sabino.

Rinteliana, ab Erneſto Comite Holſatiæ Schaumburgico *1621.*

Roſtochienſis, à Johanne & Alberto Ducibus Megapolit. *1415.*

Salisburgenſis, ab Epiſc. Salisburg. *1620.*

Tubingenſis noſtra, *An. 1477.* fundata à Divo Eberhardo, Barbato, Primo Würtembergiæ Duce, qui Divo Maximiliano, Primo ejus nominis, Imperatori, & Principi omni ſeculorum memoria digniſſimo, ob ſummam, quæ in eo emituit, Probitatem, Prudentiam, Sapientiam ac Eloquentiam tam charus fuit, ut Maximilianus Imp. Aurei Velleris Societatis, quæ Concilium quoddam Heroum, Præſes factus, Anno 1492. Eum adhuc Comitem, nomine Sapientiæ & Virtutis præſtantiſſimum, & qui hoc Ampliſſimo Ordine eſſet digniſſimus, in fœderis illius communionem receperit, ac poſt ad defuncti ſepulchrum aſtans, magnam vim lacrymarum profuderit, maxime dolens, reli-

quias corporis Ejus Principis (nam An. 1495. Eberhardum Principum Ordini adſcripſerat) jam tum in illo monumento reconditas, quem ipſe in univerſo Imperio ſuo virtute & ſapientia præſtantiſſimum habuiſſet, cujus etiam non modo fidem, ſed & ſummum Conſilium in graviſſimis rebus magno Imperii emolumento fuiſſet expertus. Hem quid hoc Elogio majus & præſtantius, quod à ſapientiſſimo Imperatore profectum, cum ſempiterna hujus Principis laude conjunctum eſt? *Primus* Univerſitatis *Rector* electus eſt Johannes Nauclerus, Decretorum Doctor, qui Ducis Eberhardi Præceptor, & Chronicæ Hiſtoriæ, quæ hodiè etiam habetur, author fuit. *Primus Decanus* artium creatus eſt Johannes Stein, Schorndorfſenſis.

Viennenſis Auſtr. ſecundùm *Middendorpium tr. de Academ. lib. 5. p. m. 299.* à Friderico II. Imp. Anno 1237. jam eſt inſtituta (hoc tamen indiget explicatione ex allegatis *Conringii* in §. præced.) à Rudolpho IV. Alberto III. & Leopoldo II. Archi-Duc. Auſtriæ poſt *Anno 1361.* in commodiorem locum translata & optimis privilegiis ornata.

Wittebergenſis à Friderico III. Elect. Saxon. *1502.* fundata.

Habent quoque *Treviris*, & *Gratia* in Stiria Academias, ſed hodiè non admodum celebres.

4. Jus Academias conſtituendi in Imperio noſtro

noſtro Romano Germanico unanimi calculo Imperatori, Regique Rom. à *Dd.* adſcribitur, eoque facit text. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 3.* §. Deßgleichen ſollen die Beyſitzer/ibi: in Univerſitäten/ welche zum wenigſten von unſern Vorfahren/ Römiſchen Kayſern und Königen/ jetzigen Kayſerl. Majeſtät/ oder Uns confirmirt/ ꝛc. Velim tamen hic diſtinguas inter poteſtatem publicam conferendi gradus, & honores Academicos, Baccalaureatum puta, Magiſterium, Licentiam & Doctoratum; ac poteſtatem publicè docendi, conſtitutionem Profeſſorum, redituum & bonorum aſſignationem, Jus habendi Senatûs Academici, conceſſionem Jurisdictionis, privilegiorum, &c. *Illa* ab unius Cæſaris dependet arbitrio, qui modò poteſtatem omnes literarios honores, qualibet in Facultate, conferendi tribuit, modo facultatem in Philoſophia Magiſtros & Baccalaureos, inque unâ vel altera Superiorum Facultatum tantùm Doctores creandi, largitur; *Hæc* à Principum aliorumque Statuum Imperii voluntate pendent, hi enim reditus ac bona pro condignis Profeſſoribus conſtituendis Salariis (quæ talia eſſe debent, ut non tantùm ſufficiant ad congruam alimentationem, ſed etiam ad tuendum honorem, & integrè iisdem ſolvantur, licet morbo, aut alia rationabili cauſa legere impediantur. *arg. l. 38. ff. locat. & eorum, quæ Carpz. l. 3. Reſp. 2. tradit:* vel ob ſe-

ob ſenium officio amplius ſupereſſe nequeant. *arg. l. 11. de evict. j. c. quamvis. 14. c. 7. quæſt. 1. c. 1. x. de paroch. Speckhan. c. 2. claſſ. 1. quæſt. 10.* vel ob bellum aut peſtem recedere cogantur. *Dec. conſ. 70.* vel ex data licentiâ peregrinentur. *Hermes. c. 32. num. 23. 26.* ſi autem ob delictum ante annum completum removeantur, pro rata temporis, quo docuerunt, ſalarium tantum ſolvendum;) aſſignant, Profeſſores conſtituunt, vel conſtitui faciunt, poteſtatem publicè docendi tribuunt, Jus Senatus Academici, Jurisdictionem & privilegia, &c. concedunt, ut tamen & hic Imperatoris requiratur confirmatio, ſine quâ ab Ordinibus Imp. inſtituta corpora Jus & menſuram nominis, Academiæ, implere nequeunt. *Bœcler. Not. Imp. Lib. 23. c. 1.* Fuere qui & Pontificis Romani confirmationem ac authoritatem unà ad Academiarum eſſe concurrere debere docuerunt, Academias veras non eſſe, quæ Pontificis confirmatione non munitæ, dicentes. Sed dextrè hiſce os jam obturarunt. *Joachim. Cluten. Syllog. rer. quot. thes. 21. l. E. Limn. 8. J. P. 1. 40. ſeqq. Bechman. de Privil. Studioſ. c. 2.* Et quantum hodiè Romanis Præſulis authoritati in Imperio noſtro, præſertim verò Proteſtantium territoriis, ejecto ibi per Pacificationem Religioſam ejus dominio, deferatur, omnibus conſtat. Quæ autem olim Univerſitates in Imperio à Pontifice confirmatæ, & hodiè

hodiè concessis utuntur fruuntur privilegiis, ac si ab ipsa Majestate Imperii, cujus vicem Papa ea in parte quasi gessit, confirmatæ essent. *Cluten. d. l.*

5. *Vicariis Imperii num Jus Academias confirmandi competat? Limn. 8. c. 1. num. 33.* quærit & affirmat. *In additionibus ibid.* verò & *ad A. B. c. 5. §. 2. Obs. 13. num. 4.* negat. *Joh. Gisen. de vita Academica Disp. 5. thes. 17. & seqq.* & *Bechmann. d. c. 2. num. 7. 8. 9.* rationes pro & contra adducunt, judicium suum suspendentes. Quin alii quoque Reges, & liberæ Respublicæ plenam independentemque potestatem habentes, in suis regnis ac territoriis eodem in fundandis, instituendisque Academiis, jure gaudeant, quo Imperator in nostro Imperio, non videtur dubitandum. vid. *Bechman. d l.*

6. Jura Academiarum in ipsis privilegiorum formulis & Diplomatibus Cæsareis, vel singillatim, vel collectim, nominatis exemplis, describuntur, quædam etiam 2. ex jure communi, & 3. ex observantia ac praxi assumuntur. Considerantur partìm *ut sunt totius corporis*, partìm *ut sunt partium.* Academiæ *ut corpori peculiari* competit Jurisdictio peculiaris *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* propria, ordinaria, supremæ tamen Fundatorum Principum & Statuum Jurisdictioni, quæ ipsis non tàm ex Jure patronatus, quàm ex jure su-

 perio-

perioritatis territorialis ad quod proinde etiam ſpectant Viſitationes Academiarum & Status Academici emendatio, competit) ſubordinata. *Lanſ. de Academ. p. 59.* Cæterùm Jurisdictio Academica magis in perſonis ipſis atque cauſis, litibus, negotiis & actionibus membrorum Academiæ, quam in territorio conſideratur, imò Jurisdictio Academiæ cum territorio & territorii judice, & vice versâ, territorium vel territorii judex cum Jurisdictione Academicâ, ferè nihil habet commune. Ideoque Academiam comitatur ſua Jurisdictio, etiamſi illa propter peſtem, aliamve gravem cauſam, proprio ſtudii loco relicto, in alium transferat ſedem. *Lanſ. p. 54. Limn. l. 8. c. 1. num. 55. 56. An vero vi allegata Authent. Habita. Academiis etiam merum competat Imperium?* non immeritò quæſiveris. Hoc ipſum affirmat *Limn. l. 8. cap. 9. num. 33. Schütz. vol. 2. Diſp. 1. theſ. 8. lit. F. Herm. Hermes. Faſc. Jur. Publ. c. 33. q. 8.* Negativa tamen ſine dubio verior. Et ſi vi *Auth. illius* Academiis merum competeret imperium, omnes illud haberent, ad omnes quippe *Auth. illa* ſpectat. Nec obſtant verba: *Ob debitum vel delictum*: hæc namque verba non ad privilegium fori, (de quo in *verſ. ſeq.*) ſed ad ſecuritatem, quod Scholares non debeant moleſtari repreſſaliis ſuper debito vel delicto alterius cujuscunque Provinciæ pertinent: 2. Verba *Super aliquo negotio.* Vocabulum enim negotii duntaxat pertinet ad civilia.

Ex

Ex ſpeciali ergò privilegio ac conceſſione fundationum & ſtatutorum ſibi hoc Jus vindicant, quæ eo gaudent, nimirum Academiæ *Tubingenſis*, *Heidelbergenſis*, *Helmſtadienſis*, *Viennenſis*, *Ingolſtadienſis*, *Gryphisvvaldenſis*, *Lipſienſis*, *Francofurtenſis*, *Wittebergenſis*, *Roſtochienſis & Salisburgenſis*, de quibus id, quod eodem gaudeant, teſtantur *Lanſ. p. 50. Bechmann. de Privil. Studioſ. c. 10. n. 7. ſeq. Herm. Hermes. d. c. num. 138.*

7. Partes Academiæ ſunt Magiſtratus Academicus & ſubditi: Illum Rector, Cancellarius & Profeſſores; hos Studioſi, aliique cives Academici conſtituunt. Profeſſorum ordo juxta quatuor Facultatum Collegia talis eſt. Primum locum tenent Theologi; ſecundum Juriſconſulti; tertium Medici; quartum Philoſophi, (quod vocabulum *Hadr. Junius in nomencl. p. 433.* calumniosè vertit, **ein gelehrten Fantaſten** / melius *Joh. Goropius Becanus* hominem amore cognitionis, ſapientiæque præditum) ac reliqui bonarum Artium Magiſtri. *Lanſ. lit. F. p. 8. ſeqq. Bechman. c. 3. Limn. 8. 4.* Fruuntur autem omnes hi generaliter omnibus Studioſorum privilegiis in *d. Auth.* expreſſis, præter quæ communia, alia quædam ſpecialia quoque habent beneficia, quæ ſingillatim enumerat *Limn. 8. 3. 39. ſeqq.* Habent & ſuos quatuor illæ Facultates Decanos, qui Collegas, quoties opus eſt, convocant, pri-

vatorum Doctorum, Magistrorum & aliorum scripta typis mandanda perlegunt & subscribunt, Consilia Facultatis sigillo muniunt, & eorum, qui ad dignitates Doctorales promoveri volunt, nomina recipiunt, cæteris significant, & honores communi consilio decretos alicubi postea quoque conferunt.

8. Cancellarius Academiæ ut plurimum est loci Episcopus, consuevit tamen hodiè in quibusdam Acad. etiam alicui ex ordine Theologorum, imò & in nonnullis ex JConsult. cuipiam munus Cancell. deferri. Consistit autem Jus & potestas Cancellarii in seqq. capitibus 1. ut Academiam protegat & defendat ab injuria, si qua illi inferatur. 2. ut in causis secundæ instantiæ judicet, ita ut à sententia Rectoris ad Acad. Cancellarium sit provocatio. 3. ut facultatem conferendorum graduum Scholasticorum summi Principis (Imperatoris scil.) nomine singularum Facultatum Decanis sive electis Brabeutis concedat. *v. Lans. p. 58.*

9. Academiæ Caput Rector est; non videtur autem hæc Rectoris Scholastici dignitas nomenque tempore Frider. I. in usu fuisse, cum nulla ejus mentio in *d. Authent.* Eligitur nostris in Acad. à Professoribus ex ipsorum ordine, vel Principum, Comitum, Baronumve in Academia literis operam navantium numero, Pro-Rectore in subsidium constituto;

nec

nec ex Professorum ordine electus sine pœnæ metu oblatum munus recusare potest. Habet Jus sceptrorum (quorum numerus non ubique unus) ut singulare honoris insigne; sed cave, ne Sceptrum hîc de insigni regiæ summæque potestatis interpreteris, eam enim si in Rectore quæsiveris, admodum longè à via veri aberraveris. *Lans. p. 55* utut aliquando in Academiis quibusdam Principes Rectori in eundo ac sedendo cessisse compertum habeat *Schüz. v. 2. Disp. 1. th. 9. lit. C.* Habet & peculiarem amictum, qui ferè generaliter epomis sive paludamenti genus ex panno serico purpurei coloris, & caputium ejusdem materiæ, quod à Principum imitatione & exemplo est. Potestas ejus legibus cujusque Academiæ definitur. Communiter munus ejus est, Scholares, præstito juramento, in album sive matriculam recipere, & de negotiis arduis Jurisdictioni Acad. subjectorum, indicto Consistorio, cognoscere.

10. Studiosi, qui in Acad. vivere avent. 1. Depositioni se submittant. 2. Intra certum tempus statutis definitum nomina sua apud Rectorem profiteantur, & petant, ut matriculæ inscribantur. 2. Fidei Sacramento vel stipulatâ manu, prout cujusque loci mos fert, sese adstringant in proposita capita, de honore, commodisque Academiæ, Scholæve pro virili, quacunque occasione, quocunque loco

& tem-

& tempore, tuendis, amplificandis. 4. literis incumbant, si gaudere velint privilegiis. *Bechman. c. 5. Limn. lib. 8. c. 6.* Ignavi enim & heluones, quibus meretrices potiùs & pocula curæ sunt, iis minimè gaudent; uti nec illi; qui ob aliquod delictum vel non recepti, vel ex albo Studiosorum deleti, ac ignominiosè dimissi, vel ab Universitate proscripti, adeoque ejus communione privati, nec restituti sunt. Sed *An ab una ob delictum relegati vel exclusi, si aliam adierint, ibique in matriculam relati sint, privilegiis Studiosorum istius Academiæ gaudent?* Ita videtur arg. *l. 4. §. 5. 6. & 9. ff. de re milit. l. 7. §. 10. seqq. ff. de interdict. & releg.* nisi aliter inter quasdam Academias convenerit. *Schuz. vol. 2. Disp. 1. th. 13. lit. B.* Privilegia autem Studiosis competentia (quibus per extensionem & consequentiam etiam Academiis, rei literariæ, & Studiosis inservientes Bibliopolæ, Typographi, Bedelli, & Academiarum ministri publici, nec non Doctorum & Studiosorum famuli, gaudent *Limn. c. 10.*) vel I. personas ipsorum concernunt, qualia sunt, ne Scholaris ab ullo injuria, vel reali vel verbali, afficiatur, (atrox enim æstimatur injuria, quæ Studiosis ab aliis infertur, & Magistratus ex officio sine accusatore in illam inquirere, ac quos illam intulisse comprehenderit, sub metu pœnæ infamiæ, graviter punire debet. per *d. Auth.* hocque respectu in censum privilegiorum

rum

rum Studiosis concessorum hoc refertur) ne repressaliis prematur; vel II. res, *e. g.* ne vectigal ab iis exigatur, ne sumptus in studia, peregrinationes utiliter impensos nec non ad dignitates Doctorales, Magisteriales obtinendas decenter erogatos, à patre, matre, ac avo subministratos, in hereditatem conferre cogantur *l. 50. ff. fam. ercisc.* nisi 1. id ipsum parentem voluisse ex certis indiciis probetur; (ex sola autem sumptuum annotatione, in peculiari quoque libello factâ, illud non evincitur. *Finckelth. obs. 11.*) quo tamen casu nihilominus filius sumptus ad alimenta pertinentes, honoraria Præceptorum, viatica, &c. detrahere potest. *Hahn. ad Wesemb. tit. de collat. n. 3.* 2. filius habeat bona adventitia, quæ parens administraverit. vel 3. sumptus sint immodici, ut alii liberi non habeant salvam legitimam. vid. *Struv. Ex. 37. th. 29. Kremberg. de sumptib. Studior. q. 1.* III. actiones, quo pertinet privilegium fori, vi cujus ex *d. Auth.* in causis civilibus coram nullo alio Magistratu quam Academico conveniri possunt, quo privilegio, non tantùm in conventione, sed & in reconventione eos gaudere nobis verius videtur, quod & usus confirmat. vid. *Limn. 8. c. 7. & 9. Bechman. c. 6. 7. 8. 9.*

11. Post privilegia nunc consideranda quoque sunt conferri ipsis sueta præmia, quæ in gradibus Academicis, qui rursus singularia se-

cum

cum vehunt privilegia, & amplissimis, ad quæ evehuntur dein, officiis consistunt. Graduum Academicorum supremus & quasi apex est Doctoratus, qui in Facultate Theologica, Juridicâ, & Medicâ merentibus confertur. Vocabulum autem hoc procul dubio à docendo deductum, non eo sensu, quod actu doceant omnes hoc gradu condecorati, sed quod ad docendum apti sint. Ei proximus est Licentia v. *Besold Thes. Pr. voc. Licentiat. Schuz. v.2 Disp. 1. th. 14. l. A.* cui succedit tertio loco gradus Magisterii, qui Doctoratu recepto prope solis Philosophis & Artium Professoribus relictus. Infimus honorum Academicorum gradus Baccalaureatus est, qui omnibus quidem Facultatibus communis, sed in superioribus non ubivis locorum usurpatur vid. *Dn. Lans. d. l. p. 73.* Conf. *Besold. Diss. de Magistr. Baccalareis. &c.*

12. Gradus & honores hosce conferendi facultatem de Cæsaris Augustali jure & reservatis esse, jam supra dictum est, Ejus igitur loco & nomine eandem quoque in Academiis Cancellarii, Pro-Cancellarii singularum Facultatum Decanis concedunt, vel pro more constituti Brabeutæ exercent, etiam absque Cancellarii interventu ex Decani concessione. Cum verò constans Academiarum usus ac consuetudo in Promotoribus Dignitates hasce Scholasticas conferentibus, titulos, quos ipsi

ipsi aliis sunt collaturi, requirat, non poterit Professor non-Magister ad examen Canditatorum Magisterii, multò minùs verò ad solenne eos publice Philosophiæ Magistros renunciandi & creandi munus decorè & sine aliquo actus vitio admitti, licet superioris alicujus Facultatis Doctor existat, nisi ipse prius Magisterii lauru insignitus fuerit, ut doctè *Dn. Lans. p. 66.* contra *Besoldum* probat. Quam ob causam in Illustr. hac nostra Eberhardinâ aliquando Doctori Medicinæ, qui ad munus Professoris Philosophiæ electus erat, laurum Magisterialem collatum novimus.

13. Quando hi scholasticorum honorum tituli ac nomina primùm cœperint, non usque expeditum est. (vid. *Mart. Crus. Orat. II. de Grad. Schol.* quarum prior extat in ipsius Germano-Græcia, altera cum duabus aliis de antiquitate Scholarum & de principiis rerum &c. separatim typis est exscripta.) Lotharii Saxonis Imp. Romani ætate, creandorum in Scholis Magistrorum & Doctorum consuetudinem solennibus ceremoniis cohonestari cœpisse tradit *Heig. l. 2. q. 11. num. 48.* Et cum antea Magistri appellatio inter eruditos magis frequens omnium scientiarum artium & linguarum Professoribus attributa, v. *l. 57. d. V. S.* prælaudatum Imp. Legibus Romanis authoritate sua restituta, Interpretibus earum honorem ac pretium singulare parare voluisse, eoque illis

titu-

titulum Doctoris solenni ritu dari, conferrique jussisse; Theologis verò Professoribus animadvertentibus hâc novâ dignitate nobiliora ingenia ad Studium Juris potissimum accendi, Theologiam autem frigidius tractari, & ipsos operam dedisse, ac perfecisse denique, ut dignitas Doctoratus Facultati Theologicæ quoque communicata fuerit. Aliquantò post Medicos eundem titulum consecutos esse, atque ita tandem Magistrorum nomen ferè Philosophis remansisse, *Lansius de Acad. p. 71.* tradit. Sed vid. *supra. n. 2.*

14. In his, qui infulis graduum horum Academicorum insigniri cupiunt, requiritur, ut sint honestæ famæ, & legitimè nati. *An autem absentes etiam Doctores, Licentiati &c. creari queant?* hodiè frustrà quæsiverim, cum id quotidiè fieri videamus. Nec dixerim opus esse, ut Imperatoria Majestas super concedenda potestate absentes creandi specialiter imploretur, quod vult *Besoldus.* Fortè enim implorantibus idem contingeret, quod alii cuidam Academiæ, de potestate in Theologia creandi Dd. dubitanti, contigisse fertur. Alia est quæstio: *An non examinatus in Doctorem, Licentiatum, Magistrum promoveri possit?* Quod communiter negatur, & sanè hoc consuetudo in Doctoribus probat, novi enim Viros doctissimos petiisse, ut propter notoriam eruditionem non examinati, infulâ Doctorali exor-

exornarentur, ſed non impetraſſe; Philoſophicæ laureæ decus autem aliquando abſentes non examinatos accepiſſe comperi. Quin vero & Doctoratus æque ſine examine alicui conferri poſſet, ſi eruditio ejus notoria, haud ambigo; Etſi enim poteſtas honorem hunc conferendi ſub conditione, *ſi perſona eum ambiens digna & idonea fuerit*, Academiis conceſſa videatur, attamen ſi ſolum examen medium, quo perſonæ idoneitas probari queat, conſtituas, oppidò falleris. Rectius tamen Academiæ faciunt, quæ hac libertate non utuntur, tum ne cavillationibus & contemptui malevolorum occaſio præbeatur, tum ne conſuetudo iſta in abuſum quendam abeat, quòd facilè fieri poſſet. Ætatis quoque rationem in iis, qui hos Dignitatis Academicæ gradus anhelant, ſpectari Dd. volunt; verum cum, ut ſapiant homines & docti ſint, non eâdem omnibus ætate contingat, & alii etiam ante legitimum tempus rationem benè conſtitutam & eruditionem firmatam habeant, aliis verò etiam id ſupergreſſis mens nondum ſtabilita ſit, nec eruditio obtingat, certum annorum terminum nemini ponimus, neque quam diu quis, ſed quam laudabiliter in ſtudiorum caſtris militaverit, conſiderandum ducimus.

15. Prout autem gradus Academici diverſi ſunt, aliusque alio dignior, ita quoque ratione gradus, quo quis inſignitus eſt, amplioribus

gaudet privilegiis. Sic utique majoribus privilegiis gaudet Doctor, quam Magister. Consistunt autem Doctorum privilegia vel in præsumptionibus (quo pertinet, quod major virtutis, eruditionis & peritiæ præsumptio pro Doctoribus militet, præsertim cum eis facultas docendi, disputandi & de professionis suæ negotiis respondendi, expresse in renuntiatione concedatur authoritate Imperatoriâ. Unde quidem Jurisconsultorum de jure respondentium authoritas tanta etiam olim fuit, ut Judici ab eorum sententia recedere non licuerit. §. 8. *Inst. de J. N. G. & C.* Hodiè autem Juris Peritorum Responsa non amplius necessaria, sed probabilia saltem esse, itaque judicem consulentem minimè sic constringi, ut si ei aliud videatur, ab ea sententia recedere nequeat *ad d.* §. 8. Doctores communiter tradunt, sub hac tamen limitatione: nisi consilium ex forma statuti necessario sit requirendum & sequendum. vid. *Brunnem. in Proc. Civ. c. 27. n. 11.*) vel in reverentia & honore deferendo ac inde dependentibus prærogativis (ubi *An Doctoris &c. titulo pro meritis condecorati fiant nobiles?* inter Publicistas controverti videas. Disting. autem puto, inter Statum Nobilitatis, & Dignitatem. Hanc Doctoribus omninò competere assero *v. Ord. Cam. p. 1. t. 43. Ref. Polit. de anno 1548.* von unordentlicher Köstligkeit der Kleidung §. deßgleichen. etc. *de anno 1577. tit.* von Doctoren.

Lans.

Lanſ. de Academ. p. 86. ſeqq. Statum vero nobilium ipſis communem eſſe nego. v. *Limn. l. 8. c. 8. n. 100. ſeqq. ibique addit. tom. 1. ad num. 120.* Ratione dignitatis illius autem, ſine ſpeciali quoq; Imperatoris permiſſu, inſignia nobilium Wapen mit offenem Helm portare queunt, in Cathedralibus quibusdam Eccleſiis pariter cum Nobilibus ad Canonicatus admittuntur. *Limn. d. l. n. 110.* coram Judice non ſtare tenentur, ſed ſedere poſſunt, nec teſtimonii perhibendi aut juramenti præſtandi cauſa ad judicem pervenire compelluntur, ſed in propriis ædibus coram Deputato jurant. *Menoch. l. 2. de A. I. Q. c. 70. n. 9.*) vel in immunitatibus (quo pertinet imprimis, quod ſint immunes ab omnibus muneribus perſonalibus *l. 6. C. de Profeſſ. & Med.* an & realibus ſive patrimonialibus? controverſum eſt. Quamvis autem affirmativa, (quam tuetur *Klock. tr. de contrib. c. 15. Brunnem. ad d. l. 6.*) favorabilis ſit, vix tamen eſt, ut in praxi (quicquid ſit de jure) obtineat. v. *Schütz. v. 2. Diſp. 1. th. 11. l. C.*) vel pœnarum temperamento. v. *Schütz. d. l.*

16. Munera ſive officia, quæ literatis in vigiliarum præmium, in Impp. Regum, Principum Aulis, Curiis, Academiis, &c. conferuntur, varia ſunt in vulgus nota. Utinam autem hic quisque pro Reipubl. commodo, aptitudine, & meritorum dignitate æſtimaretur. At, experientiâ teſte, alium prioris officii per-

mutatio, alium favor ipsius, aut gratia uxoris, alium inopiæ commiseratio, aut contrà opulentiæ admiratio evehit. Hic antiqua promissa Dominorum arripit, ille nobilitatem generis prætendit. Hunc paterna aut avita merita extollunt: illum muneribus pugnantem aurata scala erigit: Paucos vel eruditio vel morum integritas vel rerum denique peritia extollit. Nonnemo hæc promotionum genera perlepidè, (an verè quoque? cuique judicandum relinquimus) sex Nominum Casibus hunc in modum adumbrat: Ihrer theils werden per Nominativum, das ist/ durch eine Hochgünstige Ernennung und Denomination zu einem hohen Ampte erhoben; Andere gelangen darzu per Genitivum, weilen sie von vornehmen/ berühmten und hochangesehenen Eltern gebohren/ oder vornehmer bedienten Töchter und Anverwandtinnen heyrathen; Etliche per Dativum, durch den Herrn Schencken/ oder deutlicher zu reden/durch Beschenck- und Bestechung vornehmer Bedienten/ welche Art heutiges Tages/auch in Orten Teutschlands/ leyder! gemein worden ist; Theils per Accusativum, in dem sie gantz boßhafftiglich andere tadeln/ und fälschlich anklagen/ damit sie andern Neyd/ und ihnen Ehre erwecken; Sehr viele kommen per Ablativum, zu hohen Chargen und Bedienungen/ als die Soldaten und Kriegshelden/ nach dem sie viel

Land

Land und Leuthe weggenommen; Wenig aber gelangen per Vocativum, das ist/ vermittelst eines ordenlichen Beruffs darzu. Cum ergò illicitis istis gradibus ad altitudinem multi sic enitantur, quid mirum, si pòst illi pari studio rei suæ privatæ imprimis consulant.

CAPUT VII.

De Iure conferendi Dignitates, seu creandi Reges, Archi-Duces, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Equites, Comites Palatinos, &c.

IMperatoris nostri reservatum IV. est jus creandi Reges, Archi-Duces, Duces, Principes, Landgravios, Marchiones, Comites, Barones, &c. das Recht Könige/ Hertzoge/ Fürsten/ Graffen/ Freyherrn zu creiren und zu ernennen.) Est enim ipse fons & fastigium dignitatum in Imperio, potestque solus, ei qui tantùm Dux est, Regis vel Archi-Ducis; qui tantùm Comes est, Ducis aut Principis; qui tantùm Baro est, Comitis; qui tantùm Nobilis est, Baronis titulum atque dignitatem conferre, ita,ut in posterum pro Duce Rex vel Archi-Dux, pro Comite Dux aut Princeps, pro Nobili Baro ab omnibus veniat salutandus, honorandus. Neque exemplis harum dignitatum ab Impp. nostris collatarum destituimur.

mur. Sic namque primò Henricum IV. Imperator. anno 1086. Wratislaum Justum Bohemiæ Ducem, Regem Bohemiæ creasse, & cum ejus posteri modestiâ aliquâ titulo *Regis* aliquandiu abstinuissent, & rursus pro eo veterem *Ducis* usurpassent, Fridericum I. Imp. titulum Regis in Uladislao II. renovasse, ac secutis temporibus Philippum Imp. eundem in Premislao confirmasse produnt Constitutiones apud *Goldastum in tom. 2.* der Reichssatzungen/ *p. 9. 13. 14.* vid. *Limn. l. 2. c. 9. num. 9.* Similiter Fridericum I. Imp. transmissa coronâ Petrum Regem Daniæ salutasse perhibet *Choppin. de doman. Franc. l. 3. t. 26. n. 5. Otto Frisingens. l. 2. de reb. gest. Frider. I. c. 5.* (Nos tamen jam antè Imp. Lotharium Magno Daniæ Regi coronam imposuisse comperimus ap. *Helmold. in Chron. Slavor. c. 50. & 91. Crantz. in Sax. p. 195.* Conf. *Caspar. Sagittarii Nucleum Histor. German. §. 115.*) & ante hos Ottonem III. Boleslaum I. Poloniæ Ducem Regali dignitate mactasse ex *Cromer. lib. 3. histor. Polon.* vulgò tradunt. vid. *Limn. d. l. num. 21. Sprenger. 1. cap. 8. pr.* quod tamen itidem pro fabula habet *Conring. de finib. Imp. c. 18.* Boleslaum II. Conrado II. demum Cæsare, se in Conradi injuriam Regem dixisse, ex *Wippone ac Ottone Frisingensi* probans. Dignitatem Archi-Ducalem ad hæredes transitoriam Potentissimæ Austriacorum Domui, quæ sola eâ etiamnum

in ho-

in hodiernum usque diem prælucet, (vid. *Franc. Iren. in Coll. J. Publ. ad Burgold. p. 1. p. 191.)* à Rudolpho I. Patre impetravit Albertus filius. *Spangenberg. in Spec. Nobil. l. 10. c. 12.* Et axioma Ducale cum juribus ei annexis Genti Würtembergicæ, quæ in Sueviæ Comitibus diu jam Principem obtinuerat locum, Ducumque Teccensium successione aucta erat, in EBERHARDO BARBATO, à Pontifice Maximo, Sixto IV. quoque aureâ Rosâ anno 1482. donato, obtulit *Maximilianus I.* Imp. in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. (Diploma exhibet ex *Hortledero Limn. l. 5. J. P. c. 16. n. 2.)* ac paulò ante *anno scil.* 1474. Holsatiæ Comitibus quoque fecerat Fridericus III. Et quis nostrûm non novit hoc modò seculo Principes Arenbergenses, Ost-Frisios, Hohenzollerenses, Salmensem, Lobkowiz, Eggenbergensem, Dietrichsteinensem, Nassovium in Hadamar & Dillenburg, Auerspergensem, Piccolominium à Ferdinandis II. & III. ad Principalem dignitatem evectos, pluresque quam 60. Comites & 120. Barones ab iisdem creatos, ac Principes Fürstenbergicos, Schwartzenburgicos, Oetingensem, Montecuculium, Georgium Fridericum Waldeccensem, Walrathum Nassovio-Saræpontan. in Ussingen, modò Gloriosiss. nostrum Imp. Leopoldum Principalis suæ gloriæ & dignitatis authorem laudare. Plura antiquiora dignita- tum

tum harum ab Impp. noſtris collatarum e
pla videſis apud *Limn. l. 2. c. 9. n. 23. ſeqq*
ler. Archolog. c. 9. 10.

2. Injuris verò hujus ſibi competent
ſedulò præcavere debet Imperator, ne
ceſſione novæ dignitatis aliis præjudi
quoddam inferat, aut alicujus titulo &
quæſito vim quandam faciat, ſicque a
& occaſionem diſſidiis, contentionibus a
lis præbeat. Quod Status Imperii Cap
tioni Imp. inſeri voluerunt, ut videre
Monitis eorum anno 1658. exhibitis ad
Leopold. art. 45. n. 5. verbis: Daß der zu
rige Römische Kayser/ keinen/wer der auc
einigem alten Hauß oder Geschlecht zu p
diz, oder Schmählerung Seiner digr
Stands und alten üblichen Tituls/ mit
Prædicaten und höhern Tituln und Wa
Brieffen begabe oder versehe. ob exem
Limn. tom. 1. addit. ad lib. 2. c. 9. num. 20
249. relata 1. in Dominis de Cylly, quos
mundus Imper. anno 1435. Zu Gefür
Graffen deß Reichs gemacht/ darwied
Fürsten von Oesterreich excipirt/daß es
zu præjudiz geschehen. 2. In Erneſto C
te Schaumburgenſi, quem Ferdinandus
claſſem Principum receptum, titulo Pri
Holſatiæ & Schaumburgenſ. decoravit, i
Rex Daniæ ægre ferret literis ad Imperat
datis petiit, ut Schaumburgenſi injun

daß Er Sich deß Fürsten-Tituls deß Fürstenthums Hollstein gänzlich und zumal äussere und enthalte. Responsum autem accepit, nihil in præjudicium alterius ab Imperatore tentatum vel factum, cum Comes in Principum ordinem, non Holsatiæ, sed aliorum bonorum respectu, quæ in Holsatiæ Ducatu ex antiquo jure possideret, receptus. *Limn. d. c.*

3. Dein hoc, quicquid sublimioris est honoris ac dignitatis, nonnisi bene meritis, (his enim dignitates & præmia tantum debentur) domicilium in Imperio habentibus, (an nativitate autem Germani, vel alterius nationis sint, nil refert, modò in Imperio larem constituerint. Et cum fines Imperii non sola German à terminentur, ii quoque, qui in Italia sedem habent, hic intelliguntur, ut nimirum & illis Principis vel Comitis aut Baronis Imperii dignitas ab Imp. nostro conferri possit, quod sæpius etiam factum novimus. Imò novimus quoque eandem aliquoties exteris, qui domicilium suum extra Imperium habuerunt, e. g. *Razivilio, Comiti de Tencryn, Supremo Regni Poloniæ Cancellario, Johanni Arundelio Anglo, & Vaubecurtio Gallo* collatam) ac splendori dignitatis sufficientibus bonis instructis conferat: juxta Capit. Leopold. art. 44. ibi: deßgleichen wollen wir bey Collation Fürstl. auch anderer Dignitäten / vornehmlich dahin sehen / damit auff allen Fall dieselbe allein denen von

Uns ertheilt werden / die es für andern wol meritirt / im Reich gesessen / und die Mittel haben den affectirten Stand pro Dignitate außzuführen. add. Capit. Josephi art. 43.

4. Potest Imperator exercitium hujus juris conferendi dignitates Regales certo respectu etiam aliis communicare, sic Archi-Duces Austriæ, per privilegium à Carolo specialiter concessum, non tantùm Nobiles, sed & Barones ac Comites creare possunt, in allen Ihren Landen / Herrschafften / und Gebieten / ut habent verba Privilegii, quod exhibet *Limn. l. 5. c. 2. pag. 40. lit. e. f. g.* quo jure quoque ex antiquâ consuetudine Comites Palatinos Rheni gaudere testatur *Joachim Cluten. in Syllog. rer. quot. concl. 24. lit. L.*

5. Cave autem, ne cum hoc jure conferendi dignitatem Principis, Comitis &c. confundas jus conferendi dignitatem Status Imperii, quæ diversa planè ac distincta sunt & manent jura; Non enim quem Imperator ob singularia in Imperium Romano-Germanicum merita ad summum dignitatis Principalis &c. evexit fastigium, statim hoc ipso Status Imperii esse incipit, h. e. jus stationis sive sessionis & suffragii in Comitiis Imperii quoque consequitur, sed ad id obtinendum, necessarius est Electorum ac Statuum, maximè Collegii illius, in quod quis novâ dignitate auctus recipiendus, communis consensus. *Capit. Ferd. IV.*

IV. art. 45. Leopold. art. 44. Joseph art. 43. Præterea que optimo pro libertate Germaniæ consilio, in *Ret. Imp. de anno 1641.* §. und demnach wir/ ꝛc. 97. ac *Capit. Impp.* ex *Statuum Imp. Monitis ad Capit. futuri Imp. art. 45. n. 3. 4.* constitutum est, quod nemini jus sessuræ & suffragii in Comitiis concedi debeat, nisi prius bona dignitati convenientia immediatèque Imperio subjecta, acquisiverit, ne alioqui aucto per Imperatores novitiis à suo nutu pendentibus Civium Imperii numero, cæterorum Ordinum authoritas votorum pluralitare obruatur, quod Ferdinandum II. Imper. potissimè molitum esse, observavit *Author libelli, cui* titulus: *Status particularis regiminis Ferdinandi II.* Ea tamen necessitas possidendi bona ejusmodi immediata speciali Statuum indultu certo modo remitti potest, ut nihilominus alicui sessio in Comitiis concedatur. Quod præsentibus Comitiis *anno 1664.* factum Johan. Ferdinando de Porcia, Magistro Officiorum in Aula Imperiali, & quæ hæc præcesserunt *anno hujus seculi 54.* quibusdam aliis vid. *R. I. de d. anno 1654. §. 197.*

6. Vi hujus Reservati præter superiores istas dignitates Cæsar etiam creat Equites, Nobiles, Comites Palatinos, Doctores, Notarios, Poëtas &c. Vox *Equites* interdum confusè sumitur, & comprehendit in genere quoscunque Nobiles, quippe quorum Ordo non modo

do

do vulgari loquendi usu, sed & passim in Constitutionibus Imperii die Ritterschafft audit vid. *Ord.* deß Regiments zu Augspurg *de anno 1500. tit.* wie 20. Personen §. die ander Sechs rc. *& tit. seq. R. I. de anno 1555.* §. und in solchen Frieden rc. fortè quod ante ducentos præter propter annos solis ferè Nobilibus militia equestris assignata: *Besold. 1. Pol. 11. numi 45.* Interdum distinctè, prout notat peculiarem quandam dignitatem, quæ non competit Nobilibus, quà talibus, sed quibusdam eorum specialiter conceditur, ita hîc & in der Königl. Satzung vom gemeinen Pfenning. *de anno 1495 tit.* von der Einnahm der Aufflegung. *Reform. Polit. de anno 1548. tit.* von unordentlicher Köstligkeit der Kleydung. *& tit.* vom Adel/ §. jedoch sollen Ritter rc. accipitur. Differunt autem hi Equites specialiter sic dicti à Nobilibus 1. in eo, quod Nobilis, perinde ut Baro, Comes &c. nobilitatem suam in filios derivet, Equitis vero dignitas, perinde ut Doctoris, omninò cum personâ pereat. Receptum inter ipsos hinc, ut cùm primùm Eques mortuus sit, Catena Ordinis Directori Collegii ab heredibus remittatur. 2. In eo, quod ex ignobili quis Nobilis fiat, at non ex ignobili Eques. Ita enim in Protocollo coronationis Regis Maximiliani, quod extat ap *Goldastum* in Politischen Reichshändeln, *p. IV. p. m. 9. tit. 5.* legitur. Das keiner soll zum Ritter geschlagen werden/ er

sey

sey dann von seinen vier Ahnen Edel und Waffen-gemäß / welcher eine offene Ubelthat / die unlaugbar ist / oder bezeuget / wider seine Ehre gethan / der soll nicht geschlagen werden ꝛc.
3. Et privilegiis ac dignitate differunt Equites à Nobilibus simpliciter ita nominatis, habent quidem Equites omnia Nobilium privilegia, at non pariter Nobiles illa, quæ Equitibus concessa. vid. *Reform. Polit. de anno 1530. & anno 1548. tit.* vom Adel *& tit.* vom Pferd-Zeug.

7. Sunt eorundem alii simpliciter tales, alii cum apposito certi Ordinis Equestris e. g. *Equites Aurei Velleris, S. Georgii, S. Michaelis &c.* De varietate Ordinum autem ac cujuscunque in specie ortu & origine, peculiari signo & habitu, statutis, privilegiis, bonis &c. videsis *Hieronym. Megiseri tract.* vom dreyfachen Ritter-Stand und allen Ritter-Orden der Christenheit / so viel deren biß auff den heutigen Tag gestifftet. *Aubert. Miræi Militarium Ordin. lib. II. Franc. Menenii delicias Equestrium sive Militar. Ordin. &c. Limn. l. 6. I. P. c. 2.* Quamvis autem mire Ordines Equitum pro regionum diversitate varient, attamen in tria vulgò genera ipsi distinguuntur: Unum eorum est, quos Torquatos appellant, à torque sic dictos: sub quibus continentur, Equites Aurei Velleris, die Ritter deß Güldenen Flüsses / quos peculiari libro descripsit *Julius Chifletius, Ordinis hujus Cancellarius* cum titu-

lo;

lo: *Breviarium Historicum Inclyti Ordinis Equitum Aurei velleris.* Equites Aureæ Periscelidis sive Garterii, deß Güldenen Hosenbands / rc. vulgò *Equites Clinodiorum* vocant, Itali *Cavallieri de gli Ordini di Collana;* ex torque enim suspensa Clinodia gestant. Alterum genus est Auratorum, qui sic à Calcaribus, quibus insigniuntur, auratis appellantur. Tertium genus eorum est, qui Cruciferi vel Crucigeri, à crucis insigni, & Spirituales sive Ecclesiastici dicuntur, in quorum ordine habentur Equites S. Spiritus, S. Lazari, & S. Mariæ, &c.

8. Imperator noster, quâ talis, non creat Equites certi ordinis, sed simpliciter tantum dictos, non defectu potestatis, sed quia peculiaris ordo in Rep. nostrâ nunquam institutus ac receptus. Nam quamvis Ordo Teutonicus, ex eo, quod nulli nisi Germano ex nobilitate prognato conferatur, sic dictus, (cujus Equites à Xenodochio S. Mariæ Hierosolymæ, ubi initium ferventibus adhuc bellis sacris, quæ recuperandæ Palestinæ causa viribus universi orbis, Ecclesiæ Romanæ addicti, seculo 12. 13. gerebantur, cœpit, ædificato, passim apud Authores & Mariani ac Hierosolymitani audiunt) bona quædam in Germania possideat, vid. *Spreng. l. 3. c. 10. p. 408.* & Imperatoris ac Statuum consensu *anno 1530.* inter membra Circuli Franconici, propter Balliviam Mergentheimensem omnium amplissimam & potissimam,

mam, in illo Circulo ſitam, ſit receptus, ac ejus nomine Magnus Ordinis Magiſter, der Teutſche Meiſter dictus, in Scamno Eccleſiaſtico poſt Archi-Epiſcopos, ſeſſione & voto in Comitiis Imp. univerſalibus gaudeat, item Ordo S. Johannis, (qui parilem ferè cum præcedenti habet originem, cujusque Equites etiam Rhodienſes ab inſula Rhodo, Saracenis *Anno 1305. 5. Aug.* armatâ manu ereptâ, & ad *annum 1523. usque* contra quoscunque hoſtium inſultus fortiter propugnatâ dicti, nunc verô Melitenſes ſeu Maltheſii, ab Inſula Maltha ſeu Melita, à Carolo V. poſt illam à Solymanno Turc. Imper. dicto anno rurſus expugnatam, certis conditionibus acceptâ, & in hodiernum usque diem ſtrenuè defenſa, audiunt,) plurima in Imperio noſtro teneat bona, & hinc ejusd. nomine Magiſter Ordinis hujus per Germaniam, inter Abbates in Comitiis Imp. votum reddat, (videſis *Franc. Iren. in Coll. J. P. Diſc. 21. part. 3.)* attamen neutrius collatio ſive diſtributio ad Imperatorem noſtrum pertinet.

9. Cogitatum aliquando, ſed & conſultatum fuit ab Imperatore & Statibus Imper. de novo Ordine in Imperio noſtro conſtituendo, ad fines Imperii contra irruptiones Turcarum cuſtodiendos; ſicut acta ipſa refert *Limn. tom. 4. ad l. 6. cap. 2. num. 52.* add. *R. I. Ratisb. de anno 1576.* §. ferners haben wir ꝛc, *R. I. de anno 1603.*

§. wie

§. wie wir auch unvergessen bleiben 2c. Sed ad exitum nunquam perductus conatus, quod tamen si factum fuisset vel adhuc fieret, maximè è Reip. bono esset, agnoscente id quoque cum *Betsio Limnæo l.6.c.2. num.52.* Conf. *Conring. ad Lampad p.3.c.6. in append.*

10. Per Comites Palatinos, quorum creationem liberæ Imperatoris voluntati, vi reservati hujus, relictam suprà asseruimus, nos non Principes Imperii de regione, quæ Palatinatus Pfaltz-Graffschafft/ dicitur, investitos, quales in Imper. hodiè clari sunt: Comes Palatinus Rheni S.Imp. Archi-Thesaurius ex linea Neoburgico, Bipontinus, Veldentinus, Birckenfeldensis; sed eos, qui ad horum Principum Germ. Pfaltz-Graffen/ audientium differentiam appellari solent deß H. Römischen Reichs Hoff-Graffen/ intelligere, ipse personarum ordo innuit. Dicuntur hi aliàs Sacri Lateranensis Palatii, Aulæque vel etiam Curiæ Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comites, *Limn. l.4. I.P.c.4.num.40.* ubi ostendit, qua ratione ita dicantur.

11. Comitivam hanc suo & proprio Jure solus Imperator, (tùm ut Majestas ipsius tanto fiat clarior, tùm ut generi, virtuti & eruditioni suus constet honos & præmium, aliique ad similia vel majora etiam in Virtutum studio & stadio edenda specimina invitentur & excitentur,) confert; Unde inter Imperato-

tora

toria Reſervata Jus eam concedendi à Dd. communiter refertur. vid. *Arum. Diſc. Academ. d.I.P. 17. th. 30.* quod & magnus ille JCtus *David Peiferus* in Carmine gratulatorio de Comitiva *Nicol. Reiſneri* his expreſſit verbis:

Multa reſervati Cæſar, ſpecialiter Juris,
Si non hæc aliis conferat, unus habet.
Ille Palatino ſolus dignatur honore,
Quos titulis tantis judicat eſſe pares.

Solet vero Imper. interdum hoc ſuum jus Comites Palatinos creandi & aliis quibusdam ex ſpeciali gratiâ indulgere, ac dato Diplomate confirmare, qui tum non propriâ, ſed conceßâ & communicatâ ſibi authoritate iſthanc dignitatem petentibus conferunt. Tale privilegium Illuſtriß. Familiam Ortenburgicam & Familiam de Amatis accepiſſe comperio.

12. Hoc jus creandi Comites Palatii Impp. tempore cœpiſſe, omnino probabile eſt, ſed ſub quo cœperit, non facilè dixerim. Conſtantino M. tribuit *Gothfred. in not. ad l. un. C. de Profeſſ. qui in urbe Conſtant.* ubi Doctoribus ſive Profeſſoribus Urbis Conſtantinopolitanæ & nominatim Grammaticis, Sophiſtis, & Jurisperitis, ſi in ea Urbe 20. annos docuerunt, ob labores, quos ſuſtinuerunt & commodum publicum, quod promoverunt, Comitiva Primi Ordinis conceditur. *Quod privilegium an & aliarum quoque Academiarum Profeſſores rectè ſibi vindicent, ſive generatim hodiè obtineat?*

haud ineptè quæſiveris. vid. *Clariſſ. Lanſ. Comment. de Academ. p. m. 79. 80. 81.* ubi id rectiſſimè negat.

13. Decoratur Comitiva hac *vel* Corpus aut Collegium aliquod Academicum, cujus exemplum illuſtre præbet Collegium Oratorum & Poetarum in Archi-Ducali Viennenſi Auſtriæ Academia, quod ex ſingulari Imperatoris Maximiliani I. gratia hanc obtinet prærogativam, ut ejus Rector Palatini Comitis prærogativa fruatur; Facultas Jurid. Academiæ Roſtochienſis, cujus Decanus ex Rudolphi Imper. conceſſione eâdem æque ſemper gaudet; Et Academia Helmſtadiana, cui hoc privilegium à Maximiliano II. Imperatore pariter conceſſum, quod Rector illius, Sacri Lat. Palatii, Aulæque Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comitis titulo, dignitate ac juribus potiri debeat; nec non Chriſtian-Albertina ſive Chilonienſis, cujus Pro-Rector itidem ex Imp. beneficio ſemper Comes Palatinus Sacri Palatii, Aulæ & Conſiſtorii Cæſarei; *vel* etiam Familia, cujus emplum in Gabriele Comite de Ortenburg, & ejus deſcendentibus maſculis, Joh. Amadio & ejus poſteris, familiâ Comitum de Thurn & Valle Suſſinis; *vel* ſingularis perſona, quod frequentius.

14. Jus quale & quantum cum dignitate (quæ ſatis magna, tùm ex intentione dantis, qui Imp. vel alius ejus nomine, tum vel maximè

mè ex meritis, propter quæ confertur, major tamen quando quis non tantùm ipse Comes fit, sed & hoc jus aliis conferendi potestatem consequitur) simul concedatur, æstimandum ex tenore Diplomatis cujusque, unius enim plura, alius pauciora continet privilegia. Quæ sparsim hinc inde distinctis personis, , quas Impp. hoc honore dignati, concessa, sunt sequentia. I. Illegitimè natos (exceptis Principum, Comitum, ac Baronum Imp. liberis) legitimare vid. *Mev. p. 9. dec. Wism. 127.* Ubi quæri solet: *An & proprios suos vel suorum liberos illegitimos legitimare Comes Palat. possit?* quod affirmandum ducimus, non tam ex hac, quæ vulgo reddi solet, ratione, quod sit actus voluntariæ Jurisdictionis, quam quia id, quod Comes Palatinus agit, Imperator per eum tanquam per Instrumentum facere videtur; nec ut, affirmativâ hâc relictâ, in negativam discedamus, movemur iis, quæ afferuntur in analectis hîc. II. Minores, Ecclesias, Communitates læsas in integrum restituere. III. Creare Baccalaureos, Magistros, Licentiatos, Doctores cujuscunque Facultatis, prævio tamen legitimo Candidati examine, cum tribus ad minimum eximiis de creandi Professione Doctoribus suscepto. Quos à Comite Palatino creatos Doctores (*Bullatos* per odium vocant) iisdem gaudere privilegiis, quibus illi, qui in Academiis publicè promoti

 sunt,

ſunt, cum *Arumæo ad A. B. Diſc. 1. num. 5. Lanſ. Comm. de Academ. circa fin.* contra *Guid. Pap. d. 88. num. 3. Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 3. num. 129. ac alios à Lanſio allegatos* ſuſtinebimus. IV. Poëtas donare laureâ, quam Imp. Fridericus III. ipſe Æneæ Sylvio, qui poſt Pontifex factus, & nomine mutato Pius II. dictus, ac Conrado Celti, natione Franco, qui primus Germanorum omnium lauream accepit, impoſuit, & abhinc vel per ſe vel per alios Poëtas coronandi jus ap. Impp. in hunc uſque diem permanſit. V. Creare Notarios, quorum officium (quod potiſſimùm in Inſtrumentis de rebus geſtis certæ & perpetuæ memoriæ gratia conficiendis conſiſtit. vid. *Conſtit. Maximiliani de anno 1512.* von Notarien rc. add. *Beſold. voc. Notarius*) Reip. & utile & neceſſarium eſt, proinde in iis creandis non minima etiam debet attendi cautio. VI. Nobilitare. VII. Inſignia ſive arma perſonæ qualitati convenientia concedere, quamvis hæc duo jura pauciſſimi conſequantur. VIII. Tutores & Curatores confirmare. IX. Authoritatem in arrogatione interponere. X. Adoptionibus, arrogationibus & emancipationibus quibuscunque omnium & & ſingulorum, etiam infantium & adoleſcentium, conſentire. XI. Veniam ætatis concedere. XII. Minorum alienationibus ac alimentorum transactionibus authoritatem pariter ac decretum interponere.

15. Amit-

15. Amittitur dignitas hæc crimine læsæ Majeſtatis, hæreſi, abuſu & morte, niſi ſpeciatìm in Diplomate aliud conſtituatur. vid. *Th. Sagittarii Diſp. de Jure & Privileg. Comit. Palat. Cæſar.* ap. *Fritſch. vol. 2. Exerc. J.P. XIII.*

CAPUT VIII.

De jure circa Officia Imperii.

REServatum V. Imperatoris vulgò conſtituitur jus circa Imperii Officia, (die Macht Reichs-Obrigkeiten und Beampte zu ordnen) quo officia in Imperio dignis ſubjectis pro meritis confert. Inter Officia Imperii maximè eminent Auguſta Electorum Officia; die Ertz- und Chur-Aempter; Tres nimirum *Archi-Cancellariatus*, qui tribus Archi-Epiſcopis Electoribus, Moguntino ſcil. per Germaniam (jam inde ab Ottonis I. Imperio: videatur ſolers ille rerum Imperii veterum, dum vivebat, indagator, vir pietate, doctrinâ ac nobilitate eximius, *Bernhard. Mallinkrot. de Archi-Canc. Imper. pag. 26. 29. Clariß. Conring. Diß. de Officialib. Imp. Rom. German. th. 8.* Et extare quidem ſpecialia in tabulario Moguntino privilegia de expreſſa ſedi Moguntinæ collata Archi-Cancellariatus hujus dignitate, refert ſpeciliater de hoc edoctus Dn. *Spenerus Op. Herald. l. 1. c. 64. §. 17.* ut ſic non amplius ſit opus, cum

Mallinkrotio dubitare, an expresso Ottonis I. aliusve Imperatoris privilegio, an verò tacito ac paulatim gliscente jure Archi-Cancellariatus Imp. Moguntinæ sedi annexus fuerit.) Coloniensi per Italiam (etiam jam à temporibus Friderici I. vid. *laudatus Mallinkrot. d. tr. p. 36. & seqq.* ac *Conring. d. Diss. th. 9.*) Trevirensi per Galliam & regnum Arelatense (à quo tempore, non facilè definiverim, vid. *Mallinkrot. Conring. alleg. loc.* quamvis *Strauch. Ex. 2. th. 9.* ejus Initium ad Carolum IV. referre non dubitet. Sed vid. *Bœcler. Not. Imp. l. 6. c. 6.* qui certiora esse dicit illa *Brovveri in annal. Trevirens. l. 16. num. 152. p. 177. & n. 156. pag. 178.* quibus Boëmundo (Anno 1299. mortuo) à Frider. II. Archi-Cancellarii Arelatensis titulus primum tributus asseritur) competunt. (Ut tamen, ex multorum opinione, hodiè penes posteriores duos plus honoris sit, quam muneris. Sed vid. *sect. 2. cap. 4. infra*) *Archi-Pincernatus*, (Ertz-Schencken-Ampt/) qui Regi Bohemiæ; *Archi-Dapiferatus*, (Ertz-Truchsessen-Ampt/) qui hodiè Bavaro; *Archi-Marschallatus*, (Ertz-Marschall-Ampt/) qui Saxoni; *Archi-Camerariatus*, Ertz-Cammerer-Ampt/) qui Marchioni Brandenburg. *Archi-Thesaurariatus*, Ertz-Schatzmeister-Ambt/) qui Comiti Palatino, cesserunt. Originem hæc Secularium officia ex aula veterum Regum Francorum, absque dubio trahunt. vid. *Lehman. l. 2. Chron. Spir.*

Spir. c. 1. & seqq. Conring. d. Diss. th. 7. fuerunt autem sub illis, & primis Impp. Roman. German. temporanea & ambulatoria, pro cujusque Imperatoris lubitu inter Principes sibi delectos, beneque de se & Imperio meritos distributa, *Goldast. de Bohem. l. 3. c. 8. pr. Conring. d. Diss. 12. 13.* Post vero, incertum est quo tempore? vid. *Conring. θ. 13.* Sed confer. Dn. Wagenseil. *erud. tr. de S. R. I. summis Officialib. & eor. subofficial. c. 18. num. 6. 7.* iis familiis, quæ hodiè his dignitatum apicibus coruscant, hereditaria ac propria facta.

2. Equidem *Caspar Bruschius tr. de Episcop. Germ. in Catalog. Episcop. Bambergens. pag. 236.* jure privilegii Episcopum Bambergensem ab Henrico II. Imp. impetrasse tradit, ut sui arbitrii esset, cui hæc officia collata vellet, indeque illa à multis defensa opinio, quæ Electores Seculares officia sua cum annexis commodis à prædicto Episcopo in feudum recognoscere statuit. vid. *Cyriac. Spangenberg. in Chron. Sax. cap. 161. Christ. Sturc. de Imp. Roman. cap. 36. num. 12. Caspar. Peucer. Chron. l. 4. Arum. ad A. B. disc. 6. num. 41.* Sed intolerabilis hîc subest error. (Sicuti merum quoque deliramentum est, quod de seritio Divæ Cunigundæ filo, pro muro scil. Bambergæ illud esse, à nonnullis est traditum. *Limn. libr. 3. c. 7. num. ult. & ad A. B. c. 27. pr. Observ. 7.*) Etenim verum quidem, quod Bambergensis Episcopus Ele-

ctoribus Secularibus conferat feuda quædam, (vid. *Limn. ad Capit. Carol. V. pagin. 123. Gevvold. de Septemviratu c. 10.*) quorum intuitu eidem officia, illis, quæ Imperatori debent, consimilia, per suos subofficiarios præstant, attamen magna inter hæc Episcopalia per Vicarios ex equestri ordine, quibus in subfeudum concessa, præstari solita, & Imperalia, quæ pariter ut Electoratus, ab ipso Imper. per investituram Electoribus unis literis conceduntur, (ut probat *Carpzov. quæst. 1. ad A. B. Disput. X. feud. subjecta.*) ante Carolum IV. autem non semper in feudum data fuerunt, (vid. *Æmil. Chregg. de Septemvir. Imp. Offic. ass. 13. Eiben Elect. Jur. Feud. cap. 9. §. 10.*) est differentia, quæ palàm patescit 1. ex denominatione Germanicâ, quâ illa Ober-Aempter/ hæc Ertz-Aempter dicuntur. 2. Ex diversitate Vicariorum, hi enim in *Aula Episcopi Bamberg.* sunt: Nobilis Franconicus ab Auffsaß/ qui Bohemiæ Regis, Nobilis à Pommersfelden/ qui hodiè Bavari, Nobilis ab Ebner/ pro quo illum von Löser/ substituit *Christ. Gastel. de Statu Europ. publ. c. 8. num. 40.* minus rectè, Mareschallum Electoratus Saxoniæ cum Episcopatus Mareschallo forte commutans,) qui Saxonis, Nobilis von Rotenhan/ qui Brandenburgici, ibidem vices gerunt; Palatinus hodiè hujusmodi officium Episcopo huic non præstat, cum, quæ in feudum ab ipso recognovit,

vit, cum Palatinatu superiori cesserint Bavaro. In *Curiis* autem *Imperialibus* in Electorum absentiâ (nam hîc sæpius ipsi Imperatorem comitando, eidemque insignia præferendo, & ordine per *A. B.* præfinito ministrando, sine ulla dignitatis summæ læsione officia illa sua obeunt) planè alii Comitum vel Principum Imp. dignitate conspicui *supra cap. 2. num. 38. seqq.* relati, (quos olim ab Imperatoribus datos, hodiè autem extinctâ unius familiâ ab Electoribus eligi sentit *Limn. ad A. B. c. 29. t. 1. Observ. 8.*) illorum vice Officia ista præstant, exclusis quoque ad Curias missis Legatis; moverunt equidem hi aliquoties illis controversiam, & sicut in cæteris, ita quoque in officiorum horum præstatione, principalium suorum vices repræsentare voluerunt, sed in coronatione Caroli V. cum Regis Bohemiæ Legatus, excluso Vice-pincernâ, vinum aquâ temperatum propinare Cæsari vellet, pro Sub-Pincernâ judicàtum fuit, teste *Hartman. Mauro. in Coron. Caroli V.* Pari ratione in coronatione Matthiæ, Baroni à Budlitz / Legato Brandenburgico in Sceptro præferendo prælatus est Comes de Hohen-Zollern. Rursus tamen in coronatione Ferdinandi IV. Regis Roman. inter Seren. hujus Electoris Legatos, & Vice-Camerarium Imperii orta est hac de re controversia. Illorum interpositam protestationem adducit *Limn. tom. 2. addit. ad lib. 3. cap. 7. n. 74.* Conf. *idem ad A. B. cap. 27. §. 6. Obs. 21. seqq.*

seqq. Wagenseil. d. tr. c. ult. n. 12. Si verò & Sub-Officiales hosce Erbschenck / Erb-Truchses / ꝛc. abesse contingat, Ordinarii Imperialis Curiæ ministri, & quilibet quidem in locum ejus, cui in titulo ac officio communicat, succedunt, & absentium vice, exclusis iterum eorundem Legatis, non modo ad officia peragenda, sed & utilitatem inde ptovenientem percipiendam admittuntur. vid. *A. B. c. 27. §. 6. inf. Capitul. Ferdin. III. art. 48. IV. art. 46. Leop. art. 46. Josephi art. 45.* quibus articulis *d. §. 6. cap. 27. A B.* fructum officii quotidianis aulæ Imperialis ministris, in casu, quo ipsi Sub-Officialium absentium loco ministrant, addicens, non abrogatus. Non enim *ibi in Capitul. Leop. d. artic. 46 & Josephi art. 45.* absentia quævis intelligitur, sed tantum illa, quando Sub-Officialis Electoris, in loco, ubi aula, præsens est, sed infirmitate vel legali impedimento detinetur, quo minus officium Imperatori præstare possit. *Limn. ad A. B. c. 27. §. 6. Observ. 27.* Unde officia in tres Classes dispescuntur 1. In die Oberste Ertz und Chur-Aempter. 2. Erb- und Affter-Aempter / de materiâ hac der Erb-Aempter / duo extant consilia apud *Besold. v. 6. Cons. 258. 359.* 3. Tägliche Hoff-Aemter. Ut taceam 3. Electores ab Episcopo feuda ista nunquam in propriâ personâ, sed per mandatarios, etiam juramenti loco stipulatâ saltem manu facta promissione, recipere, annotante id *Limnæo*

ex

ex actu investituræ Elect. Saxon. *de anno 1623. tom. 4. in addit. ad l. 3. c. 7. num. 77.* Cum Imperialia nonnisi solenni juramento præstito conferantur. Quodnam hodiè ergò, postquam officia hæc sic hereditaria facta, & in feudum perpetuum recognoscuntur, Imperatori jus sit circa ea, ex dictis facilè colligi potest,

3. Officia Imperii cætera dividi possunt in civilia, & militaria. Ad illa pertinent, Vicariatus, qui per *A. B.* Comiti Palatino, & Electori Saxon. perpetuò confirmatus *tit. 5.* Unde quid hic Imperator possit, itidem in aprico est; Directorium in Circulis Imperii, quod hodiè pariter est perpetuum; Jus in summis Imperii Tribunalibus dicentium munera, ubi disting. inter Judicium Aulicum, & Rothwilanum, ac Judicium Camerale. Priora duo solius sunt Cæsaris, proinde ejus quoque ibi est officiorum principalium collatio & distributio, quanquam circa Judicium Aulicum arbitrium Cæsaris certis limitibus jam etiam quodammodo restrictum sit. vid. *Instrum. Pac. art. 5. §. 20. vers. sed idem etiam. Capitul. Leopold. art. 40 41. Josephi art. 39. 40.* Camera verò Spirensis, etsi in Decretis ac sententiis suis solius Imperatoris nomen præferat, non tn. à solo Imperatore, sed ab universis simul Imperii Statibus dependet, eorumque authoritate jus dicit, proinde Judicum ibidem constitutio inter ipsos quoque est communis. *Instrum. Pac. art. 5. §.*

præ-

præterea. Rec. Imp. de anno 1654. §. Die Ersetz- und Bestellung unsers Kayserl. 2c. *22. seqq.* De aliis civilibus Imperii officiis vid. *Limn. ad A. B. c. 27. §. 6. Observ. 28. & ibi all. loc.)* Similiter in militarium officiorum distributione, quando bellum Imperii nomine geritur, cum Cæsare consilio & suffragio Comitiali Imper. Status concurrunt. *Instrum. Pac. art. 8. §. gaudeant.* vid. *Limn. ad Capit. Ferdin. III. art. 15. pag. 702.* add. *Balthas. Venat. relat. Comit. 5.*

4. Aulæ suæ officia, quæ varia, Imperator pro lubitu distribuit, ut tamen nationis Germanicæ omninò rationem habere debeat, in iis quos eligit, ut consilio & operâ in administrando, regendo, conservandoque Imperio nec non in utilitate ejus promovendâ, vel Magnificentia ejus exornandâ & ostendendâ occupati esse debeant. *Capitul. Carol. V. art. 13. Ferdin. III. art. 15. IV. art. 41. Leop. art. 40. ibique Limn. Josephi art. 39.* Supremũ ac primum Aulæ Imperialis officium est penes Supremum Aulæ Magistrum, dem Obrist Hoffmeistern/ secundo loco est Supremus Aulæ Mareschallus, cujus Jurisdictio, notante *Authore descriptionis Status particular. regimin. Ferdinandi II. cap. 8. p. 76.* non modo in omnes aulicos & ministros, aliosque ad aulam Cæsaream spectantes, se extendit, sed etiam in extraneos, Aulam visendi gratia Viennæ commorantes Aulamq; sequentes mercatores, opificesque privilegiatos, quos vulgo

vulgo von der Niderlag und Hofbefreyete vocant. Refert eo & Agentes, Prolegatos, Legatos, Deputatos, Sollicitatores, & ejusmodi viros in Aula Cæsareâ negotia & res gerentes, quos etiam in Cæsaris Judicio Aulico conveniri, ejusque Ordinationem servare teneri, tradit *Dn. Maurit. in Diß. de Judic. Aulic. t. 11. & 19.* vid. verò Dn. Uffenbach. *intr. de Jud. Aulic. cap. 7. sect. 2. subsect. 2. p. m. 51. & sect. 3. inf. p. 60. ac cap. 10. p. 92.* Sed aliàs inter Legatorum Privilegia, non solùm seorsim apud hunc vel illum populum, sed & inter omnes gentes communiter valitura, hoc etiam vulgò referri constat, *quod Legati à Jurisdictione loci ubi degunt, exempti sint, nec aliam, quam mittentis, agnoscant*, (quanquam de hujus juris *amplitudine & terminis*, ac *an nec ullo crimine excidere possint eo jure, & si, quale esse debeat?* adhuc disceptetur, vid. *Richardi Zouchæi de Legati delinquentis judice competente libellus, & Quæstio vetus & nova: An Legatum, adversus Principem vel Rempublic. ad quam missus est, delinquentem, salvo jure Gentium capere liceat? Argentorati, ac Parisiis initio hujus seculi edita, & Coloniæ ad Sprevum ann. 1669. cum notis Henelii recusa. Hug. Grot. 2. de J. B. & P. c. 18. n. 4. Strauch. disp. Exot. 7. th. 8. Melch. Juncker. diß. de Legation. thes. 134. seqq.* apud *Fritsch. vol. 2. Exerc. Jur. Pub.. XIV. Joh. Frid. Horn. de civitat. l. 2. c. 8. th. 6. Ziegler. ad Grot. d. l. Arum.*

ad

ad A. B. Disc. 1. num. 21.) quodque ipsi etiam propriam in domesticos, famulos & officiales suos habeant jurisdictionem (vid. *Horn. d. cap. 8. Furstener. de Jure Suprem. ac Legat. Princip. German. cap. 6. p. m. 20. Myler. de Statib. Imper. cap. 19. numer. 11.* utut alii Legatis hanc facultatem tribuere vereantur, ut videre est ex *Alber. Gentil. de Legat. 1. 2.*) nullumque dubium est, quin eodem & Statuum Imp. nostri Legati apud exteros gaudeant, quicquid etiam contendat *Paschalius de legat. c. 76.* ab hoc privilegio, Pusillorum, quos vocat, Principum Legatos excludens. De cæteris Aulæ Cæsareæ Officiis vid. d. *description. Status particularis regiminis Ferdinandi II. Imp.* & *Limn. ad Capit. Ferdin. II. artic. 41. pag. 609. exinde nonnulla referentem, ac Strauch. Inst. Jur. Publ. lib. 1. tit. 22.*

CAPUT IX.

De Iure investiendi Status Imperii, & cognoscendi in controversiis Feudorum Imperii Regalium.

VI. EST Jus investiendi Status Imperii, (das Regal / Fahn- oder Zepter-Lehen zu verleyhen) quod est Reservatum Imperatoris, quo ipse vel per se vel per alios actum investituræ feudorum Regalium, quæ Imperii Status ab Imperatore & Imperio recognoscunt, perficit. *Feuda regalia* dicuntur, quorum concessione

ceſſione ex poteſtate & voluntate concedentis inveſtitis regalis dignitas h. e. ſingularis præeminentia & ad Reges propè accedens poteſtas confertur. Suntque vel *Eccleſiaſtica*, ut Archi-Epiſcopatus, ſub quibus nunc etiam comprehenduntur tres Electoratus, Epiſcopatus, Abbatiæ; vel *Secularia*, ut Electoratus Seculares, Archi-Ducatus, Ducatus, Principatus, varii generis Comitatus, Baronatus.

2. Epiſcoporum inveſtitura non modò olim à primis Francorum Regibus Chriſtianis, ſed & poſt quoque à primis Imperii noſtri Romano-Germanici moderatoribus, Carolo M. ſcil. ejusque ſucceſſoribus, ferè usque ad tempora Henrici IV. per traditionem annuli, & pedi Epiſcopalis ſive baculi paſtoralis ſine ullius contradictione eſt facta, tum autem Gregorius VI. & poſt VII. Imperatoribus hoc jus vi ſuperioritatis ſuæ competens & hactenus quietè poſſeſſum, ſummâ ac inſigni ſanè injuriâ eripere tentarunt, illis verò omninò cedere nolentibus, inter Henricum V. Imp. & Paſchalem Papam convenit, ut Imperator quidem inveſtituras Eccleſiaſticorum Pontifici relinqueret, ſed cum hâc conditione, ut ipſi Ducatus, Comitatus & regalia, quæ officio Epiſcopali & Dignitati Eccleſiaſticæ ab Ottonis M. temporibus acceſſerant, dimitterent. vid. *Gold. tom. 1. Conſtit. Imp. p. 255.* Cum autem Clerus indignaretur, & turbas moveret,

terris

territoria atque regalia dimittere recusans, indeque Papa legem conventionis implere non posset, investituram Ecclesiasticam Imperatori reliquit, quam ipse quoque mox in Adelberto, Cancellario suo, Electo Archi-Episcopo Moguntino exercuit. Postmodum verò Henricus V. Imperator Pontifici resistere destitit, ac investituram Ecclesiasticam, qua, quæ muneris ac Ordinis sunt, conceduntur, spontè cessit, sibi solam investituram de feudis eorum regalibus sceptro expediendam reservans; & inde feuda illa Regalia Ecclesiastica idiomate nostro Scepter-Lehen dicta sunt. vid. *Burgold. part. 1. D. 20. membr. 1. Struv. Synt. Jur. Feud. cap. 3. aph. 4. num. 3. aph. 5.* Cæterum successu temporis magis magisque Pontifex potestatem suam in constituendis Episcopis extendit vid. *Cranz. Metropol. l. 6. c. 11. lib. 7. c. 42.* Tandem tamen ob ipsorum Ecclesiasticorum rebellionem coactus in certas leges cum Imperatore pacisci, quæ pacta (*à Limnæo in Mantissa 6. 7. 8. ad Capitulat. Caroli V.* ex *Goldast. Constit. Imper. tom. 1. pag. m. 408. seq.* exhibita) vulgò *Concordata nationis Germanicæ* vocantur, (Sed hoc prædicatum, rei & veritati minimè convenire scribit. *Caspar. Hedio. Eccl. Histor. lib. 11. c. 21. citatus Goldast. in rationali Constit. Imp. p. 117.* & probant ipsa Concordata) suntque nihil aliud, quam *Pacta inter Imper. Fridericum III. & Pontificem Nicolaum V. anno*

1447.

1447. inita, quibus omnium Ecclesiarum, quæ in Curia Romana vacant, aliorumque nonnullorum beneficiorum provisiones atque collationes Sedi Romanæ reservantur, in cæteris v. Canonica electio permittitur, ita ut confirmatio petatur à Pontifice, & si is Electos ducat inhabiles de digniori provideat persona, mensesque inter illum & ordinarios collatores ex æquo dividantur, denique de fructibus primi anni Ecclesiarum Cathedralium atque monasteriorum, Virorum sc., à die vacationis summa pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxata (quæ communia servitia in Concordatis, aliàs Annatæ vocantur) solvantur. Extat de his Concordatis tract. sing. *Georg. Branden*, quem tamen Romanæ Curiæ artes vel dissimulasse vel non assecutum esse notat *Conring. ad Lampad. part. 3. c. 6. n. 7.* Extat de iisdem & *Dissert. sub Dn. Linckio Altorffi habita.*

3. Patet ex dictis, nos non tribuere Imperatori tantùm Jus Episcopos de Regalibus Juribus investiendi: sed simul quoque eidem asserere facultatem eos de ipsis, quæ possident, territoriis investiendi. Quid ergò est, quod *Burgoldens. d. p. 1. Disc. 20. membr. 2. num. 27. circa fin. ferè p. m. 372.* inquit: *non de Principatibus, sed de Regalibus eos ab Imperatore investiri.* Scilicet & illud, monente *Rhetio in Comment. ad Jus Feud. Comm. l. 1. tit. 14. p. m. 410.* non de Regalibus solum, ut Juribus, sed simul quoque de territoriis ipsis, quæ quidem nomine Prin-

cipatuum non efferuntur præcise, (quamvis si ita appellarentur, non involveret,) attamen in modum Feudorum Regalium æque ac secularia conferuntur, omninò intelligendum, quia disertè in *Instr. Pac. Osnabr. Monast. art. 5. §. 6. vers. Electi aut Postulati &c. 20.* Feuda Regalia vocantur, non verò Feuda Regalium verbis: *Juramenta feudis Regalibus consueta præstiterunt.* 2. Quia Pontifici investitura saltem de iis, quæ Ordinis, & veri Juris Ecclesiastici sunt, facienda, concessa, reliqua verò, inter quæ etiam investitura horum territoriorum, per pacta specialiter non remissa Imperatori remanserunt. 3. Idem non obscurè probant literæ investitutarum nomine territoriorum istorum passim memoriæ proditæ, & formula Juramenti Fidelitatis Archi-Episcoporum, Episcoporum &c. vid. saltem *Formulam Juram. fidelit. Electoris Coloniensis à Sam. Stryck. in Exam. Jur. Feud. Append. n. 14.* exhibitam ibi: über das Ertz-Stifft Cölln / wie auch über die Stiffter Hildesheim / Luttich / Berchtesgaden und Stablaw / welche Ertz- und Stiffter Ihrer Chur-Fürstlichen Durchl. anjetzt zu Lehen verliehen werden. rc. 4. Illorum intuitu ad Imperii Comitia vocantur, inque iis votum & sessionem habent ac Imperatori se fideles fore solenni sacramento se obstringunt, (vid. d. Formulam Juramenti) quod minimè fieret, si Pontifex territoria ista conferret.

4. Se-

4. Secularium Feudorum regalium verò investitura ab antiquo facta est per vexilla regionum, de quibus facta, insignia depicta continentia, quæ eâdem peractâ in populum adstantem projici & dilacerari solita. vid. *Carpz. Disp. Feud. 8. qu. annex. 5. n. 18.* Inde feuda hæc dicta sunt, & etiamnum audiunt, Fahnenlehen. Cæterum hodiè non solùm in Secularibus, sed etiam in Ecclesiasticis has investituras, evaginato gladio, Principi, Comiti, Baroni, vel absentis Legato, ut extremum capuli osculetur conum, porrecto, peragi, *Christoph. Winzlerus in tract. de Jdict. Episcop. Germ. tit. 25. inf.* qui Johannem Suicardum, Moguntinum, Lotharium Trevirensem, Ferdinandum Coloniensem, Archi-Episcopos, Ludovicum Hassiæ Landgravium, Regem Hispan. ratione Ducatus Mediolenensis, & Maximilianum Bavariæ Ducem, ab Imp. in Comitiis Ratisbon. anno 1613. iisdem solennitatibus investitos vidit, ceu testis ocularis testatur add. *Reinking. l. 1. cl. 4. c. 16.* Sicque Electorem Moguntinum *anno 1654.* etiam gladio investitum refert *Limn. tom. 2. add. ad l. 4. cap. 7. num. 247.* quem tamen conum gladii non deosculatum fuisse, ex relatione sibi facta meminit *ibidem.*

5. Esse autem Feudorum regalium investituræ renovationem Imperatori reservatam probat textus expressus in *const. Caroli V.* vom Regiment zu Worms *Anno 1525.* §. und behal-

ten bevor die Belehnung der Lehen/ und Regalien der jenigen/ daß sie unter den Fahnen offentlich mit Solennitäten pflegen zu empfahen/ zu verleyhen. Ex observantiâ tamen Principatuum ac Ducatuum investituras tantùm Imperator in persona facit, Comitatuum verò & Baronatuum per Judicium Aulicum, durch den Reichs-Hoffrath/ uti se id aliquoties in Aula Cæsarea observasse notat *Reink. de R. S. & E. l.1. cl.4. c.16. num.29.* nisi Comitatus sit Principalis, eine Gefürstete Graffschafft/ hunc enim & Imp. ipse confert. *Myler. de Stat. Imp. c.91. num.8.* Quamvis verò Vicarii Imperii aliàs pleraque Majestatis jura durantibus Interregnis exercere soleant, horum tamen regalium feudorum collationem sibi arrogare minimè valent, per *text. A. B. cap. 5. §. 1.* (vid. *ibi Dieter. & Bechman.* ad verba: *Feudis Principum, ac Limn. l.3. c.12. num.78.* qui rectè monent, hoc ipsum in utroque Feudorum regalium genere, Ecclesiasticis scil. æque ac secularibus, procedere, & non magis Feudorum Regalium Ecclesiasticorum collationem Vicariis competere, quam secularium, quia licet non sint Fahnlehen/ Regalia tamen feuda sunt, & hodiè eodem cum Secularibus ritu, ut dictum, conferuntur) ut sic indultum (vulgò Gonts-Brieff vocamus) ab iis intereà petere super vacaneum sit, etiamsi tempus petendæ investituræ præfinitum durante Vicariatu sit

elapsu-

elapſurum *Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. obſ. 19.* Dn. Itter *de feud. Imper. c. 9. num. 11.* Cæterum notandum ex mente *Limn. l. 1. c. 10. num. 50.* & *ibid. in addit. tom. 4. & 5.* & *Franc. Iren. ad Burgold. p. 1. d. 10. num. 15. p. 128. & d. 23. p. 273.* Imperatorem hanc inveſtituram magis Sacri Imperii, quàm propriâ virtute exercere. Cum enim collatio Feudorum ab Imqerio tanquam Univerſitate, & ſic corpore myſtico, ſine hominis operâ fieri non poſſit, ob juramenti fidelitatis receptionem; Imperatori ceu Capiti Imperii in ſignum prærogativæ eam commiſſam eſſe ajunt, ita tamen ut non tantùm Imperii, ſed ſuo etiam nomine ſimul juramentum fidelitatis recipiat; Hincque & Ordines Imp. in eodem promittere dem H. Reich und deſſen Haupt getreu / hold und gehorſam zu ſeyn / (Imperio quidem ut Univerſitati, Imperatori ut Capiti ejus) ac in *A. B. c. 1. §. 2. in pr. & med. ac §. 8.* feuda ſua ab Imperio tenere, Ipſa feuda *Capit. Matth. art. 30. Ferd. II. art. 20. Ferd. III. art. 33. Ferd. IV. & Leopold. art. 31. Joſephi art. 30.* Imperii feuda, Reichs-Lehen; Ipſos Ordines ea tenentes Imperii Vaſallos *in R. J. de anno 1541.* §. nachdem *6. & alibi paſſim*, quæque propterea præſtant, Imperio præſtare *A. B. c. 10. §. 2. Cap. Matth. art. 31. Ferd. II. art. 30. Ferd. III. art. 34. Ferdin. IV. & Leop. art. 32. Joſephi art. 31.* dici aſſerunt *ibid.*

6. Petenda eſt illa inveſtituræ renovatio,

cum *vel* Imperatore mortuo, alius in ejus locum eligitur, *vel* persona Vasalli mutata est. *Struv. Synt. I. F. Cap. 10. aph. 1. & seqq.* (An verò & Imperator feuda, quæ ab Imperio tenuit, antequam ad dignitatem Imperialem fuit evectus, vel postquam Imperator factus, ad eum legitimè, non ut Imperatorem, sed tanquam Archi-Ducem, perveniunt, ipse per investituram recipere teneatur? vid. *ap. Limn. ad Cap. Ferdin. IV. art. 29. voc.* empfangen lassen. *pag. m. 255.*) & quidem intra annum & diem ex *Ord. Regim. de anno 1521. §.* Und behalten uns rc. 4. Itter. *de Feud. Imp. c. 11. num. 4.* Uffenbach *de Jud. Aul. c. 11. sect. 2.* ita ut si præfinitum terminum Vasallus negligat, feudo cadat, negligentia tamen ejus agnatis in formula investituræ comprehensis non noceat, ac ipse quoque justâ causâ excusetur, (vid. *Struv. S. J. F. c. 10. aph. 8. & seqq.*) & celeri satisfactione præterea moram purgare queat juxta *Mylerum de Stat. Imp. cap 91. num. 14. Struv. d. c. 10. num. 9. circa fin.* vid. tamen *Ludvvel. tr. de renovat. investit. c. 3. pag 386.* Peragitur ex hodiernâ consuetudine (nam olim fiebat in Comitiis theatro sub dio exstructo) in aula Imperatoris in Anti-Camera secunda conclavis Cæsarei de Electoratibus & Principatibus, in Judicio Aulico de Comitatibus, nisi pactione vel privilegio diversum sit receptum, sicuti Regi Bohemiæ privilegium esse, ne ultra 15. milliaria Germania extra Regnum;

gnum; & Domui Austriacæ, ne extra Austriam investituram petere teneatur, ex aliis tradit *Limn. l. 4. c. 7. num. 21. 22. Myler. c. 91. num. 9.* conf. *Sprenger. Luc. mod. stat. Imp. pag. mihi 182.* ubi de Domus Holsaticæ privilegio, quod de terris suis per Commissarium Perpetuum, Episcopum nim. Lubecensem, investituram accipere potuerit; Petunt autem eam hodiè Principes ac Status ut plurimum per Legatos suos, tùm ut sumptibus parcatur, tùm ne ipsimet sese sic humiliare ac in genua procumbere cogantur, quod generosa istiusmodi pectora haud leviter afficere aut commovere posset, quâ ratione quoque Carolus V. inductus Archi-Ducibus Austriæ concessisse creditur, ut tecto capite, equo insidentes, investituram accipere queant. Quemadmodum solenni pompa Ferdinandus I. *anno 1530.* Archi-Ducali pileo tectus & equo insidens, Walpurgi, in Austriacorum territorio, eam accepit, qui actus tabulâ ligneâ egregriè expressus Norimbergæ uff der Vestung ob raritatem videre est. Quibus symbolis feuda hæc Imperii Regalia, tùm Ecclesiastica, tùm Secularia, olim repræsentata, quibusque nunc sine differentia sive Ecclesiastica sive secularia sint, conferantur, supra dictum, circa quæ hoc unicum notandum restat, in Imperatoris & Principum arbitrio adhuc esse, velintque priora rursus adhibere, annon. Non enim de usu illorum ab-

rogando unquam actum aut deliberatum fuisse apparet. vid. *Dieterich. ad A. B. tit. 29. Limn. in addit. tom. 1. ad lib. 4. c. 7. num. 32. pag. 434. & seqq. Oldenburger. in Limn. Enucl. lib. 2. c. 18. num. 15.* Cæteræ circa actum investituræ ceremoniæ & ritus qui sint, videre est ap. *Limn. Tom. 1. addit. ad l. 4. c. 7. p. 429. Arum. de Comit. cap. 8. num. 72. Franc. Iren. in Mantiss. ad Instr. Pac. p. 34.*

7. Investituræ actu ad finem perducto, confici desuper solet Instrumentum, primæ investituræ tenori conformandum. v. *Cap. Matth. art. 40. Ferd. II. art. 39. III. art. 42. IV. art. 40. Leop. artic. 39. Josephi art. 38.* quod hinc Instrumentum Investituræ (German. Lehn-Brieff) vocatur; & ex consuetudine Imperii in Aula Imperatoris certo precio redimi solet, nos dicimus den Lehn-Brieff aus der Reichs-Hoff-Canzley lösen / und den Lehen Tax erlegen. Præterea & ante actum investituræ certa quantitas vor die Hoffbediente/nec non vor die Erb- und Hoffämbter ex consuetudine solvenda venit. Cæterum notandum hic 1. Quod ex *A. B. c. 29.* præscripto Electores equidem ab illa præstatione sint immunes, nisi ultrò Cæsareis Officialibus quid largiri velint; reliqui vero Principes Ecclesiastici & Seculares 63. (vid. *Limn. ad d. c. 29. §. 2. Obs. 6.*) marcas argenti (quarum una octo Joachimicos constituit. *R. I. de anno 1566.* §. demnach haben wir rc. *Limn. ad A. B. c.*

B. c. 27. §. 2. Obſ. 15.) cum fertone ſive quadrante ſolvere debeant; quantum autem hodiè ab his ſit numerandum, quasque inter perſonas diſtribuendum, tradit *Limn. ad lib. 4. I. P. c. 7. in tom. 1. addit. p. 436 ſeq. Sprenger. Lucern. mod. ſtat. p. 160.* Uffenbach *de Jud. Aul. c. 11. pag. 124.* Ad hanc quantitatem (cujus quidem duplum in caſu, quo utriusque Domini ſcil. & Vaſalli mors intervenit, aliquando petitum notat *Sprenger. d. l. p. 162.* an præſtitum ignorans) ſolvendam Principes & ſimiles omnes ſunt obſtricti, niſi qui privilegio ſint exempti. *A. B. d. t. 29.* ut Archi-Duces Auſtriæ *Limn. l. 5. I. P. c. 2. num. 32.* Abbas Fuldenſis *Id ad A. B. c. 29. §. 2. Obſ. 9.* Et ſingulare eſt, quod Electi aut Poſtulati in Archi-Epiſcopos, vel Prælatos, A. C. addicti, ultra taxæ ordinariæ ſummam inſuper dimidium ejusdem pro infeudatione pendere teneantur *in Inſtr. Pac. art. 5. §. Elect. 21.* 2. quod hæ erogationes non amplius ſub titulo taxæ, ſed magis honorarii, vulgò Lehn-Regalien / erogentur, notante *Myl. c. 92. ſub fin.*

8. Quamvis autem aliàs multum interſit inter Vaſallum & ſubditum, nec ſolius feudi ratione quis ſubditus efficiatur. *Clem. paſtoralis verſ. denique & verſi rurſus de ſent. & rejud. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 2. aph. 2. in fin.* attamen feuda Imperii noſtri regalia non tantùm ſimplex Vaſallagium, ſed & ſubjectionem poſt

ſe trahere, adeoque Status Imperii noſtri (ut ſingulos tamen) non tantùm Vaſallos, ſed & ſubditos Imperii (non Imperatoris tantùm, quamvis interdum intuitu Imperii cum ipſo conjuncti, eos Imperatoris quoque ſubditos audire putent. *in Ordinat. Pac. Prof. de anno 1521. pr. ibi*: Unſern und deß Heil. Reichs Churfürſten / Fürſten / ꝛc. Unſern und deß Reichs Unterthanen und getreuen / ꝛc. *Receſſ. Imp. de anno 1542. §. 124.*) rectè dici, & verè eſſe, expreßè tradunt *Spreng. in Luc. mod. ſtat. Imp. p. 91. Franc. Iren. ad Burgold p. 1. d. 10. p. 129.* Quod & formulam Juramenti, quod Imperatori intuitu Imperii præſtant, verbis: Keyſerlicher Maj. und dem Reich getreu / hold / gehorſam und gewärtig zu ſeyn ꝛc. inſinuare arbitrantur, eoque reſpectu & *Joh. Chriſt. Tenzel. in Diſput. de jure ſubject.* Subditos in Imperio Rom. Germ. *vel* eminentioris *vel* inferioris conditionis eſſe, illosque *vel* immediatè, ut Electores, Principes &c. *vel* mediatè Imperio ſubeſſe ait *th. 47. 48. 49 & th. 54.* rurſus ſubditos immediatos *vel* Imperii Status eſſe *vel* non, inquit; Aſt non abs re videtur, quod *Burgoldenſis* Principes ac Status Imperii noſtri propter autocraticam, quam in territoriis ſuis exercent, poteſtatem appoſitè ac adæquatè magis Cives, quam ſubditos Imperii dici autumat *p. 1. Diſc. 23. num. 1. 2. & Diſc. 10.*

num.

num. 18. uti & hoc *Myler. de Stat. Imp. c. 93. n. 2. in noviß. edit.* apprehendit.

9. VII. Communiter constituitur jus cognoscendi in controversiis Feudorum Imperii Regalium (Erkändtnuß und Außspruch in Strittigkeiten deß Reichs Fahn- oder Scepter-Lehen betreffend.) Et hoc quidem omninò concedendum est, quod, si de hisce Feudis Imperii Regalibus (quorum nomine quæ veniant & unde sic dicuntur *num. 1. 2. 3.* dictum) aliqua inter Principes Comitesve Imperii ceu convasallos eidem immediate subjectos exoriatur controversia, cognitio ad Imperatorem pertineat, non tantum propterea, quod sit primarius Feudorum horum Regalium dominus, sed & vel maximè ob id, quod Feudorum horum causæ Reipublicæ nostræ Germaniæ salutem, de qua nemo magis sollicitus esse debet, quam Imperator, vigore Imperialis officii, propiùs attingant. *Reinking. l. 1. cl. 4. c. 29. n. 85.* Dico: *Si inter Principes Comitesve Imper. ceu convasallos eidem immediatè subjectos sit controversia,* nam si lis inter Imperatorem, qua talem, & Principem, Comitem, Vasallum Imperii, de Feudo Regali existat, non Imperator, sed Pares Curiæ seu Imperii Convasalli immediati competentes sunt judices, ex ipsius Imper. Sigismundi testimonio in literis ad Conradum Electorem Moguntinum anno 1426. die Chiliani datis, occasione controversiæ de inferio-

ris

ris Germaniæ provinciis, apud *Klock. tom. 1. Conf. 7. quæst. 2. num. 231. Strauch. Diß. Exot. Jur. Publ. 3. th. 8.* ubi hæc formalia Sigismundi habentur verba: Demnach wir trefflich beladen/und der Entscheidung nicht wol mögen außwarten/ fürnemblich auch darumb / daß Uns nicht gebühret/ nach dem wir auch vermeynen Recht zu denselben Niederlanden zu haben/ und in Unser eigen Sachen nicht wol Richter geseyn mögen / und wann die Sachen deß Heil. Reichs treffliche Lehen anrühren / so haben wir Fürsten / Graffen und Räthe darumb gehabt/ und meinen das billig sey/ daß die Sache vor deß Heil. Reichs Mannen außgetragen werde. Parium Curiæ Judicium hoc das Mann-und Lehen-Gericht vocatur *Besold. Thes. Pract. voc.* Mann-Gericht/ꝛc. Dictis non obstat *1. A. B. c. 5. §. fin. 2. O. C. p. 2. tit. 7.* vid. *Mynf. 4. Obf. 89. Struv. S. I. F. c. ult. aph. 6. Myler. de Stat. Imp. c. 20. num. 8. Limn. l. 3. c. 9. n. 51. seqq. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 5. n. 6. seqq. Dn. Rhat. in Comm. ad Jus Feud. Comm. l. 1. t. 10. p. 363.*

10. Porrò & hoc certum est, quod, quando de iis inter Principes, Comitesve Imperii ceu Convasallos eidem immediate subjectos, aliqua est controversia, Imperatori ita competat cognitio, ut ipse penitus excludat Cameram. *Ordin. Regim. Wormat. de anno 1521.* §. Ob auch Sachen fürfielen / ꝛc. *Ord. Camer.*

p. 2. t. 7. ibi: *Magenhorst. Gail. 1. O. 1. num. 31. Mindan. de Proc. lib. 1. cap. 19. num. 18. Arum. tom. 4. D. 11.* Sicque causæ hæ adeò fundant Imper. Jurisdictionem. Ut 1. nequidem per præventionem Cameræ Imperialis Jurisdictio in iisdem fundetur, aut per decretam à Camera & Reo legitimè insinuatam citationem ibidem litis pendentia inducatur, sed causæ titulatorum ejusmodi feudorum libere ab ea avocari possint, quoniam præventio præsupponit concurrentiam jurisdictionis quoad illam causam, in qua ei locus esse debet, & nullo modo litis pendentiam operari potest. *Gerhard. de Suprem. Imp. Rom. Germ. Jud. Disc. 1. c. 3. Mev. p. 2. dec. 68.* Nec 2. Imperatore repudiato in arbitros, ex veriori opinione, his quos causa tangit, compromittere liceat, *O. C. p. 2. t. 7.* Uns vorbehalten. *Myler. de Stat. Imp. c. 20. num. 17. Merckelbach. apud Klock. v. 1. Cons. 7. num. 31. 32. 120. 138. seqq. Reinking. l. 2. cl. 2. cap. 19. num. 131.* Conf. *Dn. Stryck. Exam. Jur. Feud. c. 19. quæst. 21. & c. 25. quæst. 11.* sed vid. *Dn. Struv. d. c. ult. num. 8.* Neque 3. Austregæ hic quicquam juris sibi vindicare queant. *Schubhard. de Austreg. c. 5. numer. 108. Limn. tom. 3. l. 9. c. 5. num. 76. vers. quartò, &c.* Id quod in tantum procedere arbitramur, ut nec per modum reconventionis quidem tales causæ feudales Regalia feuda concernentes Austregarum cognitioni subjici possint. Nam etsi

etsi *Dn. Myler. in addit. ad Rümelin. in A. B. p. 2. D. 1. Coroll. 6.* existimet, coram Austregis reconventionem de feudo Regali institui posse, vix tamen est, ut calculum hac in parte mereatur. *Dn. Stryck. disp. de Processu Austreg. n. 23.*

11. Sed *num Imperator solus, absque Principum Imper. Consilio ac judicio, de controversiis feudorum horum regalium cognoscere, sententiamque dicere queat, an verò in iisdem dijudicandis quosdam ex Principibus Imperii, ut Pares Curiæ, in consilium vocare, eorumque judicio illas definire teneatur?* anceps est quæstio. Solius Imperatoris cognitioni eas subjiciunt *Buxtorff. ad A. B. thes. 62. l. C. D. Thom. Michael. de jurisdict. thes. 28. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 19. num. 3. Schütz. de Vicar. Imp. concl. 14.* ejusque *gener Stamler de Reserv. Imp. §. 38. Sprenger. institut. J. P. l. 1. c 16. Carpzov. de L. R. Germ. cap. 9. sect. 12. num. 27. Arum. ad A. B. Disc. 3. num. 41. Wurmser. Ex. 7. quæst. 19.* adducentes 1. *text. Ordin. Wormat. de anno 1521. §.* Ob auch Sachen fürfielen Fürstenthum / Hertzogthum / Graffschafften / rc. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / und einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen / deroselben Erkantniß wollen wir der Kayserl. Majestät rc. vorbehalten haben rc. & *Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* 2. *Ord. Jud. Aul. t. 2. pr. verb.* Hohe und niedere Lehen. 3. Dispositionem Juris Feudalis *1. F. 18.* 4. Præjudicia in causa

Braun-

Braunschweig contra Braunschweig / das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend / in causa Baden contra Baden / Hessen Cassel contra Hessen Darmstadt / die Marpurgische Succession betreffend. 5. Textum *ex Instr. Pac. Monast. art. 5. §. Quoad Processum, &c. 54.* ibi: *Liberumque sit suæ Majest. in causis majoribus, & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.*

12. Contra verò consilium ac judicium Parium requirunt *Limn. l. 2. J. c. 9. num. 32. seqq. & in addit. ibid. Strauchius Dissert. Exot. J. P. 3. thes. 9. Myler. de Princip. Stat. Imper. cap. 20. num. 12. seqq. Dn. Textor. ad Receß. Imp. nov. Disput. 1. thes. 66. Merckelbach. apud Klock. vol. 1. Cons. 7. q. 2. Autkor. scripti Germanici de hac controversia publicati, & sub nomine Marquardi Freheri exhibiti à Londorpio Tom. 1. Act. Publ. cap. 5. p. 23. seqq. Conring. Disp. de Jud. Imp. Germ. thes. 48. seqq. Struv. S. I. F. cap. 16. aphor. 5. num. 3. Burgold. ad Instrum. Pac. p. 2. d. 20. th. 3.* dicentes Imperatorem, nonnisi Principibus, ut Paribus Curiæ, in Consilium assumptis, de controversiis hisce judicare posse, vigore deß Fürsten-Rechts / quod *singulare Privilegium Principibus Germaniæ ab antiquo competens esse* ajunt, *vi cujus Imperator in causis, quæ ipsos Principes, eorumque bona, honorem aut vitam concernunt*, in Sachen die eines Für-

sten

sten Land / Leute / Fürstenthumb und Lehnschafft / oder Leib und Ehre betreffen / *absque consilio & votis Ordinum Imperii, tanquam Parium Curiæ, cognoscere nequeat*. Quoniam 1. admodum probabile est, Proceres Imperii, postquam Feuda Regalia cum Superioritate Territoriali quodam quasi Dominii jure, ac perpetua successionis lege obtinuerunt, sibi quoad ea certis quoque Judiciis prospexisse, ne in Imperatoris esset prolubio forte per affectum, vel præter meritum, cuiquam ex illis hujusmodi feuda Dignitatem Regalem cum Superioritate annexam habentia adimere vel abjudicare, Suborta itaque de iis controversia cum Imperatore simul Pares Curiæ i. e. Convasallos judicasse, & ex istis initiis illud Jus Principum, das Fürsten-Recht / vigore cujus Principibus jus Imperatori in causis hisce dijudicandis assistendi, competat, enatum esse dicunt. Atque istud Principum jus quidem 2. jamdum ante Friderici II. tempora invaluisse, ac quoties de Illustri Imperii Vasallo, inprimis ob patratum crimen, Regali sua Dignitate, feudoque exuendo actum, Principes ut pares Curiæ in consilium vocatos, illorumque judicio causam terminatam fuisse, evincere videntur exempla à *Dn. Conring. dicta Diss. th. 49. Klock. vol. 1. cons. 7. num. 170. seqq.* adducta. Principia rei equidem, ut in aliis plerisque, leniora, nec ita Procerum suffragia semper & indistincte ne-

ctè necessaria fuisse, præsertim eo tempore, quo res Regum apud nos adhuc floruerunt, concedendum erit, paulatim tamen illam Parium Curiæ vocationem, quæ primum vel libero motu, vel per rationem status facta, quo nimirum tanto justius judicasse Cæsares existimarentur, si non solum ipsi, sed & Ordines Imperii hanc vel illam sententiam tulisse dicerentur, temporis progressu, fractâ Cæsarum authoritate, necessariam factam, & ad judicii circa feuda Regalia formandi substantiam pertinere cœpisse, probabiliter dicitur. Hoc 3. non obscurè quoque fassus esse videtur Sigismundus Imper. cum Ericus V. Dux Saxo-Lauenburgicus Fridericum Marchionem Misniæ super Electoratu Saxonico ad Concilium Basileense in judicum trahere niteretur, in suis ad d. Concilium exaratis literis & Protestatione apud *Londorp. Tom. 1. Act. Publ. cap. 5. p. 27.* ubi disertè ita: *Cum Principatus, officium, ac jus supra dicta*, inquit, *à nobis ac Imperio nostro in feudum immediate descendant, ac secundum juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum & consuetudinem S. R. I., feudalis contentio per Dominum feudi ac Pares Curiæ terminanda sit, liquet hanc quæstionem, si qua prætendi poterit, ad nostram & Illustrium Archi-Principum nostrorum S.R. Imperii Electorum pertinere notionem.* Et porrò: *Nos eidem Erico semper nos ultroneos præbuimus justitiæ complemen-*

 tum

tum ministrare legitimè, quod aliter expediri nequit, nisi Parium nostræ Curiæ arbitrio respectu feudi memorati. Quos utique Pares legitime requisiti prompti sumus more Imperialis Majestatis intra fines Alemanniæ vocare, ubi de causis & quæstionibus Principum Alemanniæ ex stylo Imperii nos convenit judicare. Item: *Quam insuper Protestationem Sacræ Basileensi Synodo intimare curabimus ac ipsam requirere, ut causam ipsam à se penitus abdicet, & ad forum nostrum remittat, pro more, stylo & consuetudine Imp., à nobis & Paribus Curiæ nostræ terminandam.* Idem jam ante Sigismundum etiam 4. Fridericus II. videtur agnovisse, & illud ipsum significare voluisse Constitutione sua, quam Anno 1236. 3. August. in Comitiis Regni frequentissimis publicavit, verbis: Der Hoffrichter solle die Leut richten / die ihm klagen von allen Leuten / ohne Fürsten und andere hohe Leute / wo es gehet an ihr Leib / oder an ihr Ehr / oder an ihr Recht / oder an ihr Erb und Lehen / die wollen wir selber richten / auff die Weiß / nim. wie es in dem Heil. Reich von alten Zeiten herkommen / i. e. convocatis Paribus Curiæ. *Londorp. tom. 1. Act. Publ. c. 5. p. 33. num. 13.* 5. Albertus, qui eandem Constitutionem repetiit, teste *Goldasto p. 2.* der Reichs-Satzungen. *p. 27.* Nec non 6. Sigismundi successor Fridericus III. in literis ad Henricum Bavariæ Ducem apud *Londorp. d. l. 1. c. 5. p. 32. n. 12.*

13. Ex quibus, aliisque hanc in rem à *Londorp.*

dorp. & *Klock. d. l.* adductis testimoniis, si penitius inspiciantur, satis patere videtur, ipsosmet Impp. agnovisse, ejusmodi de Feudis Regalibus controversias juxta receptam consuetudinem & stylum Imperii, non aliter ab Imperatore definiri posse, quam adhibitis in Consilium Principibus, nec Judicium in talibus causis ritè constitutum, nisi Pares Curiæ vocati adessent, ceu ad quos pertineret simul illarum cognitio ac dijudicatio. Et sanè vix est ut status Imperii nostri ex Monarchia & Aristocratia mixtus aliud assertum vel hodiè admittat, constat enim in minoris quoque momenti negotiis propterea Ordinum Imperii authoritatem exigi, quæ hîc tanto magis requirenda videtur, quanto certius est, rem hanc ad summam Imperii jurisdictionem pertinere, & Principes nostros non soli Imperatori, verum etiam Imperio fidelitatem & obsequium promittere, non tantum Imperatoris, sed simul Imperii Vasallos esse, ab Imperio Feuda sua tenere, & ipsa Feuda Imperii Reichs-Lehen esse ac dici. vid. *supr. thes. 5.* Ut sic meritò quoque feudorum horum cognitio unà Electoribus, Principibus & Ordinibus Imperii, cum Cæsarea Majestate totum Imperium repræsentantibus, debeatur. *Klock. d. Cons. n. 211.* Denique hanc sententiam etiam oppidò confirmare videntur *Capitul. Ferdin. IV. art. 40. &* *Leopold. artic. 39. in fin.* verbis: Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen/ so das Reich

betreffen/ und von hohem præjudiz und weitem Außsehen seyn/ bald anfangs der Churfürsten/ auch nach Gelegenheit der Sachen/ Fürsten und Stände Rathsbedenckens uns gebrauchen/ und ohn dieselben hierin nichts fürnehmen. Quin imò & omni ævo hoc sic observatum, ac nunquam unius Regis sive Imperatoris judicio ejusmodi controversias permissas, sed semper earum dijudicandarum potestatem penes Ordines simul fuisse, & in Principum Concilio coram Rege aut Cæsare saltem ad Maximiliani tempora agitatas & decisas esse, innumeris exemplis ex omnis ævi historia adductis probatum dedit *Conring. d. l.* & *Burgold. cit. loc.* hæc tandem subjiciens verba: *Ex his manifestum est, quod adulationis plenissimi sint, qui judicium illud* das Fürsten-Recht *inane figmentum vocare ausi sint.*

14. Ad rationes ex adverso *th. 11.* allatas, & quidem ad 1. reponi posse videtur, quod quamvis in *Ordinat. Regimenti Worm. a. 1521.* & *Ord. Cam. p. 2. tit. 7.* dicatur, Cæsarem sibi reservare cognitionem in causis Feudorum Regalium, tamen non potuerit vel etiamnum possit reservatio isthæc aliter intelligi, quam eo sensu, quo ipse Imperator hanc cognitionem ex antiquo habuit, habuit autem eam ex inveterata Imperii consuetudine Paribus Curiæ in consilium adscitis, ita ergò etiam sibi illam, more Majorum nempe h. e. accersitis Principibus Convasallis, insti-

instituendam, reservavit, excluso Camerali Judicio. Ad 2. quod Status Ordinationem Jud. Aulici durantibus Comitiis Ratisbon. Anno 1654. Ferdin. III. jussu conscriptam, pro lege Imperii universali acceptare noluerint, Weilen sie ihnen nicht ordentlich communiciret / noch sie in ihren monitis darüber vernommen worden & desiderarint, daß solche ordentlich dictiret / und bey nechst bevorstehendem Reichs-Tag weiter davon gehandelt werden möchte. *Limn. tom. 5. in addit. ad l. 9. c. 4. Conf. Monita Communia ad Cap. futuri Imp. Electori Mogunt. 17. April. Anno 1658. exhibita, ad art. 42.* verb. daß die Reichs-Hof-Raths Ordnung auff gehaltenen Rath mit Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen / und nach derselben Gut-Befindung und Einwilligung zu verfassen. An ergò inde in Statuum præjudicium firmum duci possit argumentum, non sine causa ambigas, utut Imperator se ad eam servandam interim, donec aliud constitutum fuerit, adstrinxerit. *Capit. Leop. art. 41.* & Processus quoque juxta illam hactenus in Aula Cæsarea decreti sint. *Textor. ad Rec. Imp. noviss. D. I. th. 69.* Ad 3. Resp. ex Caspari Bitschii sententia eo ipso, quod *l. Feud. 18. pr.* si contentio de feudo inter Capitaneos existat, ea coram Imperatore disceptanda sit, dicitur, Pares Curiæ non excludi, sed potius includi, juxta *text. 2. F. 15. circa fin.* vers. *Illud tamen sciendum est &c.* Quæ si non probetur,

 dici

dici potest, Jus Feudale Longobard. quidem Juris communis vim ac nomen apud nos induisse, non tamen ita, ut unicè obtinere debeat, sed ut pro jure sit, quando statuta atque consuetudines deficiant. Ad 4. Præjudicia esse nova & talia, quæ toti Imperio præjudicare non possint, aut certè talia, ex quibus jus quæsitum obtendi nequit, causa enim Hassiaca & Badensis inter civiles Imperii turbas à Cæsare victorioso, contradicentibus omninò victis, decisæ, sententiæque ab exercitibus Cæsareis quidem executioni demandatæ, postea tamen prævalentibus armis Suecorum, contrariis armis rescissæ, idcircò in Tractatibus Pacis Westphalicæ, atque adeò totius Imperii arbitrio, denuò discussæ, ac certo modo tandem confirmatæ sunt, itaque in iisdem acta Jus Principum vix infringent. Et sanè *Reinking. l.1. cl. 4. c.19. n.29.* testatur in causa Hessen sententiam à Cæsare in conventu Ratisb. communicato cum Electoribus & Principibus Imp. tunc Ratisbonæ præsentibus consilio, conceptam & publicatam se præsente. Ad 5. Resp. Etsi Instrumentum Pacis liberum relinquere videatur Imperatori arbitrium in exquirendis votis Electorum & Principum in causis majoribus: Attamen *Capit. Ferd. IV. art. 40. & Leop. art. 39. Josephi art. 38.* libertas illa jam arctiori vinculo ligata, imò in necessitatem planè abiisse videtur. Hæc ita dispu-

diſputari poſſunt. Sed vid. Dn. Johan. Frider. Rhet. *ad Jus Feudal. lib. 1. tit. 18. §. 1. pag. 432.*

15. Spectat autem ad Imperatorem excluſa Camera cognitio non tantum, ſi lis ſit inter aliquos Principes, Comites Imp. de toto hujusmodi feudo, ſed & ſi de parte ejus dimidiâ, tertiâ, quartâ, quintâ, &c. alterutri abjudicandâ agatur, quicquid enim juris eſt in toto quoad totum, idem etiam juris eſſe cenſetur in parte quoad partem. *l. 76. ff. de R.V. l. 25. de uſur. Everhard. Top. leg. loc. à toto ad partem.* Niſi manifeſta monſtretur diverſitatis ratio totius & partis, quæ hic nunquam monſtrabitur, cum econtrario in propatulo ſit, eandem rationem, quæ in toto feudo Regali verſatur, & in parte ejus militare *Rhet. in C. J. F. l. 1. t. 18. p. 431. Schütz. de Vicar. concl. 15. l. B. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 19. n. 119.* Sine ratione ergò in adverſam abeunt ſententiam *Sixtinus de Regalibus lib. 1. c. ult. num. 19. & 3. ſeqq. Blumius Proc. Camer. tit. 41. num. 6.* Quippe pro quibus nihil facit vocula gänzlich / *quia illa hic non quantitatem rei controverſæ*, ſed *qualitatem ſententiæ denotat*, hoc ſenſu, quod Imperator de feudis Regalibus tunc cognoſcat, *quando ea definitivè alicui abjudicanda*, ſive de integro Ducatu aut Comitatu lis ſit, ſive de certa ejus quota, cui Regalis dignitas annexa. *Reinking. d. l. n. 120.* Et conſequenter etiam vacillat reſponſio *Sixtini all. loc.* ad vulgatam illam juris Regulam, eam

ſcil. non procedere, quando aliud reperiatur diſpoſitum, hic autem in *dicto* §. Ob auch Sachen fürfielen/ ꝛc. aliud de parte, quam de toto ejusmodi feudo Regali, conſtitutum eſſe. Nam id adhuc eſt in quæſtione, & propterea ſine commiſſione fallaciæ petitionis principii probationis loco adduci non poteſt. Si autem de uno aut altero Principatus vel Comitatus Regali, e. gr. ſuper ſalvo conductu, aut ratione certi alicujus loci, vel quo ſimili puncto lis ſit, non tantùm Judicium Imp. Aulicum & quidem ſolitariè h. e. ſine Paribus Curiæ, interveniente conſilio & conſenſu Electorum & Principum cognoſcit, & de tali caſu commode *Ord. Jud. Aul. tit. 2. pr.* accipi poſſe videtur *Textori ad R. I. nov. D. 1. thes. 70.* Sed & Camera Imp. competens eſt Judex, probantibus id frequentibus ibi de iſtis Proceſſibus exiſtentibus. addat. *Gerdeſ. de mandat. avocat. c. 16. §. 9.*

16. Ut dictæ Conſtitutioni *de Anno 1521.* §. Ob auch Sachen fürfielen / ꝛc. ac *Ord. Camerar. p. 2. t. 7.* locus ſit, & Camera à cognitione in controverſiis feudorum Regalium ab Imperatore excludatur, nonnulli requirunt, ut in judicio petitorio de ejusmodi feudis alteri prorſus abjudicandis agatur, in poſſeſſorio omninò Cameram judicare poſſe ſtatuentes. vid. *Thom. Michael. de Juriſdiction. concl. 28. Reinking. d. c. num. 69. ſeqq. Gothofr. Anthon.*

thon. Disp. Anti-Vultej. 2. Coroll. 18. Sixtin. de Regalib. l. 1. c. ult. num. 36. seq. Moventur potissimum verbis: Gänzlich und endlich/ quorum alterum cum sit præcisæ significationis *notante Wehnero in Observ. Pract. verb.* gänzlich/ ipsamque litis inducere videatur definitionem, illud non referri posse censent ad possessorium, utpote quod litem non finiat, sed petitorium saltem præparare soleat. *l. 1. §. fin. de aq. quot. & æstiv. Bald. in l. 1. num. 2. C. uti possid.* Ast non minus in possessorio ordinario, quam petitorio cognitionem de feudis Regalibus ad Imperatorem, exclusa Camera, vigore *d. Constitutionis & Ordinationis Cameralis* spectare, verosimilius esse judicamus. Movemur 1. generalitate Ordinationis Cameralis, inter petitorium & possessorium non distinguentis, quæ proinde ita generaliter quoque accipienda, *l. 1. §. 1. de leg. præst.* cum non nostrarum sit partium distinctionem comminisci & legi contra Legislatoris intentionem affingere *l. 4. si quis ingen. esse dic. l. 19. C. de collat. l. 2. §. 5. de vi bon. rapt.* præcipuè, quod, ut alibi, vid. *l. 1. §. 1. in fin. ff. si mens. fals. mod. dix. Tabor. ad Barbos. l. 4. c. 37. axiom. 1.* ita & hic, distinctio illa desumenda esset ex ea re, quam Legislator, qui distinctionem omisit, satis notam habuit. Nullum enim dubium, Imperatorem & Ordines, cum dictam Ordinationem promulgarunt, etiam de cognitione ho-

rum feudorum in judicio possessorio peragenda cogitasse, quodsi itaque aliud jus quoad possessorium, quam quod in petitorio placuerat, observandum existimassent, ipsis difficile haud fuisset, in re vulgari & satis nota distinguere, sed cum hoc expreße non fecerint, nec nostrum erit, ex inanibus quibusdam divinationibus contrarium adstruere. 2. Notissima juris communis Regula, quæ de possessione & proprietate apud unum eundemque judicem disceptare præcipit, ne dividatur causæ continentia *l. 10. C. de jud. c. 1. de seq. poss. c. cum ad sedem. 15. x̄. de rest. spol. Schütz. de Vicar. concl. 15. lit. A.* Ad quam ultimam rationem non sufficit *Reinkingii d. l. num. 81.* responsum: regulam illam de continentia possessorii & petitorii fallere, si res de quâ controvertitur, ita comparata sit, ut is, qui in possessorio judex fuit, in petitorio judex esse nequeat, eo quod petitorium alterius cognitioni specialiter sit reservatum juxta *Jason. num. 6. Zas. num. 14. in d. l. 10. C. de jud.* nostro autem casu specialiter Imperatori, cognitionem petitorii *d. p. 2. t. 7. O. C.* esse reservatam. Est enim illud merum Dd. figmentum, quod *d. l. 10. C. de jud.* verbis oppidò contrariatur, quippe quibus ne quidem ex beneficii prærogativa continentia causæ dividenda conceditur. Posito verò, limitationem illam regulæ valere, oppidò tamen quoad posterius committitur elenchus

peti-

petitionis principii, dum ut certum præsupponitur, quod est in controversia. Nec sanè restrictionem illam statuminant particulæ, gänzlich und endlich/ utraque enim de definitiva intelligi potest, cum in possessorio ordinario quoque causa possessionis intentata finiatur, sicque definitiva sententia feratur *Arumaeus ad Aur. Bull. Disc. 3. th. 42. Gail. 1. Observ. 7. n. 4.* & earum altera alteram explicat, non diversum significat, novum enim id non est, ut copula, *Et* inter eadem & similia ponatur, in expositivam resolvatur, ac declarativè stet inter duo idem importantia *Sichard. ad l. 2. C. quæ sit long. consuet. num. 3. Strauch. Lex. Part. Jur. voc. Et. num. 16.* Juvat interpretationem hanc *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 21.* ubi verbum endlich itidem tam ad sententiam, quæ in possessorio, quam quæ in petitorio pronunciatur, refertur: ibi: Deß sollen beede Theil zu endlichen Außtrag vor das Kayserlich Cammer-Gericht kommen / und solcher Irrung / oder streitigen Gewehr oder Possess sich daselbst endlich mit Recht entscheiden lassen/ & postea §. Ob auch/ rc. ibi: Und alsobald darauff summarie ohn einigen Gerichtlichen Process, oder andere weitläufftige Außführung der Sachen / zu erkennen / welchem Theil die Possession oder quasi einzuraumen/ oder zu inhibiren seye / sich deroselben biß zu endlichen Außtrag deß Rechtens/ in possessorio oder petitorio zu enthalten/ rc. Adstipulan-

pulantur *Schütz. d. loco Stamler. §. 39. Leypold. de concurrent. jurisd. quæst. 5. Limnaus l. 2. c. 9. num. 81. Blum. c. 41. num. 4. 5.*

17. Unum hoc circa Causas hasce feudales majores discutiendum restat, an mortuo, remoto, aut fasces Imperii resignante Imperatore, adeoque sede Imperiali vacante, Vicarii Imperii Generales de iisdem cognoscendi atque judicandi facultatem habeant; Negant *Arumaus ad Aur. Bull. Disc. 3. concl. 40. Thom. Michael. de Jurisdict. concl. 29. Brautlach. apud Arum. tom. 3. J. P. Disc. 1. thes. 60.* quibus calculum suum addit Dn. Lyncker *in analect. hîc* 1. quia ipsis denegata est investiendi de feudis Regalibus potestas in *A. B. c. 5.* plus autem est ex mente eorum cognoscere de feudis, quam illorum investituram facere, majus siquidem vertitur illo in casu propter causam succumbentiæ partium præjudicium, cùm ergò denegatum iis sit, quod minus est, non posse non etiam, quod majus est, denegatum videri concludunt. 2. Ob textum in *Ordin. Regim. de anno 1521. §.* Ob auch Sachen für fielen 2c. quo motus est *Buxtorff. ad A. B. concl. 62. lit. C.* ut negativam hanc amplexus sit, licet aliàs in affirmativam inclinaret. Sed cum Vicariis Imp. ex *Aurea Bulla c. 5. §. 1.* provisione omnimoda Jurisdictio & indefinita potestas exercendi judicia, sine ulla restrictione aut limitatione, competat, ipsis utique fas erit, de omnibus omninò

omninò causis cognoscere, de quibus cognoscere solet Imperator, maximè cum & aliàs Vicario generali omnium causarum cognitio censeatur concessa, quarum specialiter à Principali non est facta prohibitio *c. 2. de Off. Vicar. in 6. ibi Glossa.* His verò consequens est, ut de feudis etiam Regalibus cognoscere valeant, cum eorum cognitio Imperatori indubiè prostet, nec ullibi nostris Vicariis sit interdicta. Nam *c. 5. §. 1. A. B.* Imperator manifestè solùm Investituram eorum feudorum sibi reservat, non etiam litium de iis pendentium vel exorientium cognitionem, hæc autem diversa sunt atque separata, sicque de uno ad alterum inferri non potest, maximè cum addita sit dictio taxativa *duntaxat*. Atque ita Serenissimos Imperii Vicarios de feudis, Regalibus etiam, sine ulla distinctione judicare posse, (ut tamen non major illorum hîc sit potestas, quam Imperatoris, adeoque ut hic, ita & illi Pares adhibere cogantur Curiæ) nobiscum concludunt *Limnæus l. 2. c. 12. num. 57. seqq. & A. B. c. 5. §. 1. Obs. 10. Carpzov. de L.R.G. c. 11. Sect. 15. Dieter. ad A. B. c. 5. verb. Feudis Princip. Bechm. ad A. B. t. 5. Exerc. 4. num. 26. Dn. Eric. Maurit. Posit. Jur. Feud. contr. Dec. 15. pos. 9. Sprenger. Font. J. P. c. 16. in fin.* Qui etiam rectè monent, non semper firmum & infallibile argumentum à minori ad majus, & vice versa, ducere licere, præsertim in Constitutionibus privilegia-

tis

tis ac prohibitoriis, qualis est A. B. *(cap. 5.)* sanctio, quæ cum generaliter loquatur, ac prohibendo solam excipiat investituram feudorum Regalium, non possit non inclusa censeri regulæ cognitio feudalis. Et cum his abunde satisfactum sit primo adversariorum argumento, ut ipse *Buxtorff. d. loco* agnoscit. Ad secundum respondemus brevissimis cum Limnæo, textum illum non loqui de Vicariis Imperii Generalibus, utpote quibus jus antiquitus quæsitum Carolus V. Imp. neutiquam adimere potuisset, sed de Vicario speciali, quem Carolus V. tunc temporis constituit, sibique ipsi substituit, cui ipse talem potestatem tribuere potuit, qualem voluit.

18. Si Vasalli Imp. immediatè de feudis non Regalibus, sive minoribus immediatis Regalem Dignitatem annexam non habentibus contendant, Imperator quidem itidem ut Dominus feudi, est competens judex, sed Camera ex communi in Praxi receptâ sententiâ hoc casu concurrentem cum ipso habet jurisdictionem, ut vel à posteriori evincunt præjudicia ac exempla rerum in Camera in causis talium feudorum judicatarum, quæ passim adducuntur. vid. *Gail. 1. obs. 29. Graven. 1. concl. 29. consider. 1. Hartman. Hartm. lib. 2. tit. 54. O. 42. Author præjudic. Cameral. apud Gylman. tom. 3. verb. Cæsari reservata. fol. 63. Blum. tit. 41. num. 8.* & in Cammer-Gerichts Urtheiln. *n. 292.*

n. 292. p. 122. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. fin. n. 16. Michael. de jurisdict. concl. 28. l. B. & 30. l. A. Reink. l. 1. cl. 4. c. 19. num. 67. Schvvanm. Obs. Pract. Cam. Imp. Observ. 25. num. 35. adeoque præventioni locus est. *dd. Aa.* Quando enim duo in causa habent concurrentem jurisdictionem, obtinet inter ipsos præventio sive præoccupatio, nisi reus conventus habeat Privilegium electionis fori. Intelligitur verò alter alterum in jurisdictione prævenisse, si lis apud aliquem pendere inceperit, quod quando factum dici queat, definit *O. I A. tit. 2.* §. So wollen wir auch ꝛc. verb. Wann nämlich solche Sachen allbereit daselbsten durch außgewürckete und insinuirte citation anhängig gemacht worden ꝛc. cui convenienter *Gail. 1. Observ. 74. num. 18. Mynsing. 4. Obs 26.* aliique similiter litis pendentiam per citationem reo legitimè insinuatam (cui juxta *R. I. de anno 1654.* libellus insertus vel adjunctus esse debet, ut reus percipere possit, ob quam causam ab actore conveniatur. §. Diesem nechst 34.) induci tradunt. Quod ita respectu Rei obtinet, respectu Actoris autem lis pendere incipit, quamprimum decreta citatio ad ejus notitiam pervenit, licet nondum sit expedita aut reo insinuata, uti hoc ita in Camera observatur, ubi statim post decretam citationem documenta litis pendentiæ communicari solent, atque inde Actor post decretam à Camera citationem, licet ea reo

non

nondum insinuata sit, ad Aulam Cæsaream amplius transire nequit. v. *Roding. l. 1. tit. 3. p. 11. j. R. I. noviss.* §. Ebenmässig soll. ꝛc. *Capit. Leop. art. 26.*

CAPUT X.

De Iure cognoscendi de Privilegiis à solo Imperatore concessis, de controversis inter Electores & Status vectigalibus, & de controversa Statuum Præcedentia.

IIX. JUs cognoscendi de privilegiis à solo Cæsare indultis, die Erkantnuß über die auß Kayserl. Macht ertheilte Privilegien: *Privilegia* nihil aliud sunt, *quam jus singulare contra juris communis tenorem, specialioris æquitatis, ob quam generalior ex causâ temperanda videtur, alicui concessum.*

2. Ex ratione finis I. dividuntur in Odiosa & Favorabilia, quæ etiam beneficia dicuntur. §. 6. *Instit. de I. N. G. & C. Georg. Achat. ab Enenckel. Baro Hoheneccius, de Privileg. lib. 1. cap. 1. num. 6.* II. Ratione subjecti in *Personalia* & *Realia* distinguuntur. *Illa* sunt, quæ certis personis concessa, ipsisque immediatè inhærent, (si enim privilegium non immediatè ipsi personæ, ut tali, adhæreat, personale non censetur) nec illas egrediuntur, quamvis illorum commodum quandoque ex speciali juris

ris dispositione ad alias personas extendatur. *l. 2. §. f. C. de Episc. & Cler. l. fin. C. de Prof. & Med. l. 13. C. de dign*) aut ad heredes (ne quidem suos, frustra dissentiente *Gothofredo in l. 18. pr. sol. matr.*) vel alios transmittuntur, (licet interdum jus exinde quæsitum in patrimonio privilegiati jam existens ad heredes transmittatur. vid. *l. 6. de rest. in integr. l. 20. C. ad SCt. Vellej. l. 7. §. 10. ad SCt. Macedon. l. 19. de min. add. l. 35. 40. 59. 68. §. 8. pro soc.*) sed cum personis extinguuntur. *l. 68. l. 196. de R. I. l. 42. de admin. tut.* Realia sunt, quæ rei vel causæ concessa, eidemque immediatè inhærent (etsi in favorem personarum sint concessa) & cum illa ad quosvis successores transeunt, talia sunt immunitates prædiis datæ. In dubio quale, an personale an potius reale, privilegium censendum? distinctione utrum ex gratia sit concessum, an titulo oneroso acquisitum, expediendum est. Prioris enim generis pro personali. *l. 1. §. f. l. 5. §. 3. de jur. immun. l. 4. §. 3. de censib.* posterioris verò pro reali & ad heredes transitorio, ex natura tituli onerosi & præsumpta acquirentis affectione (vid. *l. 9. pro soc.*) habendum *Gail. 2. Obs. 2. num. 13.* Quale verò est privilegium depauperatis debitoribus in *Recessu Imperii novissimo de anno 1654.* indultum? Est illud duplex. I. de cassandis usuris usque ad quartam partem. §. die verflossene und noch unbezahlte Zins, 173. II. de ad-

mittenda particulari ſolutione reliqui *ibid.* Prius reale eſt, eoque etiam fidejuſſor opulentus ex perſona principalis debitoris gaudet, ſi modò reus principalis ita comparatus, ut ei propter bellorum calamitates illa providentia adjumento evenire debeat, per *d. R. I.* §. anreichend die künfftige Zinß ꝛc. 174. verſ. was ein *Fidejuſſor. Mev. part. 4. Dec. Wiſm. 150.* Poſterius eſt perſonale, quod ſoli debitori (non fidejuſſori) competit, ſi non bona in ſolutum dederit. *Mev. d. part. 4. Dec. 345. Brunnem. ad l. 1. §. fin. ff. de conſt. Princip.*

3. III. Sunt ulterius Privilegia vel *Gratioſa*, quæ Princeps ex mera benigna & propenſa voluntate, munificentia aut liberalitate per gratiæ modum indulſit; vel *Conventionalia*, (hæc *factionata* vel *titulata* etiam nuncupantur) quæ mediante contractu vel alio licito facto, ex cauſa onerosa, puta ob aliquod factum vel dationem, præſentem vel futuram, impletam aut implendam, conceſſa & acquiſita ſunt. *c. 1. x. de probat.* Ad hæc etiam *Remuneratoria* pertinent *Klock. de contribut. c. 16. n. 178. Illa* Princeps liberè poteſt revocare, quia nemini injuriam facit, dum illud tollit, quod ſine cauſa conceſſit. *cap. 9. x. de dec. Gail. 2. Obſerv. 60. num. 15.* ſine rationabili cauſa id tamen non facilè fieri debet, quia inhoneſtum eſſe cenſetur, & ſubditos malè contentos reddit, beneficia etiam gratuita & revocabilia ſine cauſa adimere. *Bald. p. 1. Conſ. 327. num. 3. 4.*

ubi

ubi inquit Cælestinum Pontificem pro animali irrationali non homine reputatum fuisse, propterea, quod gratiam, quam manè concesserat, vespere ejusdem diei revocare solitus fuerit. *Hæc* ita in concedentis arbitrio non sunt, quoniam in naturam contractus transierunt. Princeps ergò ea sine urgente gravi causa revocans contra naturalem æquitatem peccat. *arg. l. 1. §. de Offic. Proc. Cæs.* quod adeò verum, ut ne quidem Princeps successor Privilegia conventionalia revocare possit, sive per successionem hæreditariam sive per electionem Principatum obtinuerit. *Schüz. v. 2. D. 8. th. 7. H. I. Andr. Thurov.* ap. *Fritsch. vol. 1. Exerc. Jur. Publ. V. c. 1. num. 3. seqq. Myler. de Statib. Imp. cap. 49. num. 11.* ubi in *seqq.* subjicit causas justas, ob quas eadem tamen rectè revocentur. add. *Hunn. Encyclop. jur. univers. p. 1. tit. 6.* IV. Privilegium distinguitur in *referens* & *absolutum*. Illud vocari solet *ad instar ex l. 35. C. de Episc. & Cler.* Ita e. c. Academiæ Juliæ concessa sunt privilegia ad instar Bononiensis. Quæri hic solet: *An aucto exemplari (per novas concessiones,) augeatur etiam privilegium ad instar?* Affirmat *Gothofred. in not. ad d. l.* Negat verò *Baldus ibid.* quia hoc privilegium datum est ad similitudinem ejus, quod jam existit, non ejus quod futurum est, nisi & hoc verbis privilegii exprimatur. *arg. d. l.*

4. Jus concedendi privilegia, allerhand

Privilegien zuvergeben / quorum effectus sese diffundat per Imperium, in solius Cæsaris arbitrio esse, uno ore *Lampad. p. 3. c. 14. num. 2. Bœcler. in Notit. Imp. l. 4. cap. 1. Carpzov. de L. Reg. c. 12. num. 8. Hermes cap. 11. num. 76. Reink. l. 1. cl. 3. c. 12. Schüz. v. 2. D. 8. th. 3. aliique* docent, quibus nec ego contradicere ausim, tum quod nulla Imperii lege prohibitum reperiam, ne aliter, quam Statuum Imp. consensu, Imperator privilegia concedat, adeoque quid obstet, quo minus hodienum eo jure, quod olim ei soli competiit, nec legibus Imperii, aut consuetudine Statibus communicatum, solus fruatur, haud videam, tùm quod id non obscure insinuet *Cap. Leopold. art. 45. Cap. Josephi art. 44. ibi:* über die Käyserliche Concessiones der Privilegien / ꝛc. Limitaverim nihilominus cum pace illorum, generalem istam assertionem hactenus, quod tamen non possit vel debeat Imperator per concessionem novorum privilegiorum, Electorum aliorumque Imperii Ordinum ac Nobilium immediatorum Juribus præjudicium inferre, idque propter juratam promissionem in *Capitulatione*: Wir sollen und wollen den Ständen / sampt der Reichs-Ritterschafft / Ihre Regalia und Obrigkeiten / Freyheiten / Privilegien / Pfandschafften und Gerechtigkeiten / auch Gebräuche und gute Gewonheiten / so Sie bißhero gehabt haben / oder in Ubung gewesen seyn / zu Wasser und zu

Land /

Land / auff gebührendes Ansuchen / ohne einige Weigerung und Auffenthalt / in guter beständiger Form (specialiter scil.) confirmiren und bestättigen / sie auch dabey / als Erwöhlter Römischer König / handhaben / schützen und schirmen / und niemande einig Privilegium darwider ertheilen. Und da einige vor oder bey wehrendem 30. jährigen Kriege dawider ertheilt worden wären / so im Friedenschluß nicht gut geheissen oder approbirt worden/dieselben gäntzlich cassiren und annulliren/ auch hiemit cassirt und annullirt haben. uti sonant verba *Capit. Leop. & Josephi art. 3.* Quid ergò cum quæritur: *An vi Superioritatis Imperatori fas sit immunitatem à collectis Turcicis pro placito petentibus indulgere?* sit respondendum, ex dictis facilè colligitur. Cum enim harum remissio universo præjudicet Imperio, eam non nisi justissimis ex causis in sui ipsius præjudicium fieri posse sequitur. *Thom. Michael. de Jurisdict. concl. 27.*

5. Si circa horum à Sacrâ Cæsareâ Majestate citra Electorum & aliorum Statuum consensum indultorum privilegiorum interpretationem sive declarationem, vel etiam validitatem controversiæ oriantur, de iis cognoscendi Jus Imperator solus sibi vindicat, ex vulgari ratione illi cognitionem assignante, à quo procedit concessio *Michael. de Jurisdict. concl. 31. lit. B. Limn. ad Capit. Matth. art. 23. verb.* vor nie-

mand anders / *n. 5.* Si autem de illorum violatione controversia moveatur, Camera Imp. quoque in judicando concurrit, ita ut quoad pœnam privilegio insertam & ibi agi ac citatio decerni possit, quod ita usu Cameræ servari testantur *Gail. 1. O. 1. num. 7. seqq. Limn. l. 9. c. 2. num. 184. Schüz. v. 2. D. 8. th. 1. l. C.* Et hoc adeò verum, ut litem hanc in Camera cœptam, ne ipse quidem Imperator, non quidem ob incompetentiam, sed præventionem, avocare possit per *Ord. Cam. p. 2. t. 35. ibi:* Daß dem Cammer-Gericht unverhindert einiger restitution oder avocation &c. *Schüz. d. l.* qui *in seq. th. 8. & 9.* de hoc judicio violati Privilegii Cæsarei plura subnectit.

6. IX. Jus cognoscendi de controversis vectigalibus (Erkäntnus und Außspruch zwischen denen der Zöll halber strittigen Ständen / so darunter Churfürsten begriffen seynd) est potestas Imper. vi superioritatis competens judicandi de controversiis super Vectigalibus inter Electores & alios Imperii Status exortis, idq; sive actoris sive rei partes Electorum aliquis sustineat. Hoc primum *Cap. Matthiæ art. 23.* cautum & subsequentium deinde Impp. Capitulationibus repetitum (vid. *Cap. Ferdin. II. art. 22. III. art. 25. Ferd IV. & Leop. art. 24. Josephi art. 23.*) hisce verbis: Und wäre es Sach / daß in solchen Fällen neuer Zöll oder Uffsätz halber / dardurch der Churfürsten Zölle gerin-

geringert und geschmälert werden möchten/ die Churfürsten zu rechtlichen Ansprüchen activè oder passivè geriethen / demnach dann solche Zöll-Regal und Privilegia allein von Römischen Kaysern und Königen / mit Bewilligung der sieben Chur-Fürsten / nach Anweisuug deß 21. Articuls im Reich ertheilt und gegeben werden / und also deren darüber einfallender Streit Entscheidung vor niemand anders / als Uns gehörig / sollen solche rechtliche Ansprüche vor Uns außgeführt und erledigt werden/ und kein Chur-Fürst schuldig seyn / sich derenthalben weder an Unserm und deß H. Reichs Cammer-Gericht/ oder andern Gerichten/ mit ordinariis actionibus anstrengen lassen ꝛc.

7, Forsan autem mirum alicui videbitur, quâ ratione ejusmodi nova Vectigalia Electoribus damnosa esse dici possint, sic ut ipsi inde actorum vices in causa sustinere valeant, cum privilegium telonii detur aliis ipsorum consensu, (vid. infrà *cap. 21. num. 3.*) sicque consensum suum Imperatori illud concedenti præbentes juri agendi renunciasse videantur. Ast extricandi occasionem suppeditabit distinctio inter *usum* & *abusum* sive *nimiam extensionem concessi privilegii*. De *usu* in quem consenserunt, non habent, quod conquerantur, quia si quod damnum inde sentiunt, suâ culpâ sentiunt, dum dissensu suo concessionem ejus, præjudicium suum allegando, impedire potuissent,

tuissent, sentire adeoque non videntur, consequenter nec querelam vel actionem propterea instituere possunt. De *abusu* verò *vel extensione dati privilegii*, si nim. novi telonii exactor ultra consuetum vectigal majorem pecuniam à mercatoribus vel aliis, qui à præstando vectigali immunitatem non habent, exposcat, ita ut eam ob causam alias vias regias quærant, atque ita Electores quoque reditibus vectigalium, quæ forsan in confinio recipere solent, priventur, justè conqueruntur: *Limn. ad Capit. Matth. artic. 23. verb.* rechtliche Ansprüche. *Stamler. §. 41. num. 4.*

8. Sed *an & Imper. causas Vectigales coram Camera pendentes avocare possit?* quæstionis est. *Berlichius part. 1. dec. 158.* Imperatori in genere quasvis causas in Camera pendentes avocandi licentiam tribuit. Sed rectius hanc facultatem Imperatori competere negat *Carpzov. l. 2. Resp. 49. Limn. l. 9. J. P. c. 2. num. 74. & seqq.* quò facit *Ord. Cam. in præfat. & p. 2. titul. 35. verb.* daß dem Cammergericht / ꝛc. *it. p. 3. tit. ult.* §. Solches. *Cap. Ferdin. IV. art. 43.* ibi: die am Kayserl. Cammer-Gericht zu Speyer / ꝛc. *Leop. art. 42. Josephi art. 41. R. I. de anno 1654.* §. damit aber auch unserm / ꝛc. *165.* & §. Ebenmäßig. *166.* cum hâc tamen limitatione, nisi causæ sint tales, quæ ad Cameram non pertinent, quales sunt: causæ feudorum regalium majorum, matrimoniales, criminales, &c. quò

& cau-

& causæ teloniorum spectant. (vid. *Blum. de Proc. Camer. 1. 25. num. 18. seqq.*) Disertè enim *Capitul. Ferdin. IV. art. 24. & noviss. Leopold. art. 24. Josephi art. 23.* lites in Camerâ ratione vectigalium ab antiquo pendentes avocandi facultas Imperatori conceditur, hocque Jus Seren. Elector. Palatinus ante aliquot annos, contra mercatorem Basileensem wegen deß zu Germersheim verschwiegenen Zolls/ contra Cameram Spirensem ursit. Sed contradicunt Ordines Imperii cæteri in *monitis ad Capitul. Leopold. artic. 24.* daß in den Zollsachen dem Cammer-Gericht die concurrentia Jurisdictionis nicht zu entziehen / exemptiones, Befehl und privilegia zu præjudiz ihrer der Chur-Fürsten/ Fürsten/ und Stände Zoll-Gerechtigkeiten/ sie seyen zu Wasser oder zu Lande / nicht zu beschweren.

9. X. Jus cognoscendi de controversa Statuum in sessione Comitiali, aliisque Imperii actibus præcedentia, die Erkantnuß und Außspruch zwischen denen der Præcedenz halber strittigen Fürsten/) Æqualis honoris & laudis cupiditas illustrioribus innata præcordiis conspicua est per omnes ævi historias, loquuntur enim hæ non modo plures gravissimas inter Potentissimos Europæ Reges de præcedentiâ & sessionis prærogativa subortas contentiones, sed & luctuosas inde subsecutas cædes. Notior est, quam ut multis referri debeat, fa-

mofiſſima illa de jure præcedentiæ exorta controverſia inter Reges Hiſpaniæ & Galliæ,(vid. *Herm. Herm. in Faſc. J. P. c. 23. num. 29. Gaſtel. de Stat. Publ. Europ. noviſſ. p. 1. c. 6. num. 53. Limn. 4. J. P. c. 9. num. 25. ibique in addit. allegati.)* quorum hic nec cum Carolo V. Electo Imperat. Romano-Germanico in certamen de loco digniore deſcendere erubuit, cum anno 1521. Caleti Caroli V. & Franciſci I. Legati conveniſſent; hoc exiſtimante, Carolum V. propterea, quod nondum unctus eſſet, Regi Franciæ uncto dignioris loci prærogativam jure cedere debere. (Aſt vid. *Arum. diſc. de ſesſion. prærog. in fin.)* Ille verò Hiſpanus ſcil. conſimilem de præcedentiâ cum Angliæ Rege, ab hoc illi motam controverſiam habet, ob quam cum anno 1598. Legati Eliſabethæ Reginæ Angliæ, & Philippi Regis Hiſpaniæ, de pace tractaturi conveniſſent, negotio pacis principium facere haud potuere; Nil quoque dicam de Regum Poloniæ, Portugalliæ, &c. competentia. Has enim lites penitùs decidendi arbitrium nec Imper. noſter ſibi arrogat, nec concertantes facilè ei conceſſuri ſunt. Et licet uni præ altero, v. gr. *Hiſpano* præ *Gallo*, ſpeciali ratione, apud ſe potiorem locum indulgeat, id tamen huic alibi non præjudicat, nec propterea in aulis cæterorum Regum illi cedit, quia facultate de jure alibi valituro pronunciandi quoad eos Imperator deſtituitur

vid.

vid. *Gastel. de Statu Publ. Europ. noviss. p. 1. c. 6. num. 53. & 70.*

10. Pari autem jure & modo sæpè gravissimæ inter Principes & Status Imp. nostri de jure proœdriæ & præcedentiæ, in Comitiis aliisve actibus publicis lites ortæ. Et non quidem negari potest, justam esse sæpenumero honoris debiti vindicationem, (si exorbitantia caveatur,) in Viris præsertim Principibus, quibus omnia ad famam esse dirigenda, existimavit olim Tiberius apud *Tac. 4. Annal.* in his enim (ut sibi persuadet *Pierre Matthieu lib. 1. narrat. 2. num. 3.*) interesse honoris & dignitatis omnium primum existimatur, omneque aliud pervincit, sicut in eo nihil diminui possit, quin totum amittatur, ut ille, at non sine auxesi, loquitur. add. *Strauch. aman. Jur. Canon. semestr. 1. Eclog. 6. cap. 22. & Jacob. Gothofr. de jur. praeced. protheor. §. 3.* Fatendum tamen est, non omnes illas Principum contentiones de præcedentia vacare culpâ, si præsertim fiant in Comitiis Imperialibus non sine ingenti animorum exacerbatione, & gravissima negotiorum publicorum, quæ de die in diem ideò, cum maximo Reip. damno, differuntur, injuriâ, ac plus quam tolerabilium, qui tamen inutiliter profunduntur, sumptuum dispendio.

11. Inter Electores certa sedendi, eundi, standi ratio in *A. B. tit. 3. 4. 22. 23.* à Carolo IV. bono

bono Imperii publico, est constituta, quæ tamen eorum numero per *Instrum. Pac. Osnabr. Monast. art. 4. §. Quod ad domum Palat. &c.* aucto, jam paululum mutata. Ordo autem hodiè, quousque octavus duraverit Electoratus, inter ipsos observandus latissimè in Gloriosissimi hujus Collegii Electoralis Transactione, dero Session und Præcedenz betreffend/ Anno 1653. in Comitiis factâ, quam auß dem Europäischen newen Teutschen Floro *pag. 303. & seqq. refert. Limn. ad A. B. tit. 4. observ. 9.* it. Londorp. *Tom. VII. l. 6. c. 109.* describitur hunc in modum, ut, si una continuaque sede omnes sedeant, prout in Electionis conclavi fieri solet, primum locum Moguntinus, secundum ac tertium Trevirensis ac Coloniensis vicibus alternis, quartum Bavarus, quintum Saxo, Brandenburgicus sextum, septimumque Palatinus obtineat, quod si Bohemus præsens est, primo post Ecclesiasticos loco collocetur: Si verò latera observentur, uti extra electionis casum se res habet, tum, ubi præsens Imperator aut Commissarius ejus, è regione hujus Trevirensis; è dextro latere Moguntinus, Bavarus, Brandenburgicus, è sinistro Coloniensis, Saxo, Palatinus sedeant, quemadmodum sequens adumbrat schema:

Imperator
vel
Commissar. ejus

Mogun-

Moguntinus	Trevirensis	Coloniensis
Bavarus		Saxo
Brandenburgicus		Palatinus.

Absente autem Imperatore, ejusve Commissario, idem utriusque lateris maneat ordo, nisi quod inter Coloniensem & Trevirensem, sessionem in sinistro quoque capientem, ejus ratione, alternetur, quanquam semper Trevirensis priori loco votum exponat, & advenienti Bohemo in dextro latere inter Moguntinum & Bavarum locus detur. Si cum uno vel altero ex Electoribus ipsis præsente cæterorum Legati concurrant, Electores præferantur, salvo tamen manente semper Directorio & laterum, votorumque ordine. Et quia contingit nonnunquam, ut neque latera propriè dicta habeantur, neque continua serie collocentur Electores, veluti cum Imperatorem in solenni Processione ad Ecclesiam vel Curiam comitantur, peculiaris in hunc quoq; casum provisio facta, & qua ratione quisque incedere debeat, definitum est: Ubi quidem, si insignia Officii præferuntur, Legatis locus non est, sed Sub-Officialium opera succedit, qui in ejusmodi processione subintrant locum Archi-Officialium hoc ordine incedentium.

Trevirensis

Brandenburg. cum sceptro.	Bavarus cum Imper. Pomo.	Palatinus cum Corona

Saxo

Saxo cum
gladio.
Moguntinus Imperator. Colonienſis.
Bohemus.

Ubi autem inſignia non geruntur, hoc ſchema placuit inter Electores obſervandum

Brandenburg. Palatinus
Bavarus Saxo
Trevirenſ.
Mogunt. Imperator. Colonienſis.
Bohemus

Quod locum quoque habet in Legatis, ſi ſinguli Electores ſuos miſerunt, & nullus propria perſona comparuit; quando autem aliqui Electores cum Legatis concurrunt, tum hoc quoque caſu illi his præferuntur, ita ut ſalva maneant paria, quemadmodum ex hoc ſchemate patet

Legatus. Legatus.
Elector præſens. Legatus abſentis.
Trevirenſis.
Moguntinus. Imperator. Colonienſis.
Rex Bohem.

Ubi Saxo ſolus enſem præfert, cæteri autem inſignia ſua non gerunt, ordo ſequens ſervatur;

Brandenb. Bavarus. Palatinus.
Trevirenſis.
Saxo cum enſe.
Moguntinus. Imperator. Colonienſis.
Rex Bohem.

12. Nec

12. Nec minus certa est Electorum, ceu membrorum Capiti proximiorum, (uti vocantur *A. B. c. 2. §. 5.*) prærogativa præ aliis Imperii Principibus. vid. *A. B. c. 6. ibi Limn. Observ. 2. & ad Capitul. Ferdin. III. art. 4. verb.* vorgehen/ *pag. 685.* quam non ipsi modo, si αὐτοπροσώπως adsunt, sed & eorum Legati in actuum publicorum celebratione præ illis obtinent, eam in rem *Constit. Caroli V.* apud *Gold. tom. 3. Const. Imper. pag. 510.* & insecutam Praxin, (de qua ipsæ Recessuum formulæ ac nominatim *R. I. Ratisbon. de anno 1546. §. 10. 1576. & 111.* testentur,) atque tenorem *Capitul. Ferdin IV. art. 4. Leopold. & Josephi art. 5. verb.* und den Fürsten in Persohn/ *rc.* allegantes. Utut hi post alios in persona præsentes Electores, ut antea quoque dictum, locentur. *A. B. c. 28. §. quandoque insuper. 6.* Sed admittunt illam Electoralium Legatorum prærogativam etiam Principes cæteri tantùm in *Collegialibus* & ejusmodi *actibus publicis, ubi Principalium suorum isti subeunt munia*, eorumque in iis repræsentant personam. In aliis autem congressibus quibuscunque, ubi *ut singuli*, per se non *totius Collegii ratione* considerantur, præcedentiam eis concedere nequaquam volunt, Memoriali ideò Cæsari superioribus Comitiis anno 1654. die 4. Jun. exhibito, quod vide apud *Auth.* der Grundf. *p. 2. c. 5. p. 113.* add. *Monita Stat. ad Capit. art. 4. num. 4. Sprenger.*

Lucern.

Lucern. modern. Stat. Imp. c. 1. Fürsten. de jur. Suprem. c. 49. & quidem ibi eam etiam saltem Legatis Primis seu principalibus deberi contendunt. In Coronatione Regis Roman. illud speciale est, quod Legatus Electoralis ad Curiam solennem missus in convivio Imperiali ad Mensam, quam Principalis præsens occuparet, non admittatur, quantacunque dignitate præfulgeat. *A. B. d. l.* uti nec ad elevationem Imperatoris admittitur, teste *Sprengero lib. 1. Inst. Jur. Publ. c. 29. p. m. 178.*

13. *Utinam* verò illius generis Constitutio ac determinatio cæteros quoad Imperii Proceres etiam posita esset, variis dissensionibus certissima medela. Contrarium autem concertationes variæ de sessionis ordine ab aliquot seculis hactenus inter ipsos agitatæ, quæ indies etiam adhuc augentur, evidentissimè testantur. Sic enim disceptarunt & partim adhuc disceptant de præcedentiâ in *Scamno Seculari:* Comites Palatini cum Ducibus Bavariæ, qui in possessione; Duces Altenburgenses cum Vinariensibus, dein omnes Saxoniæ Duces cum Palatinis & Bavaris; Marchiones Brandenburg. in Culmbach & Anspach, cum Ducibus Saxoniæ & Comit. Palatinis, alternativam quærendo; Princeps Halberstadiensis, qui Elector Brandenb. cum Duce Verdensi, Rege Sueciæ, quem jam Decretum Cæsaris pro se habere tradit *Sprenger.* *in Lu-*

in Lucern. mod. Stat. Imp. p. 26 Duces Pomer. Mecklenburgenses, Würtembergiæ, Hassiæ Landgravii, & Marchiones Badenses inter se; Duces Saxo-Lauenburgici cum Ducibus Holsatiæ & Principe Mindensi; Mompelgard cum Henneberg, item Sverin, Razeburg ex Episcopatibus in Principatus comutatis *Instr. Pac. art. 12. 15.* & dein Principes noviter creati invicem. Similiter in *Scamno Ecclesiastico* Magister Ordinis Teutonici cum Episcopo Bambergensi, Episc. Argentoratensis cum Spirensi, Magister Ordinis Johannitici in Germania cum Abbate Campidunensi, Elwangensi, Murbacensi; Præpositus Weissenburgensis cum Prumiensi, Stablonensis cum Corvejensi; In *Scamno Civitatum* Cölln/ & Achen/ Lubeck & Worms. vid. *Limn. tom. 1. addit. ad l. 4. c. 9. num. 17. Auth.* der Grundf. *p. 2. cap. 1. p. 64. & c. 2. p. 75.*

14. Cum anno 1641. in Comitiis Ratisbonensibus novi Principes peterent, ut in Senatum cæterorum Imp. Principum cum Jure votandi reciperentur, illi eqnidem consenserunt, sed cum hac conditione, daß sie der alten Fürsten Abgesandten nachsitzen und nachvotiren solten. vid. *Speidel. Specul. voc.* Fürst/ Reichs-Fürsten/ schlechte Fürsten/ ꝛc. Ast non ipsis modò, sed & nonnullis aliis ea nimis onerosa, receptæque in Imperio consuetudini, qua Principes in persona præsentes aliorum

Legatis (nisi hi sint quoque Principes Imper, ejusdem stemmatis, sed votum & sessionem in Comitiis non habentes vid. *Author.* der Grundf. *p. 2. c. 5. p. m.*) anteponuntur, (excepto, quod Domus Austriacæ, Ducis Burgundiæ & Archi-Episcopi Salisburgensis Legati tam Ecclesiasticis, quam Secularibus Principibus præponantur, frustrà de Salisburgensi hæsitante *Limnæo tom. 2. addit. ad l. 4. cap. 9. p. 325.* vid. *Author.* der Grundf. *d. p. 2. c. 5. p. 112. Londorp. Cont. T. 7. l. 6. cap. 138. §. 6.* quorum ille quoque testatur, in Comitiis anno 1641. idem Vesontinum Legatum petiisse, sed Decreto Cæsaris *d. 21. Sept.* edito repulsum esse; dein etiam istorum trium Legatorum prærogativæ hos à Principibus poni terminos, ut ultra sessionem in Senatu extendi non debeat. add. *Cæsar. Fürstener. de Suprematu c. 49.*) minimè conveniens visa fuit, ideoque eandem interpositâ Protestatione subire recusarunt; cum autem in sequentibus Comitiis *anno 1653.* de illâ iterum consultaretur, Salisburgensis & Austriaci eam remittendam esse censuerunt, hunc in modum perorantes: die dritte condition sey vor diesem nur von etlichen auff die Bahn gebracht/ dawider aber eine offentliche potestation abgelesen/ und dafür gehalten worden / daß solche condition dem Fürsten-Stand gantz und gar zuwider lauffe / wie es auch in effectu nicht anders sey / denn vermög

mög der privilegien solle eine in den Fürsten-Stand erhabene Person andern Fürsten an allen dignitäten und Fürstlichen præeminentien gleich gehalten werden. Zu dem so seye dieses Zumuthen eine purlautere Erneuerung / den als der erste Fürst von Arenberg vom Kayser Carolo V. in Fürstenstand erhoben / sey Ihm zugleich die Session vor der alten Häuser Abgesandten vergönnet / und deßwegen keine controversia movirt worden. Die deß vorigen Reichstags acta weisen diese Condition gar nicht / daß die neue Fürsten der alten Fürsten Abgesandten nachsitzen / sondern Sich nur mit Ihnen vergleichen solten / der Vergleich aber importirte keinen Nachsitz / denn so die nachsitzen musten / durffte es keines Vergleichs. Solten diese neue Fürstenhäuser eines oder daß andere in Person erscheinen / köñte vielleicht der Vergleich dieser seyn / daß Sie so dann den Vorsitz zwar vor der Alten Häuser Gesandten nehmen / die vota aber nach denselben / suo loco ablegen lassen könten / und dieses so lang / biß ein anders vergliechen würde. Et hoc ut Principes novi personaliter comparentes in Senatu ante cæterorum Legatos quidem sederent, vota tamen post eos exponerent, ita tum per majora obtinuit, teste *Limn. tom. 2. addit. ad lib. 4. c. 9. num. 55.* Sed *Author* der Grundf. *p. 2. c. 5. p. 110.* in superioribus Comitiis, peracto solenni introductionis actu *d. 28. Febr. 10.*

Mart. 1654. Salmensem, Dietrichsteinium, Piccolomineum, Aversbergium, Principes, in Senatu præsentes, ante omnes Veterum Principum Legatos non modo sedisse, sed & suffragia dixisse notat. Idem in hodiernis à Joh. Ferdin. de Porzia factum fuisse testatur *Joach. Hagemejer. tr. de Comit. Imp. German. c. 5. p. 26.* uterque eorum autem in Comitiis, ille nempe in Comitiis anno 1654. hic in hodiernis, quæ jam anno 1663. initium habuerunt, præsens fuit.

15. Maximè è re Imperii esset, ut & cæteræ Ordinum Imperii de προεδρίας jure controversiæ, optimo quo fieri potest modo, è medio tollerentur, cum non unum, ut ante dictum, ex iis oriatur nocumentum. Pertinet autem cognitio atque definitio earundem vi hujus Reservati ad Imperatorem & quidem solum, ut agnoverunt ipsi Imperii Status in der Chur-Fürsten / Fürsten und gemeiner Stände ersten relation und Antwort auff dem Reichs-Tag zu Augspurg Anno 1566. his verbis: die Erkäntnuß zwischen den Ständen / so der Session halber strittig / hanget der Kayserl. Hoheit an / und ist Ihrer Majestät / als dem Ober-haupt / allein zuständig. add. *R. I. de anno 1500. tit.* wo die Irrung der Session, &c. *51. de anno 1541.* §. Wir sollen / rc. 80. *de anno 1567.* §. als sich auch / 68. *de an. 1570.* §. den andern aber / rc. 162. *de anno 1570.* §. Wann dann die Chur-Fürsten

sten/ 2c. 111. Qui tamen ut plurimum, utut ad id non teneatur, Consilium Statuum Imper. adhibet. *R. I. de anno 1545.* §. demnach wollen wir/ 2c. 50 ibi: mit Rath Chur-Fürsten/ Fürsten und gemeiner Stände darüber gütliche oder endtliche Erledigung thun. Idque vel ab omnibus Statibus, vel ex Collegiis eorundem requirit. *R. I. de anno 1576.* §. ferner/ 2c. *110. de anno 1594.* §. letzlich/ 2c. *de anno 1603.* §. der im Heil. Reich/ 2c. *66.* Sed vid. Collegii Electoralis Memoriale Imperatori in controversia inter Episcopos Eichstadensem & Spirensem insinuatum *anno 1653.* verb. Es solten Ihre Majestät auß tragendem hohen Kayserlichen Amt/ förderersten/ ohne Einholung anderwerten/ in dergleichen Fällen ohne herkommenen Gutachten deß Fürsten-Raths/ dardurch den Herrn Chur-Fürsten (als Ihrer Kayserl. Majestät innersten geheimbsten Räthen) leichtlich præjudicirt werden könte/ verfahren. add. *R. I. de anno 1641.* §. demnach/ 2c. *de anno 1654.* §. als sich auch/ 2c. *196.* ibi: Seynd wir deß Gnädigsten erbietens/ nach Erfindung eines Jeden Gerechtigkeit/ Sie die Stände wegen solcher Irrung der Session, auff zimbliche leidliche Wege zu vereinigen/ und zu vertragen/ oder sonsten nach Billigkeit deren Sachen zu entscheiden.

16. Ad quid verò in iisdem decidendis respiciendum, ob quod uni præ altero prærogativa

gativa concedenda? non una omnium est sententia. Quidam enim generis, familiæque antiquitati, alii potentiæ ac divitiarum amplitudini, nonnulli nobilioribus insignibus, plures titulorum multitudini primas concedunt. vid. *Knich. Comm. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum c. 2. n. 36. & seqq. Becker in Synops. l. 3. c. 2. Hermes Fasc. J. P. c. 23.* Plurimi verò veterem observantiam ac possessionem maximum in sessionis prærogativa momentum obtinere & ante omnia considerari debere censent. vid. *Coler. de Jur. Imper. concl. 67. Knichen. d. l. Bernhard. Zieriz. Comment. de Princip. inter ipsos dignit. prærogat. in fin.* Novum compositionis harum litium medium suppeditat Propositio Imperatoris nomine *d. 12. Jan. anno 1668.* facta, da Jhre Kayserl. Majestät begehrt/ dieweil man bey dem Reichs-Hoff-Rath nicht gewissen und vollkommentlichen Bericht finden kan/ was alles vor Session-Streit unter den Ständen seyen/ und wie weit man in denen vor ihrer Majestät schwebenden Processen verfahren/ es wollen die bey diesen Strittigkeiten interessirte Chur-Fürsten und Stände/ und dero Räthe/ Bottschafften und Gesandte/ ihrer Kayserl. Majestät eine veranlässige Information hierüber mittheilen/ oder aber/ wellen die Rechtliche Außträge/ wo nicht zum Theil gar unendtlich/ doch nicht allein sehr langwürig und weitschweiffig/ sondern noch darzu der

Erkant-

Erkantnüs und Urtheil halber/ in Erwegung/ daß durch dergleichen Außspruch/ (welche etlicher massen Glimpff und Ehr betreffen) zwischen denselben Fürstlichen Häusern grosse Verbitterung und Schwirigkeit/ oder wie die Wort deß jüngsten Reichs-Abschieds lauten/ ungleiche Affecten verursachen/ fast bedencklich/ erwegen und nachsinnen/ obs nicht dahin zu bringen wäre/ daß viel berührte Session-Streitte einem unverdächtigem Loß vertrauet würden/ und was hierdurch das Glück gebe/ jedes Theil darmit vergnüget blieb/ das gereichte keinem zu einer Verkleinerung/ wie etwann judicialis definitio dahin verstanden und auffgenommen werden könte/ und dem gemeinen Wesen beschehe darmit würcklicher Nutz und Frommen. vid. *Limn. tom. 1. addit. ad l. 4. c. 9. num. 104. pag. 667.* Sed nihil hucusque actum, imò controversiæ hæ quoque indies sunt auctæ & adhucdum quotidiè crescunt. Rimantur nonnulli in his productionibus & augmentis earundem arcanum Imperatoris interesse. vid. *Fr. Iren. ad Burgold. p. 3. disc. 1. pag. 9.*

17. Inventum interim est litibus hisce, quæ plenè componi facilè nequeunt, provisionale seu suspensivum aliquod remedium, Alternatio, (de qua accuratissime scripsit *Goldastus lib. 1. Senioris c. ult.*) Obtinet illa 1. inter Austriacos & Archi-Episcopum Salisburgensem in voto, sessione & Directorio, sed ita, ut Austria-

ci in primo Senatu Principum primas ante Salisburgensem teneant. 2. Inter Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem in voto & sessione, ita, ut primo & ultimo die Herbipolensis primas teneat, quas sibi quoque in subsubscriptione Recessus absque alternatione vindicat. 3. Inter Episcopum Brixiensem & Basileensem. 4. Inter Episcopum Leodiensem, Osnabrugensem & Monasteriensem, ita ut Osnabrugensis, si est Pontificius, semper medium obtineat locum. 5. Inter Duces Pomeraniæ, Würtenbergenses, Megapolitanos, Hassiæ Landgravios & Marchiones Badenses. 6. Inter Præpositum Elvvangensem & Abbatem Murbacensem. 7. Inter Prælatos Suevicos & Rhenanos. 8. Inter Comites Suevicos & Wetteravicos. 9. Alternant quoque Lubek & Wormbs. 10. Rothwell & Uberlingen. 11. Kempten & Winsheim ac Schweinfurt.

18. Excogitarunt astuti quidam Politici & alias artes atque cautelas, quibus interesse honoris in materia præcedentiæ illæsum conservari possit, quarum notissima est Protestatio, hac namque cujusque jus & permittitur alteri, & cuique servatur; hac fieri non videtur aut creditur, quod fit; hac denique quod factum impræsens est, ut non factum æstimatur; Hæc necessaria est, ubi quo modo faciendum, quod necessario faciendum est, intutum est decidere.

Vim

Vim verò habet, ubi non tantum in verbis consistit, quæ oblivione sæpe transmittuntur, manente interim facti alterius exemplo, sed in actis inter factorum monumenta suis formulis repræsentatur. Verba enim ut in negotiis publicis in se vana, ita rerum loco sunt, ubi actis rerum solenniter inseruntur. Ejusmodi Protestationes, cum incipiunt & ad finem perducuntur Comitia, inter Nostros quoque sunt frequentissimæ, ita in Comitiis An. 1641. sessione 153. d. 28. Sept. 8. Octobr. habita, quantæ Pro- & reprotestationes factæ ex *Londorp. Cont. tom. 5. l. 1. p. m. 724.* cognosci potest. De cæteris cautelis vid. *Limn. tom. 1. add. ad l. 4. c. 9. n. 91. Jacob. Gothofred. tract. de Jure præced. part. 3 Jacob. Andr. Crusii, Syndici Mindensis, multifariæ lectionis Opus de præcedent. Illustr.*

CAPUT XI.

De jure ultimæ cognitionis & extremæ provocationis.

XI. JUs *ultimæ cognitionis & extremæ provocationis* (die höchste Justitz und Gerichtbarkeit im gantzen Römis. Reich zu verwalten) *est Reservatum Imper. vi cujus ipse in justitiam sententiarum in Principum ac Ordinum Imperii Judiciis latarum, à quibus ad eum illis gravatus provocavit, inquirit, easque vel refigit atq; corrigit,*

vel confirmat, de ſententiis autem, quæ ipſius nomine lata, nemo ſibi cognoſcendi facultatem arrogare valet. Cum Reges Juſtitiæ ergò conſtituti ſint, eam aliter conſervari non poſſe & ſaluti ſuæ conſuli exiſtimant ſubditi, niſi de jure ſuo Principem cognitionem tandem ſuſcipere videant. *Bornit. de nat. Jur. Majeſt. c. 3. concl. 22.* Et inde jus extremæ provocat. à Majeſtate avelli non poſſe, quin illa unà diſtrahatur, *Arniſ. de jurib. Maj. c. 4. num. 3. Grot. 2. de J. B. & P. 4. n. 13. Bœcler. in Diſſ. de Judiciis*, aliique contendunt; quod tamen ita intelligendum, ut & per alium, ſicuti olim Romæ ante Conſtitutionem Diocletiani in *l. un. C. de ſent. Præfect. Prætor.* per Præfectos Prætorio, à quorum ſententiis nec ſupplicare licebat, Princeps id exercere poſſit. Quamvis ergò ab Imperatore quibusdam Imperii Statibus Privilegium de non appellando, ſcil. ab ipſorum ſententiis ad Imperatorem vel Cameram Imperii, ſit conceſſum, vid. *R. I. noviſſ. de an. 1654. §. 115.* (*Utile autem num ſit Imperio ita ejusmodi Privilegia paſſim concedi?* quærit *Stamler. §. 43. num. 2.* affirmantem tenens ſententiam cum *Myler. ad Rümel. ad A. B. p. 2. D. 2. th. 1. lit. E.* Sed vid. *Burgold. p. 2. D. 20. num. 19. R. I. de anno 1654. §.* weilen auch ꝛc. *116.*) & quidem *vel* illimitatum in totum appellationem prohibens, *vel* limitatum, & *aut* ad certas cauſas reſtrictum, *aut* ad certam ſummam conſtrictum; nihilominus tamen eſt

& ma-

& manet jus extremæ provocationis certo modo Imperatoris reservatum, cum illi eo jure jus citra provocationem subditis dicendi ex concesso ab Imperatore privilegio, ejus authoritate, utantur, salva manente Imperatori hoc indulgenti superioritate in casu denegatæ Justitiæ sese exerente, *Thom. Mich. de Jurisdict. concl. 26.* Nam etsi sint, qui Privilegia de non appellando (præcipuè Saxonicum) parti gravatæ querelam nullitatis, & protractæ vel denegatæ Justitiæ aufferre, doceant, attamen contraria est verissima. vid. *Stamler. §. 44. num. 2. seq. Limn. ad A. B. c. 11. §. 2. O. 2. 3. Myler. ad Rümel. p. 2. D. 2. th. 13. & 15.*

2. Illimitatum autem privilegium de non appell. habent. 1. Electores VII. A. B. in dignitate sua confirmati, vigore *A. B. tit. 8. & 11.* Bavarus autem, qui hoc seculo accessit, per privilegium à Ferdin. III. anno 1638. concessum, qui Gloriof. Imp. hoc privilegium etiam cæteris Electoribus, qui eo longo tempore non usi, (*an autem propterea etiam eo exciderint?* controversum est. vid. *Rumel. d. l. th. 2. ibi Myl. Limn. ad A. B. c. 11. §. 2. Observ. 1. ibi illeg.*) Trevirensi excepto, adeoque Moguntino, Coloniensi, (qui tamen mox iterum remisit, eo quod causarentur Ordines Provinciales sumptus ad Judicium Revisorium, quali opus foret, constituendum sibi nimis graves fore;) & Palatino, de novo iterum confirmavit, reliqui illud

illud ſemper in viridi obſervantiâ retinuerunt. 2. Archi-Duces Auſtriæ vigore privilegii per Carol. V. de *dato* Augſpurg/ *d. 8. Septembr. anno 1530.* conceſſi. Sed vid. *Blum. in Proc. Camer. t. 47. tab. 3.* 3. Duces Saxoniæ per privilegium Ferdin. I. *de Anno 1559.* 4. Rex Sueciæ tanquam Princeps Imperii, in feudis ab Imperio ei *Anno 1648.* conceſſis, ex privilegio Ferdin. III. *Inſtrum. Pac. art. 10. §. deinde concedit.* 5. Dux Burgundiæ & Lotharingiæ. vid. *Stamler. §. 43.* 6. Sereniſſimi Duces Würtembergiæ. vid. omnino *Myler. in add. ad Rumel. A. B. p. 2. D. 2. th. 4. Beſold. ad Ordin. Prov. Würtemb. p. 47. ſeqq,* qui & hoc gaudent Privilegio, quod nullibi poſſint conveniri, niſi coram Magiſtro Aulæ & Conſiliariis ſuis, juxta Privilegium de anno 1495. quod refert *Limn. l. 5. c. 16. num. 12.* 7. Comitibus Hanoviæ & Comitibus de Lainingen id tribuit Dn. *Lud. du May en l'Eſtat del' Empire. Dialog. VII.* Sed de eo mihi nihil conſtat, nec à quoquam alio ejus mentionem factam hactenus obſervavi.

4. Limitato ad certas cauſas reſtricto gaudent Marchiones Brandenburgenſes in cauſis, ſo Frevel/ Schmachſachen/ Lämbd- und flieſſende Wunden betreffen/ ex privilegio Caroli V. de anno 1541. Duces Brunſuicenſes in debitis liquidis & confeſſatis, ex privilegio Ferd. III. de anno 1648. (quibus etiam vigore privi-

legii

legii de dato Vienn. 24. Novemb. 1648. sicut & Regi Sueciæ, si ut Dux Bremensis, Verdensis, Pomeraniæ, vel ut Princeps Rugiæ, aut Dominus Wismariæ, ex causa terras istas concernente ab aliquo conveniatur, (vid. *Instrum. Pac. art. 10. §. deinde concedit, &c.)* privilegium electionis fori (quod est ejusmodi privilegium, quo ipsis in Camera vel coram Imper. conveniendis & ab actore requisitis potestas pro sua commoditate forum eligendi conceditur: ita ut electio à Rege Sueciæ intra tres, à Ducibus Brunf. verò intra 2. menses à die factæ requisitionis proximos fiat *ibid. §. Econtra. & præalleg. Priv.)* indultum; Judicium Aulicum & Provinciale Holsaticum in debitis liquidis & confessatis, item causis injuriarum; Principes Frisiæ Orientalis & Comites Oldenburgenses in ejusdem generis debitis & causis Leibs-Beschädigung/ Irrung / Baw und Dienstbarkeit betreffend; Hamburgum itidem in causis debitorum liquidorum, injuriarum & ædificiorum civitatis; Ad certam summam restrictum habent Marchiones Brandenburg. ad 800. flor. Rhenanos scil. per privilegium Ferdin. II. de anno 1627. quod exhibet *Limn. tom. 4. in addit. ad l. 5. c. 7. n. 132.* Landgravii Hassiæ Cassel. hodie ad 1000. aureos Rhenanos *Dietrich ad A. B. tit. 11. verb. ut præfertur p. 66.* Duces Brunsuicenses ad 2000. flor. in auro auff die 3. Fürstenthümer Zell / Wolfenbüt-

fenbüttel und Calenberg / *Limn. tom. 5. in addit ad l. 5. c. 6.* plura exempla refert *Blum. Proc. Cam. tit. 47.*

4. Exercet autem Imperator hoc jus per Judicium Aulicum, Reichs-Hoff-Rath / & certo respectu per Judicium Camerale Spirense, à quorum neutro ulterior conceditur provocatio, ne tamen partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur, parti, quæ se gravatam existimat, sententia in illo, Judicio scil. Aulico, lata, Supplicationis remedio uti licet. *Instrum. Pac. art. 5. §. 20. verb.* Quoad *Processf.* R. H. O. *tit. 5.* §. Dafern Sich nun 2c. *add. Cap. Leop. art. 42.* ubi hoc remedium Revisionis nomine venit; Cui Supplicationis remedio, æque ac appellationi, equidem effectum suspensivum per modo adductos textus cum *Joh. Georg. Nicolai in Proc. Jud. part. 3. c. ult. §. 24.* tribuendum esse persuasi fuimus omninò, eò magis, quia novimus in causa Principis de Liechtenstein contra Principem Frisiæ Orientalis, post supplicationem interpositam, executionem, usque dum sententia condemnatoria confirmata, dilatam, sicque sententiam hanc usu comprobatam fuisse; sed contrarium in Augustissimo Judicio Aulico nunc observari & statim ad sententiarum executionem non obstante petita supplicatione, præstita tamen prius idonea cautione à parte contra quam petita & decreta supplicatio, de restituendo judica-

dicatum, ubi in ſupplicatione ſuccubuerit, procedi teſtatur noviſſimè B. Uffenbach *de Judic. Aul. cap.23. ſect.4. pag. 269.* ante quem jam Supplicationi effectum ſuſpenſivum denegarunt *Schüz. Jun. in lect. Jur. Publ. Annot. Anonym. ad Rhod. lib. 3. tit. 61. p. 926.* Qui verò in Camera Imperiali ſe iniqua ſententia læſos arbitrantur, Reviſionem, (quæ eſt remedium extraordinarium, quo ex quadam benignitate & clementia ibidem læſis, per Commiſſarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos, ſuccurritur, adverſus ſententiam ſine dolo, non tamen ſine errore & culpa latam,) vel etiam Syndicatum petere poſſunt.

5. Nullam autem ulteriorem propriè ſic dictam appellationem ab Imperatore fieri poſſe, certò perſuaſi ſumus. Nec enim appellationem ab Imperat. malè informato ad melius informandum, vel ad Imperatorem & Ordines admittere poſſumus, quòd appellationem gradatìm ab inferiore ad ſuperiorem perſonam fieri debere ſciamus. Et ſic ab Imperatore ad ipſum & Ordines Imper. interpoſitas appellationes, Mauritii, Landgravii Haſſiæ, anno 1623. Georgii Friderici, Marchionis Badenſis, anno 1622. Electoris Colonienſis Ferdinandi anno 1637. non modò ut nullas rejectas, ſed & Notarium, qui inſtrumentum appellationis in cauſa ultimi hujus conſcripſerat, ab officio per annum integrum ſuſpen-

ſum

ſum fuiſſe ex *actis Ludovicæ Julianæ, Comitiſſæ à Sayn & Witgenſtein, contra Electorem Colonienſem* novimus; Multò minùs verò 2. ab Imperatore ad Curiam Romanam provocari poſſe ſtatuentibus calculum noſtrum adjicere poſſumus, quod provocatio in eo, ad quem ſit, ſuperioritatem præſupponat ac requirat, quam quidem Pontifex ipſe ſibi ſupra omnes Reges aliquando aſſerere auſus, ſed ex vanâ ac inſanâ arrogantia citra ullius præjudicium modò eſt auſus. vid. *R. I. anno 1548. pr.* ibi: Haben wir auß uffgelegtem Amt / darzu wir von dem Allmächtigen beruffen. *Conſtit. Ludov. IV. exhibitam à Goldaſto Tom. 2. Conſt. Imp. pag. m. 86. Literas Philippi Gall. Reg. apud Bodin. lib. 1. de Rep. c. 8. verb. init. Sciat tua maxima fatuitas, nos in temporalibus nemini ſubeſſe, &c.* Extetque ſpecialis prohibitio de non trahendis cauſis extra Imperium Rom. German. in *Ordin. Cam. p. 2. tit. 7. ſub fin.* ibi: Aber damit dieſelben auß dem Reich Teutſcher Nation nicht ziehen, *j. p. 3. tit. 51.* Et hinc à ſententiis Cameræ ad Pontificem appellantes, tanquam contemptores Juriſdictionis Cæſaris & Imperii, 100. marcis auri puri mulctari ſoleant, ſicut tale præjudicium *de anno 1512. d. 20. Febr. in Sent. Camer. ſub prædict. anno* exhibet *Seiler* ac ante ſeculo poſt C. N. 15. jam à Friderico III. Imp. Epiſcopo Halberſtadienſi, cum à ſententiâ Cæſarea ad Pontif. appellaſſet, per Decretum de die

6. Nov.

6. Nov. anno 1476. injunctum, ut sub pœna privationis omnium Regalium & Privilegiorum ab Imp. dependentium, intra 15. dies post insinuationem, ab ejusmodi appellatione desisteret, in quo Decreto adducit Sacratiss. Imper. daß dadurch dem Reich und der Kayserl. Majestät seine Obrigkeit und Gerechtigkeit entzogen würde. Conf. *Maximil. Edictum* wider deß Pabsts angemaßte Jurisdiction im Röm. Reich apud *Goldast. tom. 1.* der Reichs-Satzung. *p. 179. add. R. I. de an. 1654.* §. Als sich dann auch ꝛc. *164.* In causis tamen Ecclesiasticis extrema provocatio ap. Catholicos interdum adhuc hodienum fit ad Pontificem, utut Cæsares obnitantur. *Burgold. p. 2. D. 20. num. 6. sub fin.* Secus apud Protestantes.

CAPUT XII.

De Iudicio Cæsaris Aulico.

DIximus Imperatorem Jus ultimæ cognitionis & extremæ provocationis, per Judicium Aulicum & Camerale c. r. exercere, de his ergo jam dispiciemus. Judicium Aulicum, der Reichs-Hoffrath/ aliis dicitur Senatus Imperii Aulicus, aliis Consilium Aulicum Cæsaris vel Imperatoris. vid. *Limn. l. 9. c. 4. num. 1.* (Ne autem hic tibi nominis ambiguitas imponat, monendus es, Imperatorem in Comitiis

Imperialibus, quando ipse iisdem interest, & de negotiis Imperii deliberationem suscipit, itidem Senatu quodam Aulico uti, sed is judicium propriè non est, cum consiliis plerumque de Legibus generalibus ferendis absolvatur, controversiæ autem coram eo nullæ agitentur, & si quæ fortè eo deducantur, de plano expediantur, notante *Speidelio voc.* Reichs-Hoffrath/adeoque multum differt à Judicio Aulico, de quo hic nobis sermo, licet etiam hoc in Comitiorum loco authoritatem suam sæpe exerat;) aliquando Aulæ Cæsareæ nomine venit. vid. *Capitul. Leopold. art. 18.* ibi: Entweder ad Aulam Cæsaream oder ans Kayserliche und deß Reichs Cammer-Gericht zu Speyer/ &c. frequentius Judicium Aulicum audit, uti sic & *Instrum. Pac.* appellatur *art. 5. §. 20. v. 5. quoad Processum, &c.* Reichs-Hoffrath autem linguâ nostrâ vernacula dicitur, non *efficienter*, non enim Augustum hoc Judicium à toto Imperio, sed à solo Imperatore dependet R. H. O *tit. 1.* verb. Unser Kayserl. Reichs-Hoffraht/dessen Obristes Haupt und Richter allein wir/ &c. & vers. und weilen dann allein Uns als Römisch. Kayser/ &c. sed *objectivè* ratione causarum, quæ inibi tractantur & deciduntur, quæ tam Imperii Principes, quam Imperium ipsum concernunt. R. H. O. *tit. 2. pr.* ibi: alle und jede Sachen/das H. R. Reich/desselben Hoheit/Recht/Herrligkeit/ &c. Describimus *Judicium hoc Aulicum,*

licum, cum Dn. *Mauritio Diss. de Judic. Aulico*, quod sit *Collegium Judicis & Assessorum, in Aula Cæsarea de causis Imperii jus dicentium.*

2. Originem ejus *Franc. Iren. ad Burgold. p. 2, D. 20. p. m. 46.* ab anno 1512. adeoque Imperatore Maximil. I. accersit, per *R. I. poster. anni 1512.* §. Item haben uns/ 2c. 5. Dn. *Bœclerus* verò in *Not. S. R. I. lib. 13. c. 4. & Dn. Rhet. lib. 4. Inst. Jur. Publ. tit. 4. §. 1.* ad Ferd. I. Imp. in ann. 1549. refert. Sed primus minus rectè illum Senatum octo Consiliariorum, quorum in allegato ab ipso *Rec. Coloniensi anni 1512.* fit mentio, cum hoc nostro Judicio Aulico conferre videtur. Illi enim ut consilio solum Imperio prodessent, non etiam Jurisdictionis exercitio lecti erant, solumque in eo occupati, ut impedirent, ne Statuum aliqui ab Imperio avellerentur, aut descíscerent, ut solveretur Collecta Imperii, dicta der gemein-Pfenning/ ut amicâ transactione nascentes controversiæ inter Status componerentur, &c. ultraque illos fines progredi, ipsis juramento vetitum nefas erat. cit. *R. I. Col.* §. nemblich/ 2c. 6. Imprimis §. ich N. schwere/ 2c. 14. Dn. *Bœclero* vero equidem concedimus Ferdinandum I. Augustissimum hoc Judicium nova Ordinatione instruxisse, inque faciem hodierno ejus statui affinem redegisse, at suum diem natalem ab eo habere, omninò negamus, idque propter textum expressum in ipsa *Ordin.*

Jud. Aul. Ferdinandi III. in præfat. ibi: Wie wir befunden/ daß Unsere Löbl. Vorfahren am Reich sich guter Ordnung von Uhralters her beflissen/ und hierzu/ damit solchem ihrem obliegen/ allenthalben desto stattlicher vorgesehen werde/ ihren Reichs-Hoffrath/ so Selbige zu Beförderung und Vollziehung der wehrten Gerechtigkeit/ und Regiments im Röm. Reich/ von unfürdencklichen Jahren erhalten/ auch folgende dero Käyserl Cammer- und andere Gerichts-Mittel auffgerichtet haben. & *paulo post.* Insonderheit aber unser geehrter und lieber Uhr-Anherr Käyser Ferdinand der Erste/ Christseeligster Gedächtnuß/ aus ebenmässigen Gedancken/ Seine Majestät und Liebde obgemeldten Käyserl. Reichs-Hoff-Rath/ auch ins künfftig mit einer vermehrten Instruction versehen. Quinimò ad Maxim. I. tempora usque, nondum nato Camerali Judicio, ita hoc nostrum Judicium in usu fuit, ut ad hoc solùm ferè causæ Imperii devolverentur. Hinc Fridericus II. Imp. anno 1236. constituit, daß der Hoffrichter (Judex Aulicus, hodiè Præses Judicii Aulici) alle Tag soll zu Gericht sitzen/ apud *Goldast. tom. 1. p. 84.* add. *R. I. Colon. de anno 1512.* zum dritten. ibi: nach dem täglich der Partheyen Händel und Sachen auß dem Reich an unserm Käyserlichen Hoff wachsen.

3. Supremum Judicii hujus Caput & Judex est

est ipse Imperator. R. H. O. *tit. 1. pr.* ibi: Unser Kays. Reichs-Hoffrath / dessen Obristes Haupt und Richter allein Wir / und ein jeder Röm. Käyser ist ꝛc. Præses est è Principum, Comitum aut Baronum Imperii Ordine aliquis *d. l.* Ejusque muneris est, rogare Assessorum de propositis rebus sententias, formare decreta ex illorum votis, dirigere negotia Senatus, cavere, ne quid decedat authoritati & Juribus Judicii Aulici ac Assessorum *d. t. 1.* ac recipere memorialia & supplicationes pro decernendis processibus R. H. O. *tit. 3. pr.* Assessorum sive Consiliariorum alii sunt ex *Ordine* Principum Comitum ac Baronum, alii ex *literato orbe* sunt selecti; Illi ad latus dextrum, auff der Graffen und Herren Banck / hi ad sinistrum, auff der Ritter- und so genanten Gelehrten-Banck / consident. R. H. O. *tit. 1.* §. die Session der Reichs-Hoffräth ꝛc. Priores omnes sunt vel Principes vel Comites, vel Barones, R. H. O. *tit. 1. pr.* ibi: Mit gnugsamer Anzahl Reichs-Hoffräthen / gleichfalls von Fürsten / Graffen oder Herrn / Rittermässigen ꝛc. Posteriores Doctores & alii summæ eruditionis Viri *d. l.* graduirten ꝛc. In votorum collectione hic servandus ordo, ut in causis status & similibus, in Staat-Lands- und dergleichen Sachen Ordinis Equestris, in causis ad justitiam spectantibus autem Literatorum primæ sint partes juxta R. H. O. *tit. 5.* §. demnach

nach den ꝛc. sed non servatur, teste *Dn. Franc. Frider. ab Andler. Jurispr. lib. 2. tit. 1. p. 1. n. 29.* Uffenbach *cap. 6. subsect. 11. p. m. 29.* Constituuntur, quotquot eorum sunt, ab uno solo Cæsare, cui proinde etiam soli jurant, uti ex formula juramenti & §. und weilen dann allein Uns ꝛc. *t. 1.* R. H. O. apparet, testaturque modò laudatus *Dn. ab Andler. Sacr. Cæsar. Maj. Consil. Imperial. Aulicus cit. loc. num. 8.* quo simul refellitur manifestus *Wehneri in Obs. voc.* Hoff. *Thomæ Michael de Jurisdict. concl. 28. Burgold. p. 2. D. 20. num. 18. & aliorum*, Assessores Electori Moguntino, tanquam Archi-Cancellario Imperii, Juramento obstrictos esse, existimantium error; nam ad Cancellariam incluti hujus Judicii pertinentes personas, ut Secretarios, Protonotarium &c. & ipsum Vice-Cancellarium Moguntinus equidem constituit, sibique juramento devincit. vid. *Cap. Leop. art. 40. Josephi art. 39.* ibi: Wollen auch in Bestell. und Ansetzung unserer Reichs-Hoff-Cantzley ꝛc. Sed cum personis ad Senatum pertinentibus, Præside, Assessoribus, nihil ipsi est negotii. Cæterùm quos Sacratiss. Imperator in numerum Assessorum vult adoptare, Germanos, *Capit. Leop. art. 41. Josephi art. 40.* in Germania educatos, linguarum, quarum populi sortiuntur in Aula Cæsarea forum, peritos R. H. O. *tit. 1. pr.* bonæ famæ, & existimationis, ac bona dignitati adæquata

in Im-

in Imperio possidentes *d. t. 1. pr.* R. H. O. & *Capit. Leop. art. 41. Josephi art. 40.* ea denique rerum Germanicarum & Juris peritiâ instructos esse oportet, ut exactis referre sint idonei. Licet enim Ordinatio Matthiæ Imperatoris *c. 3.* §. Und soll die Außtheilung 2c. Equestris Ordinis Consiliarios ad Relationes æqualiter cum reliquis non adstringat, hodie tamen nulla inter eos est distinctio. *Ord. Ferdin. III. tit. 1.* §. alle diese 2c. verb. darinnen ohne Unterscheid deß Stands gebürlich referiren.

4. In Ordinatione Ferdin. I. quam exhibet *Lehman in Actis publ. de Pac. relig. l. 1. c. 37. p. 146. seqq.* & Matthiæ Impp. nullus adhuc certus Assessorum numerus exprimitur, credibile autem est, illum insigniter interdum auctum, quod ea de re anno 1637. graviter conquesti sint Electores. Quæ causa fuit, ut tùm quidem Imperator promiserit quatuordecim Consiliariis præter Præsidem & Vice-Præsidem constare illum deinceps debere: vid. *Declarat. Imper. apud Limn. tom. 4. in addit. ad lib. 9. cap. 4. in pr.* Cæterum Ordinatione Ferdin. III. anni 1654. ne numerus 18. personas, computato Præside, non item Vice-Cancellario excedat, cantum. tit. 1. §. Und dieweil wir Uns gnädigst resolvirt / daß hinführo jetzt ermeldtes unser Reichs-Hoffraths Mittel über 18. Personen / mit eingeschlossen deß Reichs-Hoffraths Präsidenten / sich nicht erstrecken soll.

Anno tamen 1663. d. 4. Maji, quamvis jam octodecim essent Consiliarii Aulici, tres adhuc Equestris ordinis, ac JCtus unus illustri hóc munere decorati & solenniter in Consilium à Supremo Aulæ Magistro sunt introducti. *Gerhard. Disc. de Suprem. in Imper. Jud. D. 4. c. 3. n. 7.* add. *Uffenbach. c. 5.*

5. Fuere temporibus Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiæ Impp. inter Incluti hujus Judicii Assessores nonnulli Augustanæ Confessioni addicti, quia vero post illorum obitum sub Ferdinando II. & III. nullus religioni Evangelicæ addictus adscitus fuit, Status Aug. Confessionis de eo conquesti, & imprimis Elector Sax. in tractatibus Pacis Pragensis id ursit. Tandem *Instrum. Pac. Cæs. Suecico A. 1648.* constitutum *art. 5. §. 20. vers. Sed in judicio Aulico* &c. aliquot Augustan. Confessionis doctos & rerum Imperii peritos Viros rursus adsciscendos, eo quidem numero, ut, si lis inter *Imperii Status* diversæ religionis, aut si Catholicis cum Catholicis, tertio interveniente existente August. Confessionis, controversia, aut vice versa, intercedat, (Status autem tantùm, non etiam Nobiles immediatos inter se causas habentes, multo minus mediatos hoc fictæ paritatis beneficio frui tradit *Lyncker. de gravam. extrajud. c. 6. §. 29. num. 9.* sed vid. R. H. O. *p. 1. tit. 1. §.* wir wollen auch ꝛc. & *tit. 5. §.* Da über den Verstand ꝛc. *22.*) paritas judicantium ex utraque religione Adsessorum observari possit.

ſit. Atque ut his pactis ſtaret Imperator, in *Ord. Jud. Aul. de anno 1654. t. 1. §.* Wir wollen. promiſit ſex Aſſeſſores A. C. ſe reliquis diverſæ religionis adjuncturum, ut caſu illo eveniente ſelecti æquali numero utriusque religionis Conſiliarii cognoſcant atque judicent. In cæteris verò Imperii negotiis, ſi Evangelici omnes in unum conveniant, diverſæ religionis Aſſeſſores oppoſitum tueantur, etſi Catholicorum plures, pauciores Evangelicorum ſint, fictione tamen quadam pares habeantur, controverſiâ ad Imperatorem delatâ, ulteriori deinceps deciſioni ſubjiciatur; quod ſi Catholicorum aliquis Evangelicis, aut horum nonnemo illis accedat, ejus partis majora habeantur, cujus vota acceſſione illâ augentur. Utinam autem hæc modo ita hodie ſervarentur. vid. *Fritſch. in add. ad Limn. l. 9. c. 4. n. 5. p. 397. ſeqq.*

6. Conveniri poſſunt in incluto hoc Judicio omnes mediatè ac immediatè Imperio ſubjecti, ſi non in primâ ſtatim, attamen in ſecunda inſtantia, niſi qui ſingulari jure, vel præſcriptione legitimâ contra ejusdem Jurisdict. ſint muniti, non enim minus in hoc Aulico, quam Cameræ Imperialis Judicio, Privilegia primæ inſtantiæ, Auſtregarum jura & Privilegia de non appellando Statibus Imperii nonnullis indulta, ipſis illibata ſervari debent. *Inſtr. Pac. art. 5. §. 20. verſ. Cætera in Aulico &c. R. I. de anno 1654. §.* Was dann Churfürſten und Stände. *168.* R. H. O. *tit. 2. §.* Wir befehlen auch hiermit

mit unserm Reichs-Hoff-Raths Præsidenten und Räthen ernstlich/ daß sie in Erkennung der Citationen/ Rescripten/ Mandaten/ und andern Processen/ nicht blos allein unser Kayserl. Hoheit/ sondern auch unser und deß H. Reichs Chur-Fürsten/ Fürsten/ Graffen/ Herrn/ Ständen/ gefreyter Reichs-Ritterschafft/ Reichsstädten und andern mittel- und unmittelbaren Unterthanen/ Privilegia de non appellando, und die Suña/ unter welcher man nicht appelliren/ und die Sach an höhere Gericht bringen kan/ aller Gebühr nach sorgsamlich in acht nehmen/ und den Reichs-Ständen unberührt verbleiben lassen/ dawieder auch durch Mandata, Commissiones, Avocationes, oder auff einige andere Weise/ niemand beunruhigen oder beschweren/ sondern in Erkantnüs der Proceß/ auch Annehmung der appellation, sich den gemeinen Rechten/ Reichs-Abschieden/ und wolverordneten Satzungen/ ohne Verletzung der Ständen Privilegien/ gemäs verhalten. *Capit. Leop. artic. 18.* ubi Rescripta, Inhibitiones, Mandata, quæ his promissis adversa sunt, nulla pronunciantur. Confer *Instr. Pac. art. 10.* & quæ *præced. cap. n. 3.* dicta sunt de Privil. Regis Sueciæ & Ducum Brunsvicensium ac Luneburgensium.

7. Ratione Causarum Aulicum hoc Imperatoris Judicium concurrentem cum Camera Imperii Spirensi habet Jurisdictionem, ita ut de omnibus causarum generibus, in quibus Cameræ Im-

ræ Imperialis Jurisdictio fundata est, & ipsum Judicium Aulicum cognoscere possit. R. H. O. *tit. 2. §.* So wollen Wir auch/daß unser Reichs-Hoff-Rath sonsten/und in denen Fällen/darinnen Wir/und unsere Vorfahren am Reich/unserm Cammer-Gericht concurrentem Jurisdictionem, zu mehrerer Beförderung der Partheyen/ und unserer Ubertragung/ mitgetheilet haben/demselben seinen starcken Lauff lassen/ und per avocationem causarum nicht verhindern/ wann nemlich solche Sachen allbereit daselbst/ durch außgewirckte und insinuirte citation, anhängig gemacht worden. add. *Instr. Pac. art. 10. vers. Econtra.* Quod & ipsi Camerales, in causa Waldeck contra Paderborn & Consortes, die Graffschafft Piermont betreffend/ *anno 1650.* agnoverunt. Excipienda tamen esse videntur negotia Personas Camerales concernentia, ea enim immediatè sub Camerali Jurisdictione ita esse videntur, ut concurrentiæ locus non sit, *Ord. Cam. p. 1. tit. 50. pr. R. I. de anno 1654. §.* Hingegen *141. verb.* auch anderer Gerichts-Zwang frey seyn ꝛc. Dein præter eas causas, in quibus tàm Cameræ, quàm Consilii Aulici Jurisdictio fundata est, ad Judicium Aulicum etiam aliæ quædam adhuc pertinent, in quibus nulla est Cameræ Jurisdictio, scil. causæ feudales Regalia feuda concernentes, causæ Italicæ, confirmationes privilegiorum, veniæ ætatis concessio, restitutio famæ, causæ teloniorum,

tum

tum quoque causæ criminales Statuum Imperii, de quibus ita in R. H. O. *tit. 2. pr.* In unserm Reichs-Hoff-Rath sollen alle und jede Sachen/ das H. R. Reich/ desselben Hoheit und Recht/ Herrligkeit/ Gerechtigkeit/ Pfandschafft/ Lösung/ Regalien/ Hohe und Nidere Lehen/ Privilegien/ Indult, Confirmation und anders/ wie es Nahmen haben mag/ und in Summa/ was nach der unfehlbaren Justitien dirigirt und decidirt werden soll/ insonderheit alle und jede Parthey-Sachen/ die Rechts-Gewohnheit/ connexität und consequenz halber/ für unser Kays. Gericht gehören/ oder von den ersten instantien durch Mittel der Appellationen/ Supplicationen/ Dictionis nullitatis, implorationis officii, oder in andere Weg sich dahin wenden/ fundirt und gehörig seyn/ die sollen allda angenommen/ gerechtfertiget/ darüber erkennet/ und die Nothdurfft außgefertiget werden. add. *O. Cam. p. 2. t. 7. Tabor. in Dissert. de execut. rei judicat. th. 48.* & *Dn. ab Andler. in Jurispr. Publ. & Priv. l. 2. t. 1. p. 1. n. 10. & 36. ubi* recenset causas, in quibus concurrentia Jurisdictionis obtineat, vel non obtineat. In illis autem causis in quibus concurrunt invicem Suprema hæc Judicia, præventioni locus datur, ita, ut coram eo causa disceptanda sit, coram quo primùm per citationem legitimè insinuatam, rei, aut decretam saltem, actoris respectu, lis cœpta. R. H. O. *tit. 2. §.* So wollen Wir auch/ verb.

wann

wann nemlich solche Sachen allbereit daselbst/ durch außgewürckte und insinuirte citation/anhängig gemacht worden. *Joh. Andr. Gerhard. Disc. de Suprem. Imp. Rom. Germ. jud. D. 1. c. 3.* Quod si lis in Camera cœpta in causis eo pertinentibus, eas avocare vel inhibitiones decernere, aliâq; viâ cursum justitiæ impedire non potest Senatus Imperatoris Aulicus. R. H. O. *d. tit. 2.* §. So wollen wir auch ꝛc. *R. I. de anno 1654.* §. Ebenmäßig sollen ꝛc. *166. Capitul. Leopold. art. 42. Josephi art. 41.* Sed bene cum per literas Promotoriales accelerare valet, vid. *Gerh. d. l.* ac *Cæsar & Status simul* causam etiam omninò avocare possunt. *Blum. tit. 25. §. 23.*

8. Non exercet Imp. Jurisdictionem suam per Judicium hoc Aulicum in causis Spiritualibus & Ecclesiasticis, si nempe de religione & doctrina fidei, de decimis, de jure patronatus, de jure Advocatiæ agatur. *Knipschild de Civit. Imper. l. 2. c. 33. num. 24.* nisi de possessione aut quasi earum rerum saltim controvertatur, aut de facto tantum quæratur; cum enim judicium possessorium neque quantitatem neque qualitatem rei Spiritualis concernat, & quæstio facti sit merè profana, in hisce casibus tam in primâ, quam secundâ instantiâ cognoscit ac judicat Inclutum hoc Judicium.

9. Sequitur plerumque Aulicum hoc Consilium Aulam Imperatoris, & eodem regulariter habetur loco, ubi est illa. R. H. O. *tit. 1.* §.

Alle

Alle diese ꝛc. ibi: und unserm Kayserl. Hoffe / je und allezeit / welcher Orten derselbe gehalten wird / nachfolgen. Cum tamen an. 1645. Ferdinandus III. ex ſuperiore Auſtria in Bohemiam diſcederet, Aulamque ſuam Pragæ conſtitueret, Conſilium Imperiale Aulicum Lincii permanſit, ibique Proceſſus omnes expediti, ac Pragam Cæſari ad ſubſcribendum miſſi ſunt. Et cum idem laudatiſſimus Imperator cum filio ſuo Ferdinando IV. anno 1653. Ratisbona Auguſtam Vindelicorum ad actum Electionis Regis Roman. proficiſceretur, Senatus Aulicus Ratisbonæ ſubſiſtit, quod & antehac non raro factum obſervarunt alii, & modò nunc contigiſſe omnes ſcimus. In quocunque autem conſiſtat loco, citationes ſemper hac decernuntur formula: Selbst oder durch einen gnugsam gevollmächtigten Anwald / an unserm Käyserlichen Hoff / was Enden derselbe alsdann seyn wird / erscheinet / ꝛc.

10. Ordinationum, quas hactenus ſoli Imperatores huic Judicio præſcripſerunt, tres tantum nobis videre contigit. Scil. Ferdinandi I. promulgatam anno 1559. Matthiæ anno 1614. Statibus communicatam vid. *Declarat. Imperat. de Conſil. Aulic. anno 1637. 15. Apr. Electoribus exhibitam ap. Limn. tom. 4. in addit. ad lib. 9. c. 4. num. 1. verſ.* Schließlichen hat ein Hochlöbl. Chur-Fürstl. *Colleg.* (Illa, ut dictum, extat *apud Lehmann. in Act. publ. de Pace Relig.*

l. 1. c. 37. p. 146. seqq. Hæc, utut plura contineat quàm illa, eamque pluribus locis sequatur Ferdinand. III. usu tamen non recepta, legitur apud *Limn. l. 9. J. P. c. 4. num. 34.)* ac Ferdinandi III. de anno 1654. quæ extat ap. *Limn. Tom. 5. in addit. ad l. 9. c. 4.* & unà cum duabus prioribus exhibetur ab *Uffenbach in tr. de Judic. Aul.* mantissæ loco. Hanc ultimam autem Status omnes recipere recusarunt, weiln sie Ihnen nicht ordentlich communicirt/ noch Sie in Ihren monitis darüber vernommen worden/ desiderantes, daß solche ordentlich dictiret/und bey nechst bevorstehendem Reichstag davon weiter gehandelt werde. *Limn. d. l. in fin.* Quod ipsi in monitis communibus ad Capitulationem Electori Mogunt. 17. Apil. anno 1658. exhibitis urserunt, ad *art. 42. verb.* daß die Reichs-Hoffger. Ordnung auff gehaltenen Rath/ mit Chur-Fürsten/ Fürsten und Ständen und nach deroselben Gutbefindung und Einwilligung/ zuverfassen. Et quia Electores Leopoldum *in Capit. art. 41.* ad eam servandam adstrinxerunt, usque dum aliud constitutum, idem in monitis anno 1664. in Comitiis adhuc durantibus exhibitis, (quæ extant ap. *Fritsch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 4. n. 4. p. 380. seqq.)* repetierunt; forsan ergò aliquando quarta communi Procerum Imperii consilio conscripta lucem videbit.

11. De Processu in summo hoc Judicio servando.

vando, quæ novissimis Imperii Constitutionibus sint cauta, vid. *Instrum. Pac. art. 5. §. 20. vers. Quoad Processum R. I. de an. 1654. & tit. 2. §.* So wollen wir auch 2c. der R. H. O. *de anno 1654.* Cui ab Electoribus tacitè approbatæ, dum alia prodeat, omninò inhærendum, sicuti & Domini Consiliarii Cæsarei se eam strictè servare fatentur. Confer. *Gerhard. cit. Disc. 2. & 3.*

12. Consueverunt antehac causæ graviores, si politicæ considerationes concurrerent, postquam ad sententiam usque in Judicio Aulico agitatæ fuissent, cum voto, mit einem Guttachten/ referri ad Cæsarem: atque eo in casu Cæsar causam in Consilio Secretiori, im Geheimen Rath/ proponebat, in quo Sanctiori Consilio non tam Justitiæ & Juris, quam Status Ratio considerabatur, an nempe tali, vel alio rerum statu, commodum esset, ita pronunciare, an sine magno Imperii motu & scandalo sententia talis executioni mandari posset. Quod si ea difficilis videretur, vel incommoda alia metuerentur, pronunciatio sententiæ conceptæ aliquantisper differebatur, donec commodior exequendi occasio eveniret, cæteroquin, ejusmodi obstaculis non concurrentibus, non facilè à voto Senatus Aulici recedebatur. *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 4. in pr. & ad Cap. Matth. art. 40.* Sed Electores anno 1637. monuerunt, ne id in posterum amplius fieret,

fieret, quibus tum quidem respondit Imperator: Zum vierdten hat ein Hochlöbl. Chur-fürstlich Collegium gebetten/ daß was ein Reichs-Hoffrath cum debita causæ cognitione geschlossen/ im Geheimen Rath/ ohne vorgehende communication mit dem Reichs-Hofrath/ nicht solle geändert werden/ da ist Höchstgedachte Käyserl. Majestät. ohne daß deß Willens/ was in puncto Justitiæ cum causæ cognitione geschlossen ist worden/ nicht zu ändern/ was aber Ratio Status und andere Umstände mit sich bringen/ und erfordern/ darinn wollen ihre Käyserl. Majestät Jhro die freye Händ offen lassen. Post tamen primum in *Capitul. Ferdinandi III. art. 44.* dein clarius in *Leopold. art. 42.* cautum: Wir wollen nicht gestatten/ verhengen oder zugeben/ daß unsers Geheimen Raths Collegium, sampellich oder sonderlich/ dero Reichssachen/ welche vor den Reichs-Hoffrath gehören/ sich anmasse/ darinn sich einmische/ oder auff einigerley Weise dem Reichs-Hoff-Rath eingreiffe ꝛc. Surrogatum videtur in hujus locum *Instrumento Pacis* Consilium Principum. *art. 5. §. 20. vers. 5. quoad processum &c.* ibi: *in causis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri possunt &c.* Sententia Senatus Aulici si quis gravatum se existimet, loco Revisionis in Camera usitatæ remedium Supplicationis habet. R. H. O. *tit. 5. §.* dafern sich nun ꝛc. vid. *cap. praeced. n. 4.*

13. Si Imperator fatis concedat, ſtatim Acta omnia à Regiſtratore obſignantur & aſſervantur, atque ad noviter Electi imperium in ſuſpenſo manent. Intereà autem quilibet Vicarius in terris Imperii ſibi aſſignatis Judicium Vicariatus conſtituit, quorum Judiciorum acta, finito interregno, ad Electi Imperatoris aulam transmittuntur. Atque ex hoc ipſo quidem Jurisdictionem Conſilii hujus Aulici non ordinariam, ſed delegatam tantum eſſe, colligunt *Gerhard. Diſc. 1. c. 1. num. 4. Gaſtel. in Spec. Jur. univerſ. c. de Suprem. Jud. Aul. p. 127.* Sed vid. Dn. D. *Bardili Diſp. de Jud. Aul. c. 7.* §. *1.* & Uffenbach. *c. 10. ſect. 1. ſubſect. 3. in fin.* Novimus ætate noſtra etiam propter belli Turcici metum, diſcedentibus aliò Conſiliariis, illud per menſes aliquot ceſſaſſe, at eo evaneſcente, priſtinum recepiſſe vigorem. Hæc de Judicio Aulico dicta ſufficiant, nunc & de Camerali, ac deinde de his duobus ſubordinatis Imperii Judiciis nonnulla quoque ſubjiciemus.

CAPUT XIII.

De Iudicio Camerali.

CUm in Camera ſive conclavi Judicia inſtituta, (quædam enim ſub dio habita,) ab adjuncto loci Cameræ nomen iisdem inditum eſt; hincque procul dubio etiam factum, ut locus Judicii Imperialis dictus ſit *Camera Imperialis*, die Käyſerliche Cammer / quamvis pro-

propriè voce illa ipsum Summum Imperii nostri Judicium denotetur, quod inde quoque audit *Judicium Camerale*, das Cammer-Gericht/ it. *Camera Imperii*, Käyserl. Majestät und deß Heil. Reichs Cammer-Gericht. *R. I. de anno 1654.* §. in Fällen rc. *162.* quia sc. causæ Imperii civium ibi disceptantur. Est hoc *Judicium Camerale alterum Supremum in Imperio Tribunal*, *unanimi Imperatoris ac Statuum Imperii consensu institutum*, *ut inibi coram Judicibus Imperii*, *ejusdem civium ac subditorum causæ controversæ*, *juxta præscriptam ordinationem disceptentur*, *eorumque sententia definiantur*.

2. Originem non Friderico III. sed Maximiliano I. Imp. Gloriosissimo debet, hic enim illud communi Statuum consilio in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. formaliter instituit, ut esset universale Imperii Romano Germanici Judicium, commune civium perfugium, atque extremum juris Asylum. *R. I. de an. 1530.* §. Dieweil nun unser rc. *76. Strauch. diss. 13. th. 4.* Causa ejus instituendi non tantum fuit multitudo litium circa an. 1400. potissimum exorta, sed & querelæ Statuum de mobilitate Judicii Aulici, quod Cæsarem huc vel illuc migrantem sequi cogebatur, & plurimas litigantibus difficultates pariebat, anno 1467. & anno 1486. in Comitiis expositæ. *Otto de I, P. cap. 11. p. m. 344.*

3. Cum primum institueretur, locus ipsi

assignatus fuit Francofurtum ad Mœnum ubi d. anno 1495. d. 3. Novembr. prima Judicialis audientia celebrata, sive ut *Gailius* loquitur, primum Consistorium publicum habitum. *l. 2. de P. P. c. 1. num. 28.* add. *Blum. Proc. Camer. tit. 4. num. 3.* & anno 1496. d. 26. Februar. omnium prima sententia banni Imperialis pronunciata, referente *eodem ibid. num. 29.* Sed vix per annum & dimidium Francofurti constitit, cum Wormatiam vocatum; abinde Norimbergam migravit anno 1501. hinc Ratisbonam anno 1504. ac tandem anno 1547. Spiram, quæ in Comitiis Augustanis *anno 1530.* communi Cæsaris & Ordinum consilio Cameræ Imperialis sedes quasi propria constituta, ut abinde exceptis belli & pestis temporibus v. *O. C. p. 2. tit. 34. R. I. de anno 1570.* §. dieweil dann auch ꝛc. *103.* non nisi communi Imperii consensu aliò rursus transferri deberet. *R. I. de anno 1530.* §. Darzu meinen und wollen wir ꝛc. *83. Paurmeist. de Jurisdict. cap. 6. num. 22. seqq. Blum. d. tit. 4. num. 15. 16. 17.* Et actum quidem fuit in conventu Osnabrugo. Monasteriensi de eadem in alium universis Imperii Statibus commodiorem ac securiorem locum transferenda, nonnullis Erfordiam, (Senatus verò loci hujus id per memoriale deprecatus est,) aliis Magdeburgum, aliis alias Civitates nominantibus. Sed res ad proxima Comitia tum rejecta v. *Instr. Pac. art. 5. §. 20.* In proximis autem Comi-

Comitiis visum fuit, translationem ejus è re Imperii non esse, adeoque omittendam vid. *R.I. de an. 1654. §.* als auch ꝛc. 167. *Fritsch. Elect. Jur. Pub. part. 1. c. 9. n. 3.* Postquam verò cùm multis aliis nominibus, tùm præcipuè Supremo hoc Cæsaris Imperiiq; Tribunali Illustr. civitas Spirensis à Gallis contra toties non modo à Gallicanæ militiæ Præfectis Generalibus de Duras, de Monclar, de Bellecroix, d' Uxel, sed & ipso Delphino datam reiteratamque fidem de illibato pristinorum jurium, immunitatum & privilegiorum usu, de plena securitate ab omni direptione & incendio, mense Majo anno 1689. cum pluribus aliis Civitatibus, oppidis pagis, in cineres & favillas redacta soloque æquata est, necessitas coëgit Inclutum hoc Judicium transferre Wetzflariam, ubi prima Sessio d. $\frac{31.\text{ Jan.}}{9.\text{ Febr.}}$ 1690. habita.

4. Consilio Imperatoris Aulico ætate quidem cedit Judicium Camerale, dignitate tamen est æquale. *Mindan. in præfat. lib. 1. de Proceß.* quamvis certo respectu sibi invicem dubiam faciant palmam. Illud in causis reservatis, ob quas ipsi primas concedit *Tabor. in dissert. de execut. rei jud. th. 48.* Hoc in fundatoribus suis, qui non solus Imperator, sed totum Imperium, seu Imperator & Status Imperii; Unde Aulicum Imperatorem, Camerale totum Imperium præsentare dicitur, *R.I. de anno 1654. §.* Damit aber auch ꝛc. 165. quointuitu

Meichsnerus l. 4. dec. 4. num. 15. Camerale non paulò augustius Aulico esse perhibet. *Conf. O.C. p. 1. tit. 3. R. J. de anno 1531.* §. Ferner. 16. ubi Camera das Oberste und letzte Gericht im Reich vocatur. & *R. I. de anno 1654. d.* §. Damit aber auch ꝛc. 165. & §. als auch bey den allgemeinen Friedens-Tractaten ꝛc. 167. ubi eadem unsers Käyserl. und deß Reichs Höchsten Gerichts nomine venit.

5. Summi Justitiæ Sacerdotes, qui in excelso hoc Judicio Divæ huic quotidiè Sacra faciunt, sunt Judex, qui totius Judicii Caput, Ordinationis custos atque vindex existit, Præsides, qui Judicis absentis (si nim. vel morbo, vel negotiis in Provinciis suis detineatur) vices gerunt, & Assessores, qui hic non consilii saltem suggerendi gratia Judici adsident, quæ Assessorum Jure Civili conditio erat, sed judicandi quoque ac decidendi munere funguntur, hincque passim Judices & ipsi appellantur. *O. C. p. 3. tit. 53.* §. ob sich aber ꝛc. *add. p. 1. tit. 13. 14.* Judex semper unus fuit, Præsidum autem & Assessorum numerus non semper idem. Illorum quondam fuere duo, sed per *R. I. de anno 1570.* tertius, & *Instr. Pac.* quartus additus, ita ut ex utraque religione, Augustanâ & Catholicâ, seligi debeant duo; Horum olim 24. v. *R. I. de anno 1530.* §. 76. post in 41. *Rec. Imp. de Anno 1570.* §. Und dieweil nicht nöthig/ ꝛc. 59. denique *Instr. Pac. art. 5.* §. 20. *vers. Præterea cum ob enatas.* & *R. I. de anno 1654.* §.

dem.

demnach auch im Friedenschluß. 169. ad 50. auctus, & ad paritatem numeri utriusque religionis, tollendæ suspicionis ergò simul redactus est; sed substitit res in nudi placiti finibus, nunquam enim hactenus numerus ille definitus reverà completus fuit, imò hodiernus Dnn. Assessorum numerus ne dimidiam, quin ne tertiam quidem ejus partem æquat, causam ex Dnn. Cameralium, ipsorum Salaria concernentibus, memorialibus A. 1666. & 1673. in Conventu Ratisbonensi oblatis, (quæ exhibet *Fritsch. Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 9.* & in *addit. ad Limn. l. 9. c. 2. num. 34. pag. 354. seqq.* ubi subjicit quoque daß Project der erhöheten Cammer-Matricul;) facilè suspicari licet.

6. Judex constituitur à S. Cæs. Majestate, ex Principum Germanorum, Ecclesiasticorum aut Secularium, vel saltim Comitum, aut Baronum ordine delectus *Blum. Process. Cam. tit. 5. ubi late officium ejus describit* Præsides quorum duo sint August. Confession. similiter ex Comitum, vel Baronum serie, ab Imperatore vel Rege Rom. denominantur ac ordinantur. *Blum. in Proc. Cam. tit. 6.* vid. *Comitum Suevic. literas ad Cæsar. Majest. de d. 13. Jun. Ann. 1665. exhibitas à Fritsch. p. 1. Elect. Jur. Publ. c. 3.* Idem & duos Assessores Cath. relig. præsentat; Reliqui Cathol. Assessores præsentantur.

Ab Electoribus { Moguntino. 2. Trevirensi. 2. Coloniensi. 2. Bavaro. 2.

A Circulo { Austriaco. 2. Burgundico. 2. Bavarico. 4.

A Circulis permixtis utriusque Religionis, à parte Catholicorum { Franconico. 2. Suevico. 2. Superiori Rhenano. 2. Westphalico. 2.

Assessores Aug. vel Ref. Relig. præsentantur

ab Electoribus { Saxoniæ. 2. Brandenburg. 2. Palatino. 2.

Circulo { Saxonico superiori. 4. Saxonico inf. 4. } { Alternatim adhuc unum Aug. adjiciendo.

Circulo { Franconico. 2. Suevico. 2. Superiori Rhenano. 2. Westphalico. 2. } { Et hi similiter alternando adhuc unum adjiciunt, sicque numerus Assess. quinquagenarius conficitur.

Circulus Rhenanus Electorum præsentandi jus non habet, licet ad sustentationem Cameræ etiam solvere teneatur, quia constat tantùm ex IV.

IV. Electoribus ad Rhenum habitantibus, qui alias eo jure utuntur. *Blum. de Proc. Cam. tit. 7. num. 9. 11.*

7. Assessores præsentandi debent esse 1. ex legitimo thoro nati. *O. C. p. 1. t. 3. §. 1.* 2. Germanici. *d. text.* quia hi suæ nationis consuetudines melius quam exteri nosse intelliguntur, & non nisi Germanicâ linguâ in hoc judicio proceditur, adeò ut si litigantes hanc ignorent, per interpretem agere debeant; sicut anno 1558. contra Episcop. Verdunensem Processus Latini denegati, & in Germanica lingua decreti; cumque Sabaudiæ Dux, lite ipsi à Joh. im Thurn motâ Processus in Germanicâ linguâ cassari, vel latinè verti petiisset, Camera restitit, subjecta clausula: Und sollen hinführo beede Partheyen in Teutscher Sprach verfahren. *Bruning. de var. univers. specieb. th. 7.* add. *Speidel. voc.* Sprach. *vid. tamen O. C. p. 2. t. 31. §. 7. Blum. in Proc. tit. 51. num. 21. 22. 23.* Quod secus est in Judicio Aulico, ubi promiscuus linguæ Latinæ & Germanicæ usus. R. H. O. *tit. 3. §.* Ferner soll ꝛc. 3. Pontificiæ vel Augustanæ Confessionis, aut Reformatæ religionis. *arg. art. 7. Instrum. Pac. vid. Fr. Iren. ad Burgold. p. 2. pag. m. 44.* 4. Morum gravitate, & honestate vitæ conspicui. *O. C. p. 1. t. 3. §. 1.* mores enim & honesta vita præferuntur scientiæ. arg. *c. sedulo. dist. 38.* 5. ad gerendum Assessoris munus idonei, idonei autem tum erunt, si morum &

consuetudinum Germaniæ periti, jurium gnari & in praxi versati sint, ac causas in judicio propositas dextrè referre possint. *d. t. 3. §. 1.* vid. omninò *Blum. tit. 7.*

8. Cum ergò communi Statuum Imperii consensu Summum hoc Imperii Tribunal institutum fuerit, nec quicquam invitis, aut in consultationem non adhibitis Statibus, circa id mutare ac reformare, multò minus ipsum planè abrogare, novoque instituto abolere, vel pro lubitu saltim Judices constituere Imperator possit; Sed imò plurimam Judicum partem constituendi, ac judicandi facultate instruendi potestas sit Statuum Imperii, ut vidimus, non potest non Jdictionem suam (quam habet propriam, publica Imperii lege Ordinatione Camerali scilic. quæ vim legis obtinet, *Gail. 1. O. 41. num. 5.* delatam (Jdictio enim quam lex defert, ordinaria est. *l. 6. ibique Gloß. de Jdict.* dein si Jdictio Cameræ esset delegata, ad delegantes, videl. Imperatorem & Status Imperii, appellari posset, juxta doctrinam *Gailii 1. O. 121. n. 2.* quod tamen fieri non posse, indubium est vid. *Blum. Proc. Cam. tit. 25. num. 7. seqq.*) ac Imperatoris morte minimè concidentem vid. *Gerhard. Disc. 1. c. 1. num. 23. Burgold. ad Instr. Pac. p. 2. D. 20. n. 10.* (Sed quia decreti Processus Imperatoris nomine, titulo atque sigillo, in ejus præeminentiæ signum, emitti consueverunt, hoc autem non nisi absurdè

ſurdè in Interregno fieret, illi, quàm diu Imperium per Imperatoris mortem vacat, ſub Sereniß. Dnn. Vicariorum Imp. nomine, ac communi utriusque inſignia referente ſigillo hodiè emittuntur. vid. *Limn. ad A.B. tit. 5. §. 1. Obſ. 9.)* Imperatori ac Statibus Imperii (ut univerſis tamen) ſimul acceptam ferre v. *Limn. lib. 9. c. 2. Blum. Proc. Cam. tit. 25. num. 6. in fin.* fruſtra renitentibus *Lampad. p. 3. c. 16. num. 8. & 11. Stamler. de Reſervat. §. 34.* qui Jdictionem Cameræ unicè ab Imperatore dependere operosè probare conantur, quibus acceſſit quoque *Fritſch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 2. num. 52. Dn. Kulpiſius in Comm. ad Monzambano p. 2. c. 5. §. 16. Dn. Lyncker. in analect. hic.* Nihil namque hactenus vidimus ab iis productum, quo perſuaderi potuimus, ut recederemus à ſententia noſtra; ſatis, ut putamus, probata, 1. per *Ord. Cam. p. 1. t. 8.* ibi: Daß Sie (Beysitzer) von der Röm. Kayserl. Maj. auch Churfürsten und Ständen deß H. Reichs an solche hohe Justitien geordnet/und an ihrer Statt sitzen. 2. *Inſtrum. Pac. art. V. §. 20.* ubi non Imperatoris, ſed Imperialis Camera dicitur. 3. *R. I. de anno 1654. §. 116.* ubi expreßè dicitur deß Heil. Reichs Jdiction. 4. per Memoriale der Röm. Käys. Maj. an. 1653. exhibirt von der Käys. und deß H. R. Camer-Gerichts abgeordnetẽ wegen desselben Angelegenheiten ꝛc. ap. Londorp. *Tom. VI. lib. 5. c. 17.* ubi in pr. habetur daß von Jhro Käy-

Käyserl. Majestät / allen Churfürsten / und Ständen deß Reichs das Cammer-Gericht lediglich dependire ꝛc. 5. Per Replicam trium secularium Elect. ap. Londorp. *tom. 1. lib. 1. c. 7. Num. 3.* §. aus welcher ꝛc. verbis: daß Cammer-Richter und Beysitzer ihre Jdiction von Kayserl. Majestat/ auch Churfürsten/Fürsten/ und allgemeinen Ständen deß Reichs samentlich haben / inmassen dieselbe von Kays. Maj. und Ständen præsentirt/ unterhalten/uñ ihrer Ordnung nach visitirt werden / auch ermeldter Cammer-Richter und Beysitzer jederzeit ihre gehabte dubia an Kayserl. Maj. und gesambte Stände als statuentes gelangen lassen / und Außschlags begehrt. Dicimus porrò Jdictionem Cameræ Imperiali concessam ita ei tributam, ut eam tamen Cæsar non prorsus ac omninò à se abdicarit, sed per modum conjunctionis de eodem negotio uterque, tam Cæsar quam Camera, salvo præventionis Jure, judicare queat, quod alii sic vulgò efferre solent, Jdictionem Cam. Imperiali non privativè, sed cumulativè, ita, ut & cum eâ Imperator sive Judicium ejus Aulicum, salva tamen præventione, concurrere possit, concessam intelligi. *Casp. Liepold. de concurrent. Jdict. qu. 4. Mynf. dec. 3. Cons. 24. Paurmeist. cap. 6. num. 57. & plur. seqq. Blum. d. tit. 25. num. 41. seqq.* Conf. *cap. præced.* ex quo hanc nostram assertionem ita limitamus, ut eam tamen concurrentiam non in omni-

omnibus causis universaliter obtinere velimus.

9. Præter Judicem Cameralem, Præsides & Assessores, de quibus hactenus, sunt & alii Ordinarii Judices quoad Cameram, licet in Camera non degant, Visitatores scil. & Revisores Cameræ, qui si judicandi, visitandique facultas spectetur, nec non personæ, quibus utraque Jdictio competat, considerentur, inter se non differunt, licet quædam similitudo inter eos sit in eo, quod Revisio duntaxat reformationem sententiarum, quæ in Camera perperam latæ prætenduntur, concernat; Visitatio verò omnis generis defectus ac vitia, si quæ in Cameram irrepsisse videantur, corrigat, vel desuper ad Cæsarem referat, ut ipse cum Statibus rei medeatur. *v. R. I. Spir. de anno 1557. pr. & §. 1. seqq. j. Deputations*-Abschied zu Speyer *de an. 1600. Stephan. de Jdict. lib. 7. p. 1. c. 1. membr. 1. n. 7. 8. & 50.* Judices Cameræ delegati sunt Commissarii Cameræ, quos & absque literis mutui compassus mediatè Imperio subjectos citare posse notat *Stephan. d. l. & p. 1. cap. 3. memb. 2. num. 14.* Sed vid. *Blum. tit. 73. num. 20.*

10. Jurisdictioni Incluti hujus Judicii omnes personæ & causæ civium ac subditorum Imperii, vel in primâ, vel in secundâ instantia subjiciuntur. *O. C. p. 2. tit. 27. n. 5.* nisi quæ personæ ab ea sint exemptæ, & causæ quædam

pecu-

peculiariter exceptæ *d. text.* Inter Perſonas exemptas ſunt: Duces Burgundiæ ſuo modo, vigore *Transactionis an. 1548. d. 26. Maji Augusta cum Carolo V. inita;* Lotharingiæ ſuo modo, vigore *Transactionis anno 1542. Noriberga contracta Webner. voc.* Stand deß Reichs. Helvetiorum Cantones, qui plenam exemptionem ac libertatem obtinuere *Instr. Pac. artic. 6.* Refert huc *Dn. Strauch. Diss. 13. th. 6* & Archi-Duces Auſtriæ, quos & *Crispinus in Austria.* à Jurisdictione Camerali immunes eſſe, & incidente aliquâ controverſia unum ex Vaſallis ſuis judicem conſtituere notat. add. noviſſimè Uffenbach. *de Jud. Aul. c. 12. sect. 1. subsect. 6.* ſed vid. Limn. *l. 9. c. 2. n. 124.* Klock. *de contribut. c. 4. n. 218. seqq.* add. *Capit. Leop. art. 32. Josephi art. 31.*

11. Cauſæ exceptæ ſunt I. Reſervata Imper. *O. C. p. 2. t. 7. Myler. de Stat. Imp. l. 1. c. 20. n. 10.* II. Cauſæ ſpirituales, ut, ſi agatur de religione & doctrina fidei, de jure Advocatiæ, de jure Patronatus, de decimis, de matrimonio. vid. *Strauch. d. diss. th. 6. & seqq. Everhard. Fabric. in Gail. Enucleat. l. 1. Obs. 112.* ubi quoad cauſas matrimoniales plures tradit limitationes. III. Cauſæ Criminales, quibus agitur ad pœnam corporis afflictivam, hæ enim hodiè tales propriè dicuntur, & neque per viam ſimplicis querelæ, neque per appellationem, extra caſum principaliter intentatæ nullitatis, in Camera recipiun-

cipiuntur. *O.C.p.2.tit.28.* §. nach dem auch ꝛc. *R.I. d. anno 1530.* §. item als jetzt etliche Zeit ꝛc. *Gail. 1.O.1. num. 27.* adeoque in his penè summa Ordinum potestas videtur, quod forsan miraberis. Longè graviores namque sunt causæ criminales quam civiles, ergò exactiùs etiam judicium requirere videntur. Nunc autem quibus summum de bonis fortunæ judicium committi non satis tutum creditum, iis tamen in caput & tergum animadvertendi potestas relinquitur, adempto reis appellationis auxilio. Sed enim interest Reip. delicta statim puniri, & plures appellationum instantiæ litium sunt alumnæ. *Joh. Ferrar. Montan. de appellat. l. 1. c. 15. num. 37.* In alias hujus rei rationes inquirit *Ludolph. Hugo de Stat. region. German. c. 3. n. 42. 43.* Excipiuntur tamen 1. Causæ fractæ pacis publ. tàm religiosæ, quàm profanæ, Klagen auff den Land- und Religions-Frieden. *O.C.p.2.t.9.* in quibus & in primâ instantiâ Cameræ Jurisdictio fundata, cessante Austregarum Privilegio. *O.C. d.p.2.t.9.§.2. ibi.* So jemands hohen ꝛc. *Gail. 1.O.3. & l.1. de P.P.c.11. num.1.2.3. Blum. Proc. Cam. tit. 28. & 29.* 2. Delicta sive crimina à personis Cameralibus commissa, per text. *O. C.p.1.t.50.§. ult. Dan. Otto de J.P.c.11. pag. m. 350. Blum. tit. 24. num. 41.* 3. Delicta fiscalia. *Gerhard. D. 1. c. 1. num. 2.* IV. Decreta alimentorum, causæ studiorum, causa momentaneæ possessionis, &c. de quibus *Sprenger. in Inst-*

stit.

ſtit. Jur. Publ. lib. 1. c. 13. Blum. Proc. Cam. tit. 46. num. 55. ſeqq.

12. In cauſis ergo ad Cameram ſpectantibus, ejusdem Jurisdictio vel in primâ vel in ſecundâ inſtantiâ fundatur. Prius contingit rurſus vel ratione perſonarum, ſi ſcil. rei, quorum forum actor regulariter ſequitur, à Cameræ Jdictione ſpecialiter non excepti, Imperio immediatè ſint ſubjecti, neque publica aut privata conventione conſtitutos habeant judices; vel ratione cauſarum, ſi ipſum factum ita ſit qualificatum, ut ex ſua natura ejus cognitio & deciſio ad Cameram pertineat, ceſſantibus omnibus primæ inſtantiæ privilegiis. vid. *Gerhard. D. 1. 4. num. 2. Roding. l. 1. Pandect. Cam. c. 6. & ſeqq. Gail. l. 1. O. 1. & ſeq. Schvvanman. Obſ. Cam. 25.* ubi cauſas haſce longâ ſerie enumerant; vel denique ex cauſa denegatæ Juſtitiæ, ac judicis ſuſpecti. *Ludolph. Hugo. Cap. 3. num. 38.* Poſterius accidit, cum cauſæ in inferioribus Ordinum Judiciis deciſæ, & vel per querelam nullitatis, vel per appellationem, aut viam provocationis, ob prætenſam nullitatem aut iniquitatem, latæ ibi ſententiæ ad ſummum hoc Imperii Tribunal trahuntur, ac Judicum in eo cenſuræ ſubjiciuntur. Cæterum ut eò facta valeat appellatio, inter alia requiritur. 1. ut facta ſit gradatim, non per ſaltum, judice ſcilic. intermedio, ſi quis ſit, prætcrito *Blum. t. 48. num. 1. & ſeqq.* 2. Summa litis

tis ſit appellabilis, tùm ratione Ordinationis Cameralis & Conſtitutionum Imperii, (quibus ſumma L. flor. *Ordin. Cam. p. 2. t. 28.* primùm conſtituta, aliquoties aucta vid. *R. I. de an. 1670.* §. Als wir dann ꝛc. *Rec. Dep. de anno 1600.* §. Wiewol nun ꝛc. nunc ad CCCC. Imperiales excrevit. *R. I. de anno 1654.* §. Vierdtens ſoll die ſumma appellabilis &c.) tùm intuitu Privilegii, quod Judex à quo habet v. *cap. 11.* add. *Blum. t. 46. n. 40. 41.* In quâ quidem computandâ hodiè non amplius petitio libelli, quantum ſcil. in eo petitum, ut olim factum teſtatur *Gail. 1. O. 123. num. 3. & Mynſ. 5. O. 83. num. 3.* ſed gravaminis duntaxat ſumma, ſive id, in quo appellans, ſive is actor, ſive reus fuerit, per ſententiam à qua læſus & gravatus eſt, ſpectatur & attenditur, vigore Gemeinen Cammer-Beſcheids. *de anno 1603.* cujus hæc ſunt verba: *In cauſis appellationum in Camera recipiendis, cum de ſumma appellabili quaritur, gravaminis duntaxat ſummam, i. e. eam in qua Appellans, ſive is actor, ſive reus fuerit, per ſententiam à qua laſus & gravatus eſt, ſpectandam ac attendendam eſſe per majora in pleno Senatu concluſum eſt. Et hoc etiam in cauſis injuriarum certa pecunia ab actore aſtimatarum obſervandum eſſe placuit, ſive fama & honoris reſervatio facta ſit nec ne in ſententiis, adeo, ut tam in his injuriarum, quam cæteris cauſis, ſi gravaminis ſumma quantitatem conſtitutam ac præfinitam, vel*

etiam majorem privilegii, si quod extet, summam non attingat, causam non recipiendam aut retinendam, decisum est. Ut sic actore 500. Imperiales petente, Judice verò reum in 300. Imperial. condemnante, hodiè vigore deß Gemeinen Bescheids neuter ad Cameram appellare possit, non actor, quia illi 300. Imperiales adjudicati, adeoque in 200. Imperial. tantum gravatus est; nec reus quia iste in 200. Imperial. absolutus, sicque in 300. Imperial. saltem gravatus. Et si quis coram Principibus Brunsvicensibus privilegium de non appellando ad 2000. flor. in auro, (qui faciunt 2111$\frac{1}{9}$, Imperial.) habentibus peteret 4000. Principis illi autem actori 2000. adjudicarent, itidem neuter appellare valeret, quia uterque tantum in 2000. Imperial. gravatus. *Blum. Proc. Camer. Cap. 46. num. 9. 10.* Ad summam illam appellab. constituendam tamen plures ac diversæ summæ, si ab uno vel pluribus creditoribus una actione petantur, eademque sententia quis in eas condemnatus fuerit, (secus si alia atque alia actione diversæ summæ ex diversis causis obligationis debeantur, ac quis in illas diversis & separatis sententiis condemnatus sit. *Joh. Melch. Clezel. de appell. c. 3. n. 26. seq. Besold. de appell. c. 7. n. 2.*) conjungi possunt, ac usuræ quoque cum sorte, cumulari potuerunt. *Gail. d. O. Clezel d. l. num. 28. Blum. d. t. 46. num. 13.* sed mense Martio 1675. in pleno conclusum & per commune decretum cautum, quod

quod in posterum non amplius usuræ cum sorte ad summam appellabilem constituendam conjungi & cumulari, sed sola sors attendi debeat, teste *Blumio d. l.* qui in sequentibus etiam subjungit causas quasdam, in quibus memorata summa appellabilis haud attendenda.

13. Constat illustre hoc Judicium Judicio Audientiæ, ut vocant, & Senatus. Judicium Audientiæ est publicus Judicis & Assessorum consessus, in quo Jurati Cameræ Procuratores litigantium desideria proponentes audiuntur eorumque litigium deciditur. Et à duplici modo peragendi dividi solet in Audientiam solennem & minus solennem. *Blum tit. 60. Gerhard. Disc. 3. cap. 1.* Judicium Senatus est solennis Judicis, Præsidum nec non Assessorum consessus, in quo de causarum ante in publica Audientia propositarum relationibus & sententiis, deque aliis quibusdam gravissimis causis consultatio instituitur. Estque Senatus hic vel plenus, vel minus plenus; hic rursus dividitur in Senatum Extraordinarium, Sabbathinum & ordinarium; hic iterum subdividitur in Senatum definitivarum & Senatum interlocutoriarum *Blum. tit. 59.*

14. De modo procedendi in augusto hoc Judicio Imperii hic pluribus agere instituti fines excederet, proinde Lectorem ejus pernoscendi cupidum remitto tum ad ipsam *Ordinationem Cameræ de anno 1555.* (ut quæ ex antiquio-

tiquioribus ab anno 1495. usque ad 1546. publicatis composita, & Comitiis August. dict. anno 1555. à Carolo V. promulgata, pro perfectissima habetur, ita, ut ejus solius in *Cap. Leop. art. 38.* fiat mentio; quamvis & Conceptum renovatæ Ordinationis Cameralis à Dnn. Cameralibus in Comitiis Imperii Anno 1613. Statibus Imperii ad confirmandum oblatum, ac noviter à Dn. *Jacobo Blumio* JCto revisum & ex novioribus Recessibus Imperii, Memorialibus Visitationum & Cameræ Consultis insigniter auctum, præsentique rerum statui accommodatum, Clementissimo Electoris Moguntini consensu & privilegio typis exscriptum, licet vim Sanctionis Pragmaticæ nondum sit nactum, utilissimè conferri poterit, usque dum prodeat alia nova, ab Imp. & Statibus Imperii confirmata Ordinatio, cujus spem jam fecit *Receß. Imp. nov. de anno 1654.* §. daß *anno 1613.* begriffenes / ꝛc. 134.) tum ad Authores, qui eum singularibus libris delinearunt, vid. imprimis *Rodingium in Pandectis Cameralibus*, *prælaudatum Dn. Blumium in Proceß. Camerali novissimo.* Cujus collectione etiam accepimus Communia Decreta, die Gemeine Cammer-Bescheide/ante hac valde desiderata, & ad Praxin Cameræ rectè intelligendam apprimè facientia.

15. Cum Judicium hoc Camerale Summum sit Prætorium in Imperio, nulla ab eo datur

datur appellatio vel Supplicatio *O. C. p. 3. tit. 51.* Daß von den Vrtheilen deß Kayserlichen Cammergerichts nicht appellirt oder supplicirt werden möge. ibi: Wir ordnen / setzen und wollen auch / daß von Vrtheilen am Kayserl. Cammer-Gericht ergangen / und außgesprochen / kein Theil weiter zu appelliren / oder zu suppliciren Macht haben soll ꝛc. Sunt tamen nihilominus alia quædam sententias Camerales impugnandi remedia, *Restitutio* scil. *in integrum*, qua partis error, *Revisio*, qua Referentis culpa, *Syndicatus*, quo Referentis dolus, aut Procuratoris prævaricatio redarguitur. *Restitutio in integrum* impetratur mediante Imploratione officii Judicis Cameralis, (hæc enim ab eodem Judice, qui sententiam tulit, Camerâ scil. petitur, Revisio verò & Syndicatus coram Commissariis Imperatoris & Statuum Imp. instituuntur) ut sententiam à se latam (sive definitivam sive interlocutoriam) certis & legitimis de causis antè in actis non deductis (redlichen Vrsachen it. Vrsachen die zuvor nicht vorbracht / quæ non articulatim, ut antiquitus *O. C. p. 3. t. 52. in f.* sed juxta *R. I. noviß. de anno 1654.* §. Diesem nechst ꝛc. *34. vers.* Daß nemblich ꝛc. indiscriminatim generaliter seu summariè proponendæ. *Blum. tit. 78. n. 7.*) retractet & jus per sententiam ablatum restituat. *Revisio* (quid sit, dictum *cap. præc. 11. num. 4.*) si eam causæ qualitas admittat (cujus

ratione requiritur, ut ſumma 2000. Imperiales in ſorte absque uſuris conficiat, & cauſa jure communi ſit appellabilis, nam in quibus cauſis ab inferiore ad Cameram appellari non poteſt, in iis nec reviſio admittitur, ſi in prima inſtantia cauſa in Camera ventilata *R. I. de anno 1654.* §. Zu Abkürtzung ꝛc. *127.)* hodie juxta *d. R.* ſub pœna deſertionis intra 4. menſes à die latæ ſententiæ proximos ab Electore Moguntino, aut ubi ipſe in cauſa verſatur, Trevirenſi, petenda & per ſchedulam ex Cancellaria Moguntini ſupplicanti in teſtimonium acceptatæ reviſionis dari ſolitam, Cameræ Imperii inſinuanda eſt, præſtito ſimul juramento reviſorio & exhibitis gravaminibus. §. In Fällen/ da die appellationes &c. *121.* Petitam reviſionem poſt Moguntinus 3. menſes ante Calendas Maji Imperatori ac Statibus Imperii ad annuam Viſitationem Deputatis ſignificat, cum requiſitione, ut Conſiliarios ſuos ad hanc reviſionem mittant. Ea jam inſtituenda, pars quæ reviſionem petiit, certam pecuniæ ſummam à Reviſoribus pro qualitate perſonarum, & gravitate cauſarum terminandam, in Lectoria Judicii Cameralis, deponit. Dnn. Viſitatores ac Reviſores ſub fide ſpecialis jurisjurandi *in Ordinatione* præſcripti, ut & Aſſeſſores Cameræ, per quos ſententia fuit lata, religione juramenti, quod initio officii jurarunt, omnia & ſingula cauſæ revidendæ acta

acta singulari diligentia perlegunt, revident ac perpendunt. Postmodum Assessores causas ac rationes prioris sententiæ referunt. Visitatores vero soli, momentis causæ ponderatis, sententiam priorem vel reformant vel confirmant, sententiâ reformatâ, parti victrici pecunia deposita restituitur, confirmatâ eam perdit. *O.C.p. 3. t. 53.* §· Darauff sollen wir. 4. *in fin.* Executio vero sententiæ reformatæ ex præscripto *Ordinationis* non ad Revisores, sed ad Cameram spectat. *O.C. d. l.*

16. Sed cum de hac materia revisionis integri extent Tractatus, *Zepperi*, *Benderi*, plura addere supersedeo, unicum hoc de effectu si adhuc admonuero, per *R. I. de anno 1654.* §. nach Berathschlagung ɩc. *124.* cum tantummodo esse devolutivum, suspensivo in futuris (in causis enim revisionum anno 1654. jam pendentium effectus suspensivus adhuc tenet) in totum sublato, modo pars, quæ pro se sententiam habet, sufficientem præstet cautionem de restituendo judicatum, ubi in revisorio succubuerit, exceptis causis spiritualibus, in casibus scil. quibus eas Camera recipit. *Lyncker. de gravam. extrajud. c. 6. §. 26. Syndicatus* est judicium, quo litigator ipsosmet judices de dolo, quod muneribus corrupti, aut pretio vel prece conducti, favoreque aut odio adducti, male judicaverint, accusat. *O.C. p. 3. t. 53.* §. Wo aber einige Partheyen ɩc. In peten-

tendo instituendoque Syndicatu verò idem Processus, eædemque leges observantur, quæ in revisione *d. t. 53. Blum. Proc. Camer. tit. 79.*

17. Adhucdum unicum notatu forsan dignum coronidis loco addam, quod, licet summa sit Imperial. Cameræ Jurisdictio, cum totius Imperii authoritate inter partes litigantes cognoscat, causâque cognitâ judicet, non tamen res ejus judicatæ eam authoritatem ac legis universalis vim obtineant, quam veterum Imperatorum Romanorum Decreta & sententiæ habeant. *arg. R. I. de anno 1570.* §. Damit aber ꝛc. *77.* quamvis ab iis etiam in inferioribus Judiciis in causis similibus non facile sit recedendum. *d. text. add. Rec. Deput. de anno 1600.* §. Dieweil aber. *15. Rec. Imp. de anno 1654.* §. *137.*

CAPUT XIV.

De Iudicio Rothvvilensi, & aliis Imperii minoribus Iudiciis.

PRoximum ab his est *Judicium Aulicum Rothvvilense*, das Rothweillisch Hoffgericht/ nomen à loco ubi habetur, Rothwila, Urbe Imperiali in Circulo Suevico ultra Danubium, ad sinistram Nicri partem, non procul ab utriusque fluvii fontibus sita, ducens, quod est *Collegium Judicis & Assessorum, qui Rothvvilæ loco Cæsaris per certas Germaniæ provincias Juris-di-*

risdictionem exercent, à Conrado III. Imperatore institutum.

2. Occasionem Judicii hujus ibi à prædicto Imperatore instituti, hanc vulgò referunt, quod cum Conradus III. Electoribus post Henrici V. Imperatoris fata circa Electionem dissidentibus, à pluribus eorum electus, cum Lothario Saxone à reliquis ipsi opposito de Imperio dimicasset, plurimumque opis ac præsidii ab urbe Rothwila accepisset, præmii loco Imperio potitus anno 1146. Consistorium hoc Imperiale ibidem adornaverit. vid. *Wehner. Comm. ad Ordin. Rothvvil. in præfat. & Memoriale in Comitiis an. 1653.* à Comitis de Sultz & Rothwilensium mandatariis *exhibitum ap. Limn. t. 2. add. ad l. 9. c. 3. num. 8.* vers. Zuforderst geben / ꝛc. *Joh. Georg.* von Zimmern *Manuale Cæsareo-Dicastariale, sive Quodlibeta Judiciar. ex Jud. Cæsareo-Aulic. Rothvv. Ordin. quodlib. 1.* Ex quo simul patescit error *Limnæi l. 9. J. P. c. 3. num. 2. Speidel. in voc.* Rothweilisch-Hoff-Gericht. *Beckeri in Synops. J. P. c. 4. n. 114.* & aliorum, qui originem ejus in sequentem annum 1147. remittunt, inducti fortè in errorem, quod eo anno Ordinatio Judicii hujus prima promulgata sit.

3. Non autem Dicasterium hoc universi est Imperii, ut Camera, sed solius Imperatoris. Is enim solus instituit, solus ei Jurisdictionem concessit, formam & ordinem præscripsit.

Reform. Maximil. II. p. 1. t. 1. §. Vnd nachdem. quam ob causam etiam ejus Ordinatio hanc præfert epigraphen, der Röm. Käyserl. Majestät Hoffgerichts-Ordnung zu Rothweil / & in *Recess. Imp. Worm. anni 1521.* ipsum Judicium Vnser (Imperatoris) Stuhl zu Rothweil; ac in *Instr. Pac. art. 5. § 20.* Curia Imperialis Rothwilæ, das Kayserl. Hoffgericht zu Rothweil / vocatur; Visitatio quoque & correctio excessuum personarum Judicii ad solum pertinet Imperatorem, *Reform. Maximil. p. 3. t. 20. R. I. de anno 1570. §.* Nachdem 72. qui pro lubitu suo id negotii dat Commissariis à se electis. *v. all. text.* Errat ergò *Becker. d. l. num. 9.* à Cameræ Visitatoribus & hoc Judicium visitari scribens, nam licet *Rec. Imp. de anno 1532. tit.* Das Rothweil. Hoffgericht: betreffend / Visitatio ejusdem Visitatoribus Cameræ injuncta, id tamen peculiari Cæsaris mandato tunc, ad Statuum preces factum, manifestò apparet ex verbis, quæ ibi leguntur: Haben Vns Churfürsten und Stände gebetten / & deinceps: welchen Visitatorn wir hiemit genugsam Gewalt gegeben.

4. In eo quoque differt Judicium Rothwilense à Camera Imperiali, sicut & Senatu Imperatoris Aulico, quod non, ut illa, per universum Imperium Jurisdictionem suam exerceat, sed ea quatuor Imperii Circulis, Austriaco scil. Suevico, Rhenano & Franconico, sit circum-

circumſcripta, ita, ut in his etiam bene multi ab ea ſint exempti, vel ſpeciali privilegio vel conſuetudine, præſcriptione, ordinatione, vel transactione; quos hic ſubjiciam, uti ab aliis referuntur, ſunt autem, quos vulgo recenſent hi: Electores, Domus Auſtriaca, Epiſcopus Argentinenſis, Epiſcopus Herbipolitanus, Epiſcopus Bambergenſis, Dux Juliacenſis, Dux Lotharingiæ, Comites Palatini Bipontini & Veldentiæ, Marchiones Brandenburg. Duces Würtembergiæ, Ordo Equitum S. Johannis, die Johanniter Herrn und Ritter-Orden/ Ordo Teutonicus, der Teutsche Orden/ Abbas S. Blaſii im Schwartzwald/ der Abt zu Weingarten/ der Abt und Convent zu Erbach/ der Abt un Convent deß Cloſters Salemſchweiler/ das Gottes-Haus und Probſtey zum Heyl. Creutz zu Augſpurg/ Comites de Caſtell, Comites zu Nidereiſenburg und Grünſau/ Barones de Freundſperg/ die Herrn Fugger/Comites de Hanaw & Liechtenberg/ Comites Mompelgardenſes cum Dominiis Harburg und Reichenweiher/ Comites Principes de Hohenzollern/ Freyherrn von Juſtingen/ Comites von Lainingen und Tachsburg/ Comites von Manderſcheid/ zu Blanckenheim/ Comites zu Schwartzenburg/ Herren zu Hohenlandsberg/ die Erbſchencken von Limburg/ die Freyherren von Muggenthal/ Comites von Sultz/ & Barones von Schwende.

de. *Gylm. Symph. t. 6.* Ex Civitatibus: Norinberga, Augusta-Vindelicorum, Eslinga, Reutlinga, Friburgum, Gelnhausen, Halla-Suevorum, Landau, Memminga, Oppenheim, die Stadt Rohtweil/ Schweinfurt, Argentoratum, Ulma Suevorum, ejusque ditiones Helffenstein / Geißlingen / & Albeck/ ut & Winsheim, quas ex *d. tom. 6. Symphor.* collegit *Knipschild. de jurib. & privileg. Civit. Imp. l. 6. c. 33. num. 250.* ubi & Aach addit, sed frustra, non enim civitas ista sub ullo prædictorum Circulorum continetur; ex immediata Imperii Nobilitate: Barones de Elosen/ die von Wallrad/ Zinnerdt / Westernach / Fleckenstein/ Grumbach / Nippenburg zu Swieberdingen und Grundsheim / Rechberg / Rathsambhausen/ zum Stein/ Schönburg/ Stotzingen/ Speth/ die Thumben von Neuburg / Werdnaw / Remchingen & haud dubie alii, quibus hoc beneficium datum haud compertum habemus.

5. Non tamen ad omnes causas illud relatis Statibus ac Nobilibus liberis competens exemptionis privilegium spectat, etsi fortè verba hæc generalia: Umb was Sachen das wäre/ ei inserta reperiantur. *Meichsner. tom. 3. decis. 31. num. 4.* Sed quædam excipiuntur, quarum dijudicatio, non obstante impetrato exemptionis privilegio, ad Judicium Rothwilense pertinet, vocantur illæ vulgò Reservatæ seu inavo-

avocabiles, & irremiſſibiles, Germ. Ehehafften/ de qua voce vide quæ annotavit *Wehner. in Observat. Pract.* rubrica Ehehafften & *in not. ad Reform. Ord. Jud. Roth. p. 105.* ubi deſcribit, quod ſint *caſus reſervati Rothvvilenſibus in ſuo Judicio ventilandi, quos ad avocationem Statuum & liberorum Nobilium exemptorum remittere non tenentur*; ejusmodi caſuum reſervatorum 28. enumerantur & declarantur ex *Reform. Ord. Jud. Rothvv. p. 2. t. 5. à J. G.* von Zimmern. *in d. tr. p. 2. quodlib. 4.* nihilominus tamen etiam quidam contra hos ipſos caſus ſive Ehehafften / excepta tamen cauſa denegatæ Juſtitiæ, ſunt privilegiati, Electores ſcil. Domus Auſtriaca, Epiſcopus Argentinenſis, relati à *Wehner. d. l.* quibus cum *Speidel. voc.* Rothweil. Hoffgericht. addimus Duces Würtembergicos, eorumque ſubditos, quos hoc privilegio gaudere etiam agnoſcit *I. G.* von Zimmern *d. l. p. 136.*

6. Judex vel Præſes Judicii hujus nunc eſt Princeps Schvvarzenbergicus, antea vero fuit Comes de Sultz/ ein Graff von Sultz/ munus enim hoc Illuſtr. huic familiæ olim jam in feudum perpetuum conceſſum (à quó autem Imperatore? non definiverim. Id certum eſt, à Conrado III. primo Judicii hujus fundatore illud factum non eſſe, nam ex monumentis antiquis ab Amico comunicatis comperi Comites de Wartemberg Judicis officio aliquando in Incluto hoc Dicaſterio defunctos eſſe. Sic in Inſtrumen-

strumento quodam publico, cujus copia in Amici illius manibus est, hæc legi verba: Ich Conrad von Wartemberg / ein Freyer Hoffrichter von meines Gnädigen Herrn deß Römischen Kaysers Caroln (IV. scil.) Gewalt / an seiner Statt / auff seinem Hoffe zu Rothweil / thue kund mit diesem Brieff rc. der zu Rothweil geben ist acht Tag nach Sanct Benedicten Tag nach Christus Gebuhrt 1357. Sub Friderico III. Imp. Judex ibi fuit Johannes, Comes de Sultz / vigori alius communicati Instrumenti Publici, quod incipit: Wir Graff Johannes von Sultz / Hoffrichter von deß Aller durchleuchtigsten Fürsten und Herrens / Herrn Fridrichs / Römischen Käysers / Gewalt rc. & desinit: Dieser Brieff ist geben unter deß Hoffgerichts zu Rothweil anhangendem Insigel / am Zinßtag nach dem Sontag Quasimodogeniti A. 1463. Num vero huic officium hoc in feudum perpetuum à laudato Imp. concessum fuerit? pro certo affirmare nequeo) ad tempora nostra, usq; in masculis floruit, in ead. perstitit. Vice-Præsidis munere functi sunt Comites von Hohenzollern / Comites von Wolckenstein / die Truchsessen zur Scheer / die Graff Fugger / Pappenheimb / Königs-Eckh / Barones von Spaur / von Stauffenberg / von Morsperg / von Graveneckh / von Bißingen / von Freyberg / vom Stein zum Rechten-Stein. Quorum illustris Familia jam in anno 1629. hoc munus gessit, illud-

illudq; adhuc paucis abhinc annis à Dn. Francisco Wilhelmo Lib. Bar. de Stein/ zum Rechten-Stein/ Domino in Emmerkingen/ Nider-Stadion und Hardhausen/ dignissimè gestum, jam autem iterum Dn. N. Baro de Freyberg/ illud sustinet; in quo verò istud consistat ex Ord. Judicii ostendit *Joh. Georg.* von Zimmern/ *Jurium Doct. & Jud. Rothvv. Advoc. ac Procurator Jurat. in Manuali suo Cæsareo Dicaster. p. 1. quodl. 3.* Assessores partim ex Equestri Ordine, partim ex Senatu Rothwilano, à Dominis Septemviris von denen Herrn Sieben/ ad hujusmodi electionis munus sub juramento singulis annis constitutis, prævio quoque Dn. Judicis & reliquorum Assessorum examine, deliguntur. *Ref. tit. 1.*

7. Jurisdictio ejus, quam in omnes sub prædicto districtu comprehensos specialiter non exemptos absque status aut conditionis discrimine, in voluntariæ ac contentiosæ Jurisdictionis actibus, in civilibus ac criminalibus causis, non tamen in matrimonialibus & spiritualibus, exercere potest. *Reform. Ordin. Jud. Rothvvil. p. 2. tit. 5. §. 13. & t. 6.* ac *utrobique Webner.* propria sive ordinaria est, (*d. t. 5. pr.* ibi: über alle die/ so in obbestimmten Unser Kayserl. Hoffgerichts Bezürck gesessen/ ordinariam Jurisdictionem empfangen/ 2c. quam ob causam etiam, Imperio per mortem Imperat. vacante, Processus decernere, Juridicas celebrare, sententias publicare, aliaque omnia

expe-

expedire pergit, teste *J. Georg.* von Zimmern/ *in Manual. Cæsar. Dicast. p. 2. quodlib. 1.* qui ibi etiam testatur, hæc omnia ut aliàs, sic & tunc, Ordinarii Judicis nomine, & sub sigillo Dicasteriali, expediri, idque ita in nuperrimo interregno Anno 1657. observatum; quod omnino adversatur sententiæ *Limnai ad A. B. c. 5. §. §. 1. Observ. 9. num. 5.* & Dn. *Mauritii in Diss. de Judic. Rothvv. c. 4. thes. 5. in fin.* interregni tempore peragenda illius Vicarii, ad cujus districtum Judicium hoc pertinet, nomine ibi peragi & sigillo Vicariatus confirmari statuentium,) & cum Magistratibus ordinariis concurrit, ita, ut si speciali privilegio tuti non sint, vel se justo tempore ad jus administrandum non offerant, Judicium hoc eos præveniat, *Wehn. in not. ad Ref. p. 2. t. 1. p. 71. seqq. v. alleg. Memor.* §. zuförderst/ꝛc. ibi: Daß dasselbe ordinariam & concurrentem jurisdictionem mit und gegen allen Ständen und Obrigkeiten/ so in diesem Bezirck/ꝛc. *Joh. Georg.* von Zimmern/ *d. tr. p. 2. quodlib. 2.* Cum duobus superioribus autem Imp. Judiciis, Consilio scil. Imperatoris Aulico, dem Kayserl. Reichs-Hoffrath/ ac Camera Imperiali, similiter concurrere haud dixerim, ejusque sententiæ *Wehnerum in not ad Reform. p. 2. t. 5. fol. 104.* & *Gylmannum Symph. tom. 2. p. 3. tit. 15. p. m. 283.* adstipulatores habeo.

8. Ordinationes judicii hujus duæ nobis inno-

innotuerunt. Una quæ hodie vocatur antiqua, Rothweilisch alte Hoffgerichts-Ordnung/ Rothwilæ anno 1523. & 1535. cum Privileg. Cæsareo excusa, altera sub nomine Reformationis Ord. Jud. Rothvvilensis tempore Maximil. II. promulgata, ac denuo *in anno 1610. Francof.* excusa, quæ hodienum est in usu, & Judicis ac Assessorum norma esse debet. Extant in illam Commentaria *Pauli Matthiæ Wehneri*, von Heltenberg/ quæ quantæ sint authoritatis, in ipsa etiam Aula Cæsarea, ex eo judicari potest, quod cum ætate nostra Sacra Cæsarea Majestas certis quibusdam personis reformationem Dicasterii hujus commisisset, ea quasi loco manudictionis sequenda esse injunxerit, teste *Besoldo in Th. Pract. voc.* Rothweil. Hoffgericht.

9. Constituit quidem Imperator Conradus, ut hoc Dicasterium post Aulicum Imperatoris Judicium esset dignitate Proximum, & Rothvvilenses anno 1496. in literis supplicibus, das oberste Gericht in Teutschland appellant; Præcellentiæ tamen illi derogavit Maximilianus I. Imp. ad dirimendam litium multitudinem præmaturo Statuum consilio Camerale Judicium ei quoque præponendo; imò in tantum decrevit authoritas ejus, ut sententias suas *per appellationem* cogatur submittere utrique *R. I. de anno 1570.* §. und nachdem uns fürkommen/ rc. *71. Reform. Rottvvil. p. 3.*

t. 17. Capit. Leopold. artic. 18. Josephi art. 17 add. Gail. 1. Obs. 50. num. 4. Wehner. apud Gylman. Symphor. t. 6. c. 8. Joh. Georg. von Zimmern. *p. 1. q. 2. & p. 3. quod l. 15. p. 420. ac. 425.* Sed in casibus, quibus vel propter protractam vel denegatam Justitiam, admissam insanabilem (vid. *R. I. de Anno 1654. §. 121. 122.*) nullitatem, & judicis recusationem, vel aliam ob caussam, *citra appellationem*, ad superiorem revolvitur Jurisdictio, eam ab hoc Dicasterio non ad Cameram, sed Imperatorem sive Judicium Aulicum revolvi notant *Wehner in Obs. voc.* Rothweil. Hofferricht. *Joh. Georg.* von Zimmern/ *d. p. 3. quodl. 15. pag. 424. Blum. in Proc. Camer. tit. 45. num. 22.*

10. Frequentes à multis annis fuere Ordinum Imperii contra hoc Tribunal querelæ, nec semel tantum abolitionem ejus ursere. vid. *Capit. Matth. art. 16. Ferdin. II. art. 41. III. art. 17. Rec. Imp. de anno 1641. §.* übrige übergebene memorialia. ibi als in specie das Kays. Hoffgericht zu Rothweil. *Instr. Pac. art 5. §. 20. verb. denique, &c.* Sed cum in Comitiis anno 1653. ante electionem Reg. Rom. rursus abrogatio ejus urgeretur, eoque nomine res Collegio Electorum commendaretur, Comes Sulzensis & Senatus Rothvvilensis per Deputatos suos pro impedienda abolitione peculiare obtulerunt memoriale (refert illud *Limn. tom. 2. addit. l. 9. cap. 3.*) Quo quidem effectum est, ut,

ut, suspensa abolitione, in hunc usque diem Jus ibi dicatur v. *Cap. Leop. a. 18. Joseph. a. 17.* Constat enim Gloriosiss. Imperatorem interim Judicium hoc novo Diplomate confirmatorio de dato Wien den 6. Majl/ anno 1659. non modò iterum stabilivisse, verùm etiam pœnali mandato contra Status sese ab ejus jurisdictione eximere attentantes de dato Wien den 23. Junii/ Anno 1659. munivisse: utrumque exhibet supra alleg. *Joh. Georg.* von Zimmern/ *d. tr.* qui plura de Judicii hujus personis, Jurisdictione & Processu etiam tradit, videri adeoque potest.

11. Agunt hic communiter Doctores de aliis quoque Judiciis Imperii subalternis, à quibus ad Cameram vel Aulam Imperatoris provocatur, ipsis licet contradicentibus, quæ verbo saltem tangere animus. Sunt illa 1. Judicium Provinciale Hagenoënse, das Kayserl. Landgericht auff der Lauben zu Hagenau/ quod ex Privilegio de anno 1496. prætendit Privilegium de non appellando, at vid. *Gylm. tom. 3. Symphor. fol. 275.* aliquot præjudicia, in quibus ipsi Hagenoënses acquieverunt, adducentem. Sed cum hic summam, tam in Politicis quam Ecclesiasticis, Jurisdictionem Galliarum Rex, de facto magis quam jure, sibi vindicet, ad summa Imperii Tribunalia appellare civibus interdixit. vid. *Balth. Venator in relat. Comit. 6. p. m. 16.* 2. Judicium Provinciale Burggravia-

tus Norinbergici in Anſpach / das Kayſerliche Land-Gericht deß Nürnbergiſch. Burggraffthumbs zu Onolßbach. 3. Herbipolenſe in Franconia, das Käyſerliche Land-Gericht deß Hertzogthumbs Francken zu Würtzburg / à quo primum provocatur Epiſcopus Herbipolitanus ut immediatè ſuperior (licet ab omnibus aliis Dicaſteriis Provincialibus Cæſaris ad Cameram ſtatim provocetur *Gylm. tom. 3. Symph. fol. 31. & 32.*) & poſtea ab Epiſcopo ad Cameram appellatur. *Wehner. tom. 6. Symphor. c. 8. p. 249.* 4. Judicium Provinciale Sueviæ, das Kayſ. Landgericht in ober und nider Schwaben / quod in tribus hiſce civitatibus Imperialibus, Ravenſpurg / Wangen / Jßni / ac pago Altorff genant Weingarten / habetur, quolibet loco tot conſtituente Aſſeſſores, ut ſingulis Juridicis duodecim illorum præſtò eſſe poſſint. Extendit ſeſe über die Donaw biß an das Land Würtemberg / und biß an den Lech / dem Lech nach hinauff gen Reitt an die Brücken / darnach hinüber auff Tachheim / an die grawen Pünde / zu Anfang deß Schweitzerlands / folgends gen Coſtantz / auch herüber auff Stockach / und von dannen / ſo weit ſich der Bezirck deß Schwabenlands erſtreckt. Freye Kayſerl. Landger. in ober und nider Schwaben Ordn. *p. 1. t. 1.* Vigore Ordinationis omnium, qui prænominatis in locis degunt, competens eſt forum, cumque Statibus Circuli Suevici ſpe-

ſpecialiter non privilegiatis concurrit. *d. Ord. cit. loc. Beſold. voc.* Landgericht in Schwaben. add. *Andr. Chriſt.* Schneiders *Proceſſus Juris Judicii Provinc. Suevici.*

12. *Num autem ab hoc ipſo Judicio Provinciali Cæſareo appellatio ad Cameram Imperialem, an vero ad Judicium Supremum* zu Jnßpruck / quia illud hodiè Sereniß. Archi-Duces Auſtriæ privilegio de non appellando in omnibus ſuis provinciis gaudentes pignoris & feudi Jure poſſident, *fieri debeat?* acerrimè diſceptatum fuit, & Auſtriaci quidem valde repugnant propter verba Caroli V. in roboratione immunitatum Auſtriacorum: Das was vor deß Fürſten der Oeſtereichiſchen Landen / verordneten / und geſetzten / oder anderen ihren Gerichten / die ſie Eigenthums-Lehens-oder Pfandsweiſe vom Reich oder ſonſten innen haben / an deß Reichs Cammergericht nicht appellirt werden möge / quod ipſorum quoque privilegium refert *Limn. 5. J. P. 2. num. 31.* Semper autem illi Camera contradixit, adeò ut eam in contraria poſſeſſione recipiendi appellationes exiſtere tradat *Roſacorb. in Praxi for. c. 108. per tot. Zinzerling. de appellat. th. 69. lit. G. H. Beſold. de appell. c. 2. n. 19.*

13. Quamvis autem in Tractatibus Monaſter. & Oſnabrugenſibus conſultatio de hoc & cæteris Provincialibus Judiciis abolendis inſtituta, nihil aliud tamen actum, quam quod res, utpote gravioris momenti, ulteriorisque deli-

berationis, ad proxima Comitia fuerit remissa, opposuere autem sese imprimis ratione Judic. Prov. Sueviæ, propter interesse suum, illud exercentes Archi-Duces Austriæ, quorum protestationes ac rationes, ob quas illud minimè aboleri posse censuerunt, videri possunt in Scripto, cui titulus: Kurtze doch gründliche information, auß was wichtigen und standhafften Ursachen das Kayserl. Landgericht in Schwaben nicht abolirt werden kan und soll. impreß. anno 1658.

14. Fuit quoque olim Judicium Westphalicum, Germanicè das frey und heimlich Gericht. in der Reformation Käyser Friederichs zu Franckfurth am Mayn / de An. 1442. §. von dem heimlichen Gericht. 7. Reform. König Maximilians die Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend / de an. 1495. it. das Westphalisch Blut-Gericht / Vehem-Gericht / der Freystuhl / dictum. Cujus Judices Barisellos appellatos esse scribit Lampad. *p. 3. cap. 17. §. 2.* Originem illius plerique ad Carolum M. referunt. Nam *Carolus M.* inquit *Æneas Sylvius*, tum Cardinalis, sed qui mox ad Pontificiam Dignitatem, assumpto Pii nomine, evectus est, *in Europa cap. 49. multa cum Westphalis prælia gessit, eosque magnis afflixit cladibus, coëgitque Christi religionem amplecti relicto Idolorum cultu. Quam cum sæpius abnegassent, nec jusjurandum adverterent, ut metu-*

metu pœnæ rebellionem compesceret, occultos instituit Judices, quibus potestatem dedit, ut quamprimum dejerasse aliquem comperissent, aut fidem fregisse, aut aliud aliquod flagitium commisisse, mox illum supplicio afficerent, ubi primum comprehendi posset, nulla citatione prævia aut defensione præmissa. Eidem in eo adstipulantur *Paulus Æmilius lib. 2. & 3. Histor. Francor. Crantzius lib. 2. Saxon. Chytræus lib. 3. Saxon. Werlichius* in der Sächsischen & *Pomarius* in der Sächsischen Chronick. Sed huic receptæ hactenus sententiæ dicam scripsit *Joh. Gryphiander libro de Weichbildis Saxon. cap. 54. num. 5. seqq.* tempore Friderici III. Imp. & circa annum 1458. Judicium hoc irrepsisse, Scabinos illius autem, ut dignitatem sui Judicii ex antiquitate commendarent, eoque prætextu crudelitatem palliarent, originis Carolinæ opinionem credulo vulgo impressisse, statuens. A cujus sententiâ quoad posterius non alienus *Conring. Diss. de Judiciis Reipubl. German. th. 40.* qui tamen non diffitetur illud Friderici III. ævo antiquius esse & jam Conradi II. Salici ætate viguisse, *in tract. de Orig. Jur. German. cap. 19. p. m. 102.* Pro communi illa tot melioris notæ authorum consensu probata autem opinione, ob supra alleg. Constitutiones disertè Carolum M. authorem laudantes, nuper rursus pugnavit Dn. *Maurit. in Diss. de Judic. Rothvv. c. 1. th. 4.*

15. Constituerunt Judicium hoc Judex,

der Frey-Graff/ & Assessores, appellati die Schöppen/ qui vitæ & morum probitate insignes olim erant; cum igitur sequenti tempore inidonei, imperitique ad munus hoc adhiberentur, & multæ causæ ad illud non pertinentes eò traherentur, Sigismundus Imper. per Theodoricum Archi-Episcopum Coloniensem Anno 1439. illud reformans constituit, ut sequentia in eo tantùm judicarentur delicta: *Si Laicus Christianus masculus à fide Christiana deficeret; Si quis consecrata templa & cœmiteria combureret aut spoliaret; si quis manifestæ proditionis reus esset, si quis puerperio stuprum aut vim inferret; si quis furto, rapina, homicidiis, seditioni & incendio operam daret; si quis contra Magistratum graviter delinqueret, judicio autem sese sistere detrectaret.* Addidit Judices & Scabinos admitti debere saltem eos, qui legitimè nati, & præmemoratorum delictorum dijudicandorum periti. vid. *Reform.* ap. *Goldast.* Reichs-Satz. *p. 161. & 2. seqq.* Reformationem hanc ulterius declaravit Fridericus III. *An. 1442.* & Maximilianus I. *An. 1495.* (qui eodem anno d. 23. Julii, etiam Serenissimum Nostrum Ducem, ejusque Ministros, Vasallos & subditos wider alle außländische Gerichte/ deß Reichs Cammer-Gericht/ Kayserl. Hoff-Gericht zu Rothweil/ und andere Hoff-Städt- und Land-Gerichte/ in specie auch wider die Westphalische/oder andere heimliche Gerichte/ wie

wie die Nahmen haben / privilegio munivit, quod ipsum tamen privilegium non fuit per omnia novum, nam jam ante à Carolo IV. Imperatore Anno 1361. privilegium exemptionis accepit Eberhardus III. Comes Würtembergiæ, der Greiner dictus, ita quidem daß man auch der Herrschafft Würtemberg ihre Diener / Mann und Leute / für kein Land- oder ander frembd Gericht nicht laden soll / rc.) ac pœnali sanctione eam uterque roboravit. vid. *Blum. Proc. Camer. tit. 30. num. 40. 41.* A Maximiliano I. verò post omnino illud abolitum esse testatur *Engelbertus Werlichius* in der Augspurgischen Chronick / *p. 2. c. 1. fol. 15.* citatus *Speidelio* voc. Westphalisch Gericht, inquiens: Das Westphalisch Gericht hat biß zu Kayser Maximiliani I. Zeit durch gantz Teutschland gewehret. Da es aber nachmals in Mißbrauch gerieth / und eine Tyranney daraus wurde / begunte man es das verbottene Westphälisch Gericht zu heissen / und ist eben durch gemeldten Kayser Maximilian mit einem offentlichen Decret, im Jahr Christi 1512. auff dem Reichstag zu Cölln gäntzlich abgeschafft worden. Rediisse tamen deinceps Scabinos hos ad pristinum vigorem, jusque adhuc An. 1555. de causis nonnullis dixisse ex *Ordin. Cam. p. 2. tit. 20.* colligit *Dn. Maurit. d. Disp. c. 1. th. 7.* ubi addit, hodie tamen, ne in ipsa quidem Westphalia, requirentibus luculenta aliqua ejus vestigia

gia ſeſe ampliùs offerre. Redeamus ergò ad jura noſtra Reſervata, ex quibus ſequitur nunc Jus concedendi veniam ætatis.

CAPUT XV.

De Iure concedendi veniam ætatis.

XII. VEnia ætatis (die Jahrgebung) eſt Privilegium, quo Imperator minori jus legitimæ ætatis tribuit, ut tanquam major agere, resque ſuas ipſe absq; curatore liberè adminiſtrare poſſit.

2. Olim in Republic. Rom. ſolius Populi erat veniam ætatis dare, juxta illud Scipionis dictum: *Si Populus Romanus volet, ſat annorum habebo.* Poſt cum is omnia ſua in Imperatorem per L. Regiam transtuliſſet, à Principali Clementia eadem peti, darique cœpit. *l. 2. l. fin. C. de his qui ven. ætat.* ubi inde expreſsè ſupplementum Imperialis beneficii & auxilium Imperiale vocatur. Idem Jus veniam ætatis indulgendi noſtro in Imperio poſteà ſibi etiam Impp. noſtri aſſeruerunt, & ſine controverſia ſoli hactenus exercuerunt; Sic illam Maximilianus I. ann. 1503. Udalrico Duci Würtemberg. & Rudolphus II. Carolo Lotharingiæ Duci & Poſtulato Epiſcopo Metenſi eandem cum Adminiſtratione Epiſcopatus circa annum 1588. clementer indulſit. *Bocer. de Regal. c. 2. num. 133. Myler.*

ab

ab Ehrenbach. Ætolog cap. 1. n. 3. Idemque Rudolphus II. Christiano IV. Regi Daniæ & Norwegiæ (forsan ut Holsatiæ Duci) an. 1593. die 26. April. ætatis anno 17. illam pariter concessit. Ita porrò quoque Philippus Julius, Dux Pomeraniæ, Philippus Landgravius Hassiæ immaturæ ætatis veniam ab Impp. *συγχρόνοις* obtinuerunt. *Limn. l. 2. cap. 9. num. 150. Finckelthaus Diss. de ven. ætat. c. 2. concl. 2.* Et hinc Concessio veniæ ætatis Majoribus Regalibus accensetur, imò de Reservatis Imperatoris ita esse, ut nec cuique alii competat, communiter statuitur. vid. *Matth. Stephan. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. num. 137.* ibi: *in aula Imperatoris itidem solummodo petitur.*

3. Quod maximè procedit quoad concessionem veniæ ætatis, quæ fit Principibus & Comitibus, ad capiendam Ducatuum aut Comitatuum suorum administrationem, quippe quæ in signum supremæ eminentiæ Imperatori reservata. Aliis autem inferioribus sibi subjectis, quin Electores, cæterique Imperii Principes, eandem quoque vi Jurisdictionis territorialis, eo cum effectu, ut in territoriis ipsorum pro majoribus habeantur, indulgere queant, nos non dubitare sinit quotidiana Praxis, vid. *Myler. Ætolog. c 2. Limn. 2. c. 9. num. 149. Finckelthaus Diss. de ven. ætat. c. 2. concl. 4. & c. 4. conclus. 12.* ubi exhibet Diploma, quò Ser. Elector Saxon. Studioso cuidam ætatis veniam indulsit.

add. *Myler. d. tr. c. 3. num. 8.* ubi notat in Ducatu nostro cuilibet Magistratui civitatis etiam ex singulari privilegio Principali, concessum esse adolescentibus 20. annum completum habentibus veniam ætatis elargiri, eosve à curatela liberare. Ast aliud est *administrationem bonorum*, aliud *veniam ætatis* alicui concedere. *Illius* facultas à Sereniß. terrarum harum moderatore Præfectis, *non hujus*, tribui videtur *in alleg. tx. J. P. W. p. 2. t. 27.* Ex Imperatoris indulgentia tamen etiam potestatem hanc in inferioribus exercent Comites Palatini, die Reichs Hoff-Graffen / si modo ipsis specialiter concessa, vid. *Finckelthaus d. D. c. 2. concl. 6. Fritsch. in addit. ad Limn. l. 2. c. 9. num. 148. p. 96.* Sed non potest eam sibi vindicare Camera Imperialis. *Thom. Michael. de Jurisdict. concl. 32. in fin. Bocer. de Regal. cap. 2. num. 133.* sibi contrarius in *Class. 6. Disp. 10. th. 70.* ubi ait, in Camera Imp. quoque hoc jus impetrari.

4. Petere ac impetrare veniam ætatis possunt Adolescentes 1. honestate morum præditi, qui 2. vicesimi anni metas impleverunt, 3. paternam frugem, quoad rem familiarem & avorum patrimonia gubernare cupiunt ac possunt, & 4. probitatem animi ac testimonium vitæ honestioris edocent. Ac fœminæ 1. annum 18. egressæ, quas 2. morum honestas & 3. mentis solertia commendat, Anni tamen illi hodie tam stricte non attenduntur, aut præ-

cisè

cisè numerantur, sed quandoque Imperator vel Princeps aliud suppletivè ac dispensativè statuit & indulget, præsertim si personæ sint illustres, aut causæ urgentes talem dispensationem postulent. *Herm. Hermes Fasc. Jur. Publ. c. 11. num. 119. Myler. d. tr. c. 4.*

5. Ut ætatis venia pro legitimè petita ac impetrata juxta *l. 2. C. de his q. ven.* habeatur, adeoque suas obtineat vires, septem sequentia requisita, ut adsint, Dd. requirunt 1. Ut petatur à Principali Clementia. 2. mas impleverit 20. annos, fœmina 18. sed vid. *th. praced.* 3. allegetur à masculo, fœmina, ætas, animi probitas, mentis solertia, morum honestas. 4. & idoneitas ad res utiliter gerendas. 5. Masculus post impetratam veniam edoceat, vel scriptura, vel quinque testibus, annorum numerum, morum instituta, animi probitatem, vitæ honestatem, & rerum utiliter gerendarum idoneitatem. Fœmina verò tantùm ætatem probet & nihil ampliùs; de quo tamen dubitat *Brunnemann. ad d. l. 2.* 6. Probatio hæc non coram Superiore sive Principe, sed inferiore Magistratu ordinario & competente, cui minor subest, expediatur, & quidem 7. à masculo ipsomet per se, à fœmina verò per Procuratorem. vid. omninò *Finckelthaus. de ven. ætat. cap. 4. concl. 12. seqq.* Hodiè tamen sufficere, ut cum eo, qui veniæ ætatis concessionem postulat, Curatores proximique agnati simul

ſimul preces deferant, atque de petentis ætate, animique probitate teſtificentur, tradit *Beſold. in delib. Jur. ad lib. 1. t. 4. rubr. venia ætatis. p. m. 110.*

6. Effectus veniæ impetratæ Principales ſunt I. quod minor, qui veniam ætatis impetravit, pro majore habeatur, (quod tamen non indiſtinctè in omnibus procedit; non enim 1. obtinet in cauſis teſtamentariis, etenim ſi cui legatum fuerit relictum cum legitimæ vel perfectæ fuerit ætatis, illud major ex privilegio ſub commento impetratæ ætatis veniæ capere non poteſt, ſed tum demum, cum 25. ætatis annum exceſſerit, accipiet. *l fin. C. h. t.* nec 2. in legibus ac ſtatutis pœnalibus. v. gr. *in l. 41. C. de transact.* 3. in Officiis publicis, hæc enim capeſſere nequeunt, *Myler ab Ehrenbach Ætolog. c. 7. §. 8. ſeqq.* niſi vel ſpecialiter hoc ab Imperatore impetraverint, vel Imperator proprio motu & ex certâ ſcientiâ officium publicum ei, cui veniam ætatis indulſit, conferat. *Myler. d. l. §. 8.*) & à poteſtate curatoris, quem habet, liberetur. II. Quod liberam rerum ſuarum adminiſtrationem obtineat. Et III. de bonis ſuis mobilibus, ut major, pro lubitu diſpenſare poſſit; non æque vero de immobilibus: hæc enim minor, venia licet impetratâ, absque decreto judicis nec alienare, nec hypothecæ ſupponere, aut in feudum dare valet. *l. 3. C. de his, qui ven.* niſi vel Princeps in Reſcri-

pto

pto suo alienationem immobilium quoque expreßè ac specialiter permiserit. *l. 2. C. quaest. decret. non est op.* vel ex parentis conventione fundus ab eo emptus sit retrovendendus. *l. 1. C. d. t. Brunnem. ad l. 3. C. de his, qui ven.* vel postquam bona immobilia vendidit, oppignoravit, aut alio oneroso titulo sine decreto alienavit & major factus est, per quinquennium omnino tacuerit, aut si titulo lucrativo in alium transtulerit, post perfectam illius ætatem inter præsentes decennium, inter absentes verò vicennium, ipso acquiescente, effluxerit. *l. fin. C. si maj. fact. alien. fact. sine decret. rat. habuer.* tanti enim temporis silentio ita roboratur & confirmatur contractus ac donatio, ut nec beneficium restitutionis in integrum ei post indulgeatur. *Dn. Wolffgang. Adam Lauterbach, p. m. in Posit. ex d. l. ult. C. si major fact. alien. Posit. 12. 22. 27. Brunnem. ad eand. l. Myler. d. tr. c. 9. num. 1. & 2.* ubi limitat 1, si minor dolo adversarii vero circumventus fuerit 2. Si constet minorem majorem factum non statim habuisse notitiam læsionis & præjudicii. Sed vide de priori limit. *Dn. D. Lauterbach. ibid. pos. 19.* IV. quod in illis, quæ post veniam ætatis impetratam gessit, non amplius in integrum restituatur *l. 1. C. de his, qui ven.* Si tamen ante veniam impetratam in aliquo læsus fuerit, intra quadriennium à die, quo indulgentia Principalis Judici intimata, & minori administratio rei pro-

propriæ permissa fuit, computandum per *l. 5. pr. C. de temp. in integr. restit.* imò si à die intimationis usque ad annum 25. plures anni, quam quatuor, intercedunt, usque ad finem 25. anni dum revera major factus, restitutionem in integrum petere omninò potest, cum datio veniæ posteà operetur, non retro. *Finckelth. concl. 15. & ult.* Contra ipsam quoque veniæ impetrationem ipsum ratione futurorum negotiorum & contractuum, non autem ratione præteritorum restitui posse tradit *Brunneman. ad l. 1. C. de his, qui ven. Myler. Ætolog. c. ult. n. penult. ac Struv. Ex. 8. thes. 83.* Sed *Finckelthus. concl. 21. & Besoldus in delib. d. l. p. m. 111.* existimant minori pœnitenti ratione futurorum actuum non necessariam esse restitutionem in integrum, sed posse ipsum ordinaria renuntiationis via uti, hanc verò testatò & apertè fieri debere, ut in omnium pervenire queat notitiam.

7. Claudat jam materiam hanc elegans ista inter Dd. agitata quæstio: *An minor ob impetratam veniam ad fratrum suorum impuberum tutelam admittendus, & administratio bonorum fraternorum ei concedenda?* Cujus negativam sustinebimus cum *Besold. d. l. Stephan. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. num. 143. Cothmann. v. 1. Resp. 42. Finckelth. d. l. concl. 18. Lauterbach. diss. de Tut. honorario th. 17.* ex rationibus ab ipsis adductis; & quidem sine distin-

stinctione, sive dignitate Illustris Princeps scil. vel Comes, sive inferioris conditionis sit, qui veniam impetravit: Cum hoc tamen temperamento, nisi ipsi, ob justam causam & singularem prudentiam atque morum probitatem, Princeps, qui veniam indulsit, Jus quoque tutelam vel curam fratrum minorum suscipiendi concesserit, Notabile verò est, quod Camera Imperialis Mauritio Friderico, Comiti Hohenloico anno ætatis 20. confirmaverit tutelam in fratres & sorores minores, licet in literis veniæ nulla ejus facta mentio, *Limnæo Tom. 4. J. P. in add. ad lib. 2. c. 9. num. 151.* referente. Tenor enim illarum (ut Lector hodiernum Curiæ Imperialis stylum videat, eas addam) hic fuit: Wir Ferdinand der Dritte/ ꝛc. bekennen offentlich mit diesem Brieff/ und thun kund allermänniglich/ daß Uns Dorothea Sophia/ weyland Graff Georg Friderichen deß Jüngern von Hohenloe zu Schillings Fürst/ nachgelassene Wittib/ demütiglich zu erkennen geben/ wie daß von ihnen beeden erzeugter Eheleiblicher Sohn/ der Wolgebohrne/ Unser und deß Reichs lieber Getreuer Moritz Fridrich/ Graff zu Hohenloe/ allbereit das Zwanzigste Jahr erreichet und compliret habe/ auch von Gott mit Verstand also begabet sey/ daß Er der Administration seiner Herrschafften wol vorstehen könne: Massen dann auch die von dem Ehrwürdigen Francisco/ Bischoffen zu

Bamberg und Würtzburg / Unserm Fürsten / Raht und lieben Andächtigen/einkommene Attestation, seiner guten Qualitäten halben/ mit mehrerm zu erkennen geben/ und darneben gebetten / daß Wir derwegen ihm Graff Moritz Fridrichen zu Hohenloe / den noch übrigen Abgang und Mangel seines Alters aus Römisch. Kayserl. Majestät Vollkommenheit gnädigst zu erfüllen/ darüber zu dispensiren/und demselben zu solchem Ende veniam ætatis in Gnaden zugeben und mitzutheilen geruhen wollen. Wann Wir dann gnädiglich angesehen und betrachtet solcher obgedachter Dorotheen und Sophien / Gräffin von Hohenloe Wittiben / demütige zimbliche Bitt / und von des Bischoffen in Bamberg und Würtzburg Andacht einkommene Attestation, auch seine des Graf Moritz Fridrichs gute Sitten / Wandel und Vernunfft verstanden / und die angenehme Dienste / so er Uns zuerweisen gehorsambst anerbietig ist / auch wol thun kan / mag / und solle: So haben Wir demnach aus jetzt vermeldten und andern erheblichen Ursachen / mit wolbedachtem Muth / gutem Rath / und rechtem Wissen / die gebettene veniam ætatis gnädigst mit getheilet / und also den Abgang und Mangel seiner / Graf Moritz Fridrichs zu Hohenloe / vollkommenen Jahre suppliret und ersetzet / thun das / ertheilen / suppliren und ersetzen auch aus obberührter Röm. Kays. Majestät Vollkommenheit / hiemit wis-

wissentlich in Krafft dieses Brieffs / meinen / setzen und wollen / daß mehr ernandter Graf Moritz Fridrich sich dieser Unserer dispensation, Ersetzung und veniæ ætatis freuen / gebrauchen / behelffen / und in Krafft derselben fürders obangeregten Administration / und einer jeden beständigen Handlung / wie nicht weniger auch aller und jeder seiner Güter / Herrschafften / und Handlungen unterfahen / und die zu seinem besten Nutzen / und Frommen und Wolfahrt verwalten und verwesen / auch wie alle andere vogtbare / so ihre vollkommene Jahre erricht haben / seinem besten Verstand nach damit kräfftiglich handeln / fürnehmen / thun und lassen solle und möge / ohn männigliches Verhinderung. Gebieten darauff allen und jeden Churfürsten / Fürsten / Geist- und Weltlichen / Prälaten / Graffen / etc. und sonsten allen andern Unsern und deß Reichs / auch Unserer Erb-Königreich / Fürstenthumb und Lande Unterthanen und Getreuen / was Würden / Stand und Wesens die seynd / ernstlich und festiglich mit diesem Brieff / und wollen / daß sie obgedachten Graffen / Moritz Friderichen zu Hohenloe / bey berührter Unserer Dispensation veniæ ætatis, Befreyung / wie obstehet / unangefochten bleiben / derselben ruhig gebrauchen / geniessen / und gäntzlich dabey bleiben lassen / daran nicht irren / noch verhindern / noch solches jemands anders zu

thun gestatten / in keine Weise noch Weg / als lieb einem jeden sey Unsere und deß Reichs schwere Ungnade und Straff / und darzu eine Pön / nemblich zwantzig Marck lötiges Golds / zu vermeiden / die ein jeder so offt er freventlich hierwieder thäte / Uns halb in Unsre und deß Reichs Cammer / und den andern halben Theil unvielbemeldtem Graf Moritz Friderichen &c. unnachlässig zubezahlen / verfallen seyn soll. Mit Urkund dieses Brieffs / besigelt mit Unserm Kayserl. Insigel / der geben ist in Unser und deß Heil. Reichs-Stadt Regenspurg den 15. Januarii / nach Christi Unsers lieben HErrn und Seeligmachers Geburt / ein tausend / sechshundert / ein und viertzig / Unserer Reiche / deß Römischen im fünfften / und der andern im vierzehenden Jahr.

CAPUT XVI.

De jure restituendi famam, Legitimandi, ab absolvendi à juramento ad effectum agendi.

J*Us restituendæ famæ*, (den Missethätern einen ehrlichen Namen wider zugeben/) *est Reservatum Imperatoris, quo infamem ignominiæ labe ex turpi ac probroso facto, Juris illud vel immediatè vel mediatè per Judicis sententiam notantis authoritate, contractâ, per rescriptum suum ex justa*

justa causa liberat, pristinoque honori ac famæ restituit.

2. Infamia vulgò duplex constituitur, *Juris* scil. & *facti*. *Infamia facti*, quæ est macula ex turpi facto citra *Juris* authoritatem contracta rei existimationem apud graves & honestos viros lædens, *l. 2. ff. de obseq. Par.* pœnitentia & vitæ emendatione abstergitur. *Infamia Juris*, (quæ est macula ex turpi & probroso facto juris factum notantis authoritate contracta, propter quam itidem personæ illius existimatio apud alios læditur, ipsaque infamis eine ehrlose verleumbdete Person/ vocatur, & vel statim ipso jure, sola legis vi & authoritate absque ulla Judiciali cognitione ac sententia, incurritur, vel tum demum oritur, si quis civili vel criminali Judicio de crimine propriam condemnationem passus fuerit;) indeleta permanet etiam sublata infamiæ causa. *Freher. de existim. 3. c. 30. num. 3.* nec nisi Imperiali tollitur remedio. Jus enim famæ & honoribus restituendi quoad omnes & ita, ut restitutio per totum Imperium restitutis sit proficua, soli ab antiquo competiit & adhucdum competit Imperatori. vid. *l. 1. & tot. tit. C. de sent. pass. & restitut. R. I. de anno 1525.* §. und ist derohalben/ 2c. & *R. I. de anno 1526.* §. und wiewol der gemeine Mann/ 2c. *Camman. de Jur. Majest. disp. 4. th. 84.* ac quibus ipse specialiter concessit, ut Comitibus Palatinis, juxta

Dn. Eric. Maurit. p. 2. Conf. 8. num. 19. 24. Fritsch. in addit. ad Limn. l. 2. c. 9. n. 143.

3. Restitutio illa non facilè sine causa concedenda; suadet verò eam ætatis ratio, Reipubl utilitas, familiæ dignitas & majorum claritas; dein viam aperit Principali indulgentiæ vitæ emendatio. *l. 23. de nupt.* & meritum aliquod insigne subsecutum, hinc & transfugæ alios indicanti restitutio datur. *l. 5. §. ultim. de re milit. Besold. in delibat. Jur. fol. m. 96.*

4. Fit (utplurimum ad prævias supplicantis preces, Judicio Cæsaris Aulico porrectas, quod easdem Cæsari referri, atque dein, quod decretum desuper est, per Cancellariam Imperialem expediri curat;) vel disertis & specialibus verbis, veluti dum Diplomati hæc inseritur clausula; Wir setzen Euch in den vorigen Stand / Ehr und Würde / etc. *R. I. de anno 1526* §. und wiewol/ etc. vel tacite, ut si Imperator vel Princeps reum infamiâ laborantem hujus defectus conscius, ad dignitates & officia, ad quæ nemo nisi illibatæ famæ homo admittitur, promoveat, vel ab officio non removeat. *Besold. d. l. Limn. l. 4. c. 8. n. 304.*

5. Effectus ejus, si verbis illis generalibus Wir setzen Ihne in den vorigen Stand/ Würde/ Ehr und Herrligkeit/ etc. facta, est, quod impetranti inusta adimatur macula, quasi nulla inhonesta vita præcessisset, ac sublata prioris cri-

criminis memoria, ipse cæteris integræ existimationis hominibus æquiparetur. *l. 1. C. de sent. pass. & restit.* recipiat omnia pristina jura & bona, etiamsi à fisco jam fuerint occupata *l. 1. §. 10. de postul. l. 1. l. fin. C. d. t.* atque deinceps testimonium ferre & officiis publicis præesse possit, adeo ut nemo sine actionis injuriarum metu ipsi infamiam objicere queat, *Cravett. Cons. 168. pr.* Pœnam tamen pecuniariam non repetit. *l. un. §. 2. de L. Jul. ambit.* nec bona à fisco ante restitutionem alienata recuperat. *l. 2. C. de quadr. præscript. l. 24. §. 2. de minor.* nisi restitutio publicæ utilitatis ergò fiat, quo intuitu banno Imperiali notatum ac reducendæ pacis & concordiæ causa restitutum, etiam castrum ac territorium jam in alium per infeudationem translatum recuperare tradunt. vid. *Besold. d. l.* Hæc autem omnia secus se habent, si tantum deprecanti gratia promissa vel pœna remissa. *Limn. d. l.*

6. Pertinet huc illa restitutionis species, cum Princeps novo in singulas urbes introitu quasi felici ἐμβολῇ, captivos liberat & relegatos reducit. Sed hæc non tam est juris quam facti in gratiam Principum tolerati, nec consuetudinem perpetuam habet. vid. de eodem *Fritsch. tr. de Jure Intrada. cap. 6. num. 9. seqq. ibique alleg.*

7. XIV. Refertur inter Reservata Imperialia etiam *Jus legitimandi*, unehlich gebohrne

Ehrlich zu machen / *vi cujus Imperator per Rescriptum liberis naturalibus, & illegitimè natis jura ac Privilegia legitimorum liberorum confert.*

8. Hoc Jus soli Imperatori competere, nec Principes ac cæteros Imperii Status de eo participare, *Ahasverus Fritschius in Manual. Juris-Prud. Publ. voc. Legitimandi Jus. Besold. de Regal. cap. 2. num. 2. Bocer. de Regal. cap. 2. num 112. Stamler. de Reservat. §. 58. num. 8. aliique* statuunt. Quibus tamen contradicunt *Limn. 4. J. P. c. 9. num. 142. Myler. de Statib. Imp. cap. 54. Knipschild. de Civit. Imp. l. 2. cap. 4 num. 100. Joh. Georg. Simon. Diss. de Jurisdict. Territor. cap. 7. §. 2.* Statibus Imperii idem Jus quoad subditos suos competere asserentes, quam licet admiseris sententiam, (ut quidem propter rei evidentiam in praxi sese exerentem admittere teneris) manebit tamen nihilominus salva Cæsari Potestas per universum Imperium, ac in specie dein Magnatum & Principum, ac Comitum Imperii filios naturales legitimandi, & natalibus restituendi facultas, citra ullius consensum expedienda.

9. Et exercet quidem illam suam potestatem Imperator ipse immediatè, in Principum; Comitum & Baronum Imp. Liberis. (Num propriis quoque? Affirmat *Dn. D. Bardili, in Disp. de Judic. Imp. Aulico c. 5. sect. 10. §. 21. arg. l. 3. C. de natur. lib.* ibi: *Indignum est, ut qui sacratissimæ urbis ubere gloriatur, naturales suos*

suos non illustri ordine civitatis illuminet, &c. addens, hoc ab Imperatore quodam factum esse, testari Diploma in registratura reservatum, cujus lectionem amicus in copia concesserit, ubi habeatur, quod Imperator eas filias ex seipso & honestâ aliâs & bonæ notæ virgine procreatas, non ut Pater, sed ut supremus Princeps, auß Kayserl. Macht und Vollkommenheit/ legitimaverit) per Judicium scil. suum Aulicum, cui supplicantes preces suas repræsentare debent, sicut illud dein de iisdem Cæsari referat, atque pòst id, quod Cæsarea Sua Majestas desuper decrevit, per Cancellariam Imperialem expediri faciat. v. *Cap. Leop. art. 44. Joseph. 43.* In aliis inferioribus verò mediatè quoque per Comites Palatinos Cæsareos. Camera Imperialis autem, quamvis concurrentem cum Cæsare habeat Jurisdictionem, natalium tamen restitutionem petentis vota admittere non valet, cum litium solum decidendarum gratia constituta sit, nullis gaudens regalibus, nisi ad Justitiæ administrationem ea spectent. *Sixtin. de Regal. c. 4. n. 8. & 107.*

10. Jure Civili Roman. proprium legitimationis objectum constituebant liberi naturales, ex concubina h. e. muliere, quæ cum aliquo, eoque cœlibe, eoque rursus solo, quasi in forma & specie uxoris cohabitabat, nati. *Nov. 89. c. 12. §. 4. l. 144. de V. S.* reliqui verò ex injusta & damnata conjunctione, ut stupro, adulterio

& incestu prognati; beneficio legitimationis indigni censebantur. *Nov. 74. c. f. Nov. 89. c. 1. & 15.* Sed cum hodiè, concubinatu quoque per noviores Imperii LL. inter prohibitas & damnatas conjunctiones relato, vid. *Reform.* guter Policey / *de anno 1530. 1548. 1577.* tit. von leichtfertigen Beywohnungen / *Carpzov. Pr. Cr. p. 2. quæst. 70. n. 41. & JPr. Conf. l. 2. d. 235.* nulli liberi eo significatu naturales amplius reperiantur, objectum ejus, his nostris temporibus, liberos extra matrimonium ex stupro aut simili illicita conjunctione natos constituere tradunt *Schulz. ad §. fin. Inst. de nupt. lit. H. Hahn. ad Wesenb. titul. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Quod ipsum nonnulli & ad eos, qui ex adulterio & nefario complexu nati extendunt, ita tamen ut talem indulgentiam dispensationis potius, quàm legitimationis nomen mereri dicant. v. *Joh. Georg. & Christoph. Besoldi, Fratres, in delib. Jur. ad l. 1. Pandect. rubr. de legitimat.*

11. Modus in his consistit ut 1. liberorum, de quorum legitimatione agitur, interveniat consensus. *Nov. 89. c. 11.* si tamen ab ipso Imp. procedat, in infantibus quoque & furiosis eam vim suam exerere posse, communiter receptum est. 2. Ut ipse pater Principis] de legitimatione impertienda, imploret clementiam, precibusque inserat, se matrem liberorum ducere impediri. *Novell. 74. c. 1. & 2. Nov. 89. cap. 9.*

Si au-

Si autem pater decesserit, filio quidem non denegatur Imperialis gratia, sed tamen ea non præbet successionis commodum. *Novell. 89. cap. 10. Gilken ad l. Gallus §. & quid si tantum. ff. delib. & posth. hered. inst. n. 198.* 3. Ut precibus inseratur, an alii legitimi adsint liberi, horum enim omissa mentio legitimationem subreptitiè impetratam esse arguit. *Nov. 74. cap. 1.* existentia autem non omninò, præsertim hodiè, impedit. *Gail. 2. Observ. 242.* 4. Requiratur assensus eorum, quorum interest, si scil. pater filiis naturalibus non tantum ad successionem in bona sua propria, sed cognatorum quoque, aditum aperire cupiat. *Gilken. d. l. num. 234.* 5. Non omittatur causæ cognitio. *Gilken. num. 249.*

12. Effectus legitimationis est, quod legimati ex legitimis nuptiis natis pares fiant *Nov. 89. c. 9. in fin.* atque iisdem cum ipsis privilegiis & commodis utantur. *Fach. 4. c. 3.* Hæc tamen non adeo generaliter accipienda, quasi nulla omninò inter hosce per Rescr. Principis legitimatos & ex justo matrimonio susceptos subesset diversitas. Sunt enim casus non pauci, in quibus deterioris conditionis esse reperiuntur, qui per machinationem quandam Cæsarea intercedente gratia legitimorum in ordinem relati sunt, ut loquitur *Justin. in Nov. 89. c. 11.* Sic 1. non admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas invito Pontifice juxta *Curt. Cons. 13.*

Sed

Sed vid. *Myler. ab Ehrenbach. Gamol. c. 26. n. ult.* nec in Camera Imp. Adſeſſoris officio fungi poſſunt ex mente *Mynſingeri. 4. Obſ. 31. Blumii Proc. Cam. tit. 7. num. 31.* 2. non comprehenduntur ſtatuto fœminas, maſculis extantibus, â ſucceſſione arcente *Grav. 2. concl. 140.* verba namque ſtatutorum propriè ſunt intelligenda, legitimati autem hi propriè non dicuntur legitimi. *Cavall. q. 2.* 3. non excludunt ſubſtitutum ſub conditione: *Si ſine liberis legitimis deceſſerit. Gilken. alleg. ll. num. 248.* præſertim ſi ſubſtitutus non ſit extraneus, ſed teſtatoris conſanguineus, ac teſtator fuerit nobilis in dignitate conſtitutus, honeſtæ vitæ & converſationis, ut inde facilè conjici queat, eum familiæ ſplendorem ſpurio & inſititio germine inficere & obſcurare, prohibitæque libidinis monumenta extollere nunquam voluiſſe. *Mant. de conject. ult. vol. l. 11. t. 10. n. 34.* Si tamen de contraria teſtatoris voluntate ex verbis teſtamenti vel aliunde appareat, non injuria ſubſtituto legitimatus præferetur. *Mant. d. l. n. 18.* 4. Nec ad delationem armorum ſive inſignium familiæ aſpirare poſſunt. *Theod. Höppingk. de Jure inſign. cap. 7. §. 4. num. 212.* qui tamen *ſeq. 218.* hanc addit declarationem: Niſi legitimatus per Reſcriptum expreſſe quoque & nominatim ad Jura inſignium habilitatus fuerit; quo tamen in caſu ei delatio armorum non niſi cum adjectione Barræ in medio

per

per transversum competere potest, ut tradit *Höppingk. d. l.* & ipsum secutus *Myler. ab Ehrenbach Gamolog. cap. 25. n. 9. 10.* 5. Non succedunt in feudis. *2. F. 26. §. naturales. Gœddaus Disp. Feud. 7. th. 4. Myler. ab Ehrenbach Gamolog. d. c. 25. num. 1. seqq.* nisi ab ipso feudi Domino, aut certè eo & agnatis consentientibus à Principe, ad feuda legitimentur. *Vult. de feud. c. 9. num. 93.* Cæterum de consensu Domini, qui quidem sufficit in feudis novis, & agnatorum, qui insimul in feudis antiquis requiritur, deficiente, hos legitimatos à jure successionis in feudis alienos putamus, ut cunque de Principis legitimantis voluntate liquidò constet. *arg. 1. F. 13. c. 1. l. 2. in fin. de natal. restit. l. 11. de R. I. l. 3. l. pen. C. de prec. Imp. offer. Vult. d. l. Gœddaus d. l. Struv.. S. I. F. c. 9. aph. 2. num. 9. seqq. Fachin. 7. contr. c. 49. & seq. Casp. Bitsch. ad 2. F. 26. §. naturales. p. 412. & seq.* Diss. Dn. *Rhet. Comm. in Jus Feud. Comm. l. 1. t. 8. num. 19. seqq. p. 303. seq. Gail. 2. O. 142. n. 13.* Plura de hac materia vide *in Dn. Jac. Ottonis Hypotyposi Legitimationis illegitimorum.*

13. XV. *Jus absolvendi à Juramento ad effectum agendi* (Einem seine gegebene Vrphede gegen den Herren/ so ihn verurphedet hat/ relaxiren/ damit er sich gegen selbigen Rechtens gebrauchen möge) *est, quo Imperator alicui juramentum iniquè extortum relaxat, ut sine perjurii metu agere possit.*

14. So-

14. Solent nonnunquam domini ſubditos ſuos, Senatusq; Cives ſuos innocentes ob cauſas merè civiles iniquè carceri impingere, non prius eos dimittentes, quam ſi ſub jurisjurandi religione promiſerint, ſe nullo modo (weder mit/ noch ohne Recht) carceris injuriam vindicaturos; (cautio hæc Urpheda à noſtris vocatur.) Ne verò ita juramentum vinculum *iniquitatis* evadat, æquiſſimè conſtitutum eſt, ut ſubditis, civibusve iſtis ſupplicibus relaxatio à tali juramento ad effectum agendi vel excipiendi impetrare liceat. *Ord. Cam. p. 2. tit. 24. Gail. 1. O. 22.* poſtquam ſcil. à carcere liberati; nam ante liberationem captivus non rectè petit relaxationem juramenti ad effectum agendi, quia ſic perjurium committeret, perjurii exceptio autem eſt exceptio litis finitæ. Poſtquam verò dimiſſus eſt, & ſe gravatum ſentit, probè agit pro relaxatione. *Gail. d. O. 22. num. 2.* Nondum dimiſſus tamen Mandatum pro relax. captiv. impetrare poteſt; atque ſi urphèdam nondum præſtiterit, ſimul Mandatum de non gravando illicitâ Urphedâ obtinere valet. *Blum. Proc. Cam. tit. 35. n. 5.*

15. Vindicant equidem hanc juramenti relaxandi poteſtatem Canoniſtæ Pontifici, vel Judici Eccleſiaſtico *per c. 13. x. de judic. Covarruv. 1. var. reſol. c. 4. num. 5.* Sed vid. *Myl. de Stat. Imper. c. 44. num. 4. Beſold. in delib. Jur. l. 1. p. m. 118.* Et Imperatori ac Cameræ Imperiali

riali in Imperio noſtro eam competere, dubium amplius habet nullum, propter *text. Ord. Cam. p. 2. t. 24. & R. I. noviſſ. de anno 1654.* §. als ſich dann ꝛc. *164. in fin. Gail. 1. O. 25. Mynſ. c. 3. O. 99. Schüz. vol. 2. d. 8. th. 16. lit. c.* Sed & aliis Imperii Statibus remittendi Jurisjurandi poteſtatem competere, Praxis docet & confirmat. *Myler. d. l. n. 5.* Regali tamen jure carentibus hancce facultatem tribuere, periculoſum eſt: non ſolùm ne religioſum jurisjurandi vinculum vileſcat, ſed etiam ut infamiæ maculæ, quæ ex ſpreta juramenti religione facilè ſequi poteſt, ritè occurratur & conſcientiæ ſcrupulus adimatur.

16. Impetrare autem iſtam abſolutionem debent omnes, qui juramento inique circumventi, & ſine perjurii metu jura ſua proſequi volunt, ſive majores ſive minores ſint; heres tamen injuſtam defuncti obligationem juratam propter juramenti perſonalitatem, citra juramenti relaxationem, infringere poteſt. Non autem concedenda eſt, niſi juſta adſit cauſa & præceſſerit cauſæ cognitio, ſummaria ſaltem. *Gail. 1. Obſ. 22. num. 4. Myler. d. l. n. 12. 13.* Quæ cum fieri nequeat ſine partis adverſæ (utpote quæ per hanc relaxationem lædi poſſet; quia per eam aperitur via agendi, atque tollitur exceptio juramenti) præſentia, omninò ejus requiritur quoque citatio, *Schüz. d. D. 8. th. 17. l. D.* ad quam obtinendam in Camera hæc tria

requi-

requiruntur 1. ut reus, qui juramentum exegit, immediatè Cameræ subsit, aut aliàs causa immediatè ad Cameram pertineat. 2. ut causa merè sit civilis, ob quam actor in carcere sit detentus 3. incarceratus in elogio jurato (in der Urphede/ cujus copia, modo à reo obtineri potest, simul cum supplicatione est producenda) se nec carcerem vindicaturum, nec jure contra formam juramenti experturum promiserit. *Blum. Proc. Cam. tit. 35. num. 2. ubi in seqq. ulteriorem Processum latius describit.* Sed si notoriè constat de turpitudine & injustitia rei recipientis juramentum, vel reus se offerat ad respondendum, sine prævia citatione fieri potest relaxatio per extrajudiciale decretum. *Blum. ibid. num. 15.*

17. Effectus est, non ut radicitus evellatur obligatio, virtusque, quæ ex juramento accedit, contractui, destruatur, sed ut jurantis solum persona apta reddatur, quo sine metu perjurii actionis viam ingredi, vel exceptionis subsidio sese defendere queat. Supervacua autem est petitio relaxationis hujus, ubi vel juramentum verè non est præstitum, sed tantum quod Jure civili isti æquiparatur, vim ejus quâ animæ vinculum non habet: (vid. *Carpzov. p. 2. const. 36. d. 8.*) vel si de eo, quod actor intendit, non est juratum; veluti cum de reparando damno acturus, tantum de non vindicandâ injuriâ, vel saltem de privatâ vindictâ

jura-

juravit; (*Carpz. d. c. 36. d. 5.*) vel si juramentum plane & notoriè est invalidum atque non obligatorium; *Gail. 1. O. 22. n. 7.*) vel si contra quem petens acturus est, juramentum remittit, (*Carpz. d. c. d. 6.*) quod non modo fit expresse, sed etiam tacite, cum reus sine oppositione non factæ relaxationis actioni respondet, vel si sua relatione prævenit & Judici negotium submittit.

CAPUT XVII.

De Iure concedendi literas moratorias universales, & Nundinas solennes ac majores.

XVI. J*Us concedendi literas moratorias*, (Quinquennel oder Anstands-Brieff außzugeben) Vi hujus reservati Imperator debitoribus casu fortuito non solvendo factis, humanitatis & æquitatis intuitu, ad certum tempus dilationem non respuentium contra rigorosos creditores, ad humillimam ipsorum implorationem, datis moratoriis, concedit.

2. Vocantur hujusmodi literæ moratoriæ alias vulgò *Quinquennales*, Quinquennell/ quia regulariter ad 5. conceduntur annos, Jure Saxonico Eiserne-Brieff appellantur, quod intra illud tempus, quo debitor ad solutionem compelli haud potest, Saxones dicunt, Er

sey Eisen worden/ *Hering. de fidej. c. 5. num. 102.* eo fortè, quod debitores ob impetratam dilationem quasi cauterio notati, vel contra rigorosas creditorum exactiones ac molestationes, firmissimo quodam pectorali induti ac perdonati, imò firmi & impenetrabiles effecti sint, sicque à quibusvis eorum inquietudinibus, increpationibus & vexationibus liberi. A Gallis *Lettres de respit* & nonnunquam simpliciter *respit*, vel cum adjuncto: *respit de cinq ans* dicuntur, eò quod respirare debitoris faciant substantiam.

3. Concessio earum procul dubio summi pars est Imperii, adeoque ad Summum Principem, in Imperio nostro ad Imperatorem & ad ipsius Reservata pertinet. vid. *l. 2. C. de prec. Imp. offer. Ref. Pol. August. de anno 1548. tit.* von verdorbenen Kauffleuten §. und nach dem. & *Francofurt. de anno 1577.* §. Wann auch solche/ ꝛc. ibi: So meynen Wir hiemit ernstlich und wollen/ daß Ihnen solche moratoria und Quinquennel hinführo nicht mehr gegeben werden sollen/ Wir oder Unsere Nachkommen/ Römische Käyser oder König/ ꝛc. ubi expreßè Imperator sibi & Regi Rom. hanc potestatem concedendi quinquennales gener. reservat. add. *R. I. de anno 1654.* §. Dieser Unserer bißher ꝛc. 175. Habent tamen potestatem concedendi speciales quoque Principes, cæterique Imperii Ordines *Heig. p. 2. q. 2. Stephan. de Jurisdict.*

risdict. p. 1. c. 7. num. 389. Myler. de Stat. Imp. c. 55. num. 1.

4. Aditus ad hoc nostrum beneficium omnibus patet debitoribus, qui nullâ suâ culpâ, sed fortunæ injuriâ facultatibus lapsi, die auß unversehenen zugestandenen Unfällen ihre Leib und Güter verdorben / und auffgestanden seyn. *dd. Reform.* sive sint mercatores sive aliæ personæ, non obstante, quod *alleg. Reform. Pol.* mercatorum obæratorum tantum faciant mentionem; in tantum, ut nec toti alicui communitati, collegio atque universitati via sit præclusa; Sic exemplar quinquennalium civitati Goslariæ à Ferdin. II. concessarum refert *Limn. l. 7. c. 19. num. 6.* imò & Judæis ad illud aspirare liceat, ut rationibus & præjudiciis firmat *Wilhelm. Ant.* Freundeberg *de rescript. morat. concl. 19.* Indigni vero eo sunt dolosi decoctores *d. Const. Imp.* debitores ex causa delicti *arg. l. 31. depos. Herm. Hermes. F. J. P. c. 11. n. 118.* qui creditoribus debitum repetentibus ab initio dolosè illud denegarunt, & qui fugæ se accingunt. *B. Dn. Lauterb. de benef. rescript. morat. c. 4. n. 14. 15.*

5. Concessionem præcedunt, preces & petitio debitoris obærati, ut patet ex *rubr. C. de prec. Imper. offer. & Diplomate Ferdin. II. Goslariensibus concesso*: ibi: daß uns erstgemeldter Rath zu G. in Unterthänigkeit zu erkennen geben. Hæ autem preces sequentia conti-

nere debent. 1. Exponenda & probanda jactura ex casu fortuito, incendio, naufragio, &c. *Reform. Pol. de anno 1548. tit. 22.* ibi: daß sie auß unversehenen zugestandenen Unfällen ihre Leib und Güter verdorben und auffgestanden seyen. 2. Præsens solvendi difficultas, vel potius impossibilitas, quæ prout longiores vel breviores postulantur induciæ, vel juramento vel aliis legitimis modis docenda. 3. Qualitas debiti, num tale sit, inque ea etiamnum conditione, (v. g. quod nondum in rem judicatam transierit,) ut recipiat inducias; quo etiam spectat tempus debiti contracti, cum adversus crediti, in quod nuper admodum ivit, exactionem, frustra petat inducias debitor. *Faber. l. 1. Cod. t. 9. d. 20. num. 18.* 4. Prioris rescripti, quod jam ante obtentum, mentio. 5. Adjungendæ erunt, si haberi possunt, literæ testimoniales Magistratus inferioris, sub cujus ditione domicilium habet supplicans. *d. Reform. cit. rubr.* ibi: daß dieselben Kauffleute glaubliche Uhrkunden oder Schein vorbringen/ rc. 6. Requiritur intentio debitoris petentis, quâ omnino cogitet se posthæc sincerè ex soluturum. vid. *d. Diploma. apud Limn. all. loc. num. 6.* ibi: deß allerunterthänigsten Erbietens/ rc.

6. Aliud ipsi maximè necessarium supplici libello inserendum requisitum ponit *Finckelth. in Disp. de morat. Præscr. th. 4.* ut nimirum

rum idonea pro solutione præbeatur fidejussio, ex *l. 4. C. de prec. Imp. Off.* Sed utut hanc fidejussionem, si creditores eam petant, etiam adhuc hodiè, (vid. *Carpzov. in Asyl. debit. c. 4. Posit. 61. num. 33.*) necessariam esse concedamus, (ita tamen, ut si debitor obæratus fidejussores invenire nequeat, eum ad cautionem pignoratitiam, ac si eo tempore nec ulla bona possideat, ex æquitate ad juratoriam quoque admittendum esse, non negemus, cum *Mev. in Discuss. levam. inop. debit. cap. 6. num. 152. & seqq. Brunneman. ad l. 4. C. d. t.*) attamen eam libello inserendam nequaquam asserimus, & contrarium firmatur ex iis, quæ ipse *th. 11. lit. b.* tradit.

7. Cæterum non omnia debita has admittunt inducias, excipiuntur enim 1. debita ex delicto. 2. Debita opificum & mercenariorum, qui quotidiano sudore & operâ se suosque alere & sustentare solent. 3. Debita pupillaria. 4. Quæ Ecclesiæ, aliisve piis locis debentur. 5. Quæ inopi & majore paupertatis necessitate oppresso debentur. 6. Restitutio depositi. 7. Debita ex venditione eduliorum & rerum comestibilium in pleno, quod ajunt, foro venalium. 8. Debitum alimentarium. 9. Debitum dotis. 10. Debita recens contracta. 11. Debita futura. 12. Etiam debita fiscalia huc commun. referuntur, de qua tamen exceptione dubitare

 licet,

licet, cum Imperator in ſui præjudicium utique poſſit concedere privilegium, adeoque & ſi hoc non expreßè in reſcripto dixerit, tacitè tamen hoc voluiſſe præſumendum ſit. 13. Debita jurata. 14. Debita, in quibus huic beneficio expreßè renunciatum, quamvis & hiſce duabus exceptionibus derogari poſſit, ſi Imp. in reſcripto expreßè juramenti & renuntiationis faciat mentionem. Plura vid. apud *Limn. d. c. 8. num. 335. Wilhelm. Anton.* Freundeberg. *d. tr.*

8. Tempus, ad quod induciæ à Principe conceduntur, interdum brevius, ut annale, interdum longius, ut biennale, triennale, quadriennale & quinquennale, quod quidem in Praxi magis receptum & frequentius, (unde & nòmen Quinquennel exortum,) ut tamen quinquennii metâ poteſtas ejus non ſit circumſcripta, ſed longiorem etiam induciarum terminum, circumſtantiis ſingulariter hoc ſuadentibus, indulgere queat, ſic Ferdinandus II. Civitati Goslarienſi octennales conceſſit, quales etiam ante aliquot annos obtinuerunt Civitates Imp. duæ Argentoratum ſc. ac Wormatia, teſte *Balthaſ. Venat. relat. Comit. 3. num. 31.* Et Electori Palatino reſcriptum moratorium reſpectu debitorum antiquorum ad 20. annos indultum, ut conſtat ex Reſcripto Imperatoris Ferdinandi III. de dato Pragæ 1654. die 5. Màji. Incipiunt autem regulariter impetratæ in-

tæ induciæ à tempore concessionis currere. *arg. c. 7. x̃. de rescript. Faber. l. 1. t. 9. d. 2. n. 3.* & iterato quoque ex rationabili causa concedi possunt.

9. Effectus harum induciarum est, 1. quod impediant & suspendant executionem, ita, ut debitores intra tempus in rescripto conceptum à creditoribus, nec ratione sortis, nec ratione usurarum, molestari queant, (quam securitatem quidem præstant per totum Imperium,) sed ipsis interea liceat respirare & cogitare de modis solvendi (exigendo debita sua, in quibus alios obstrictos habent) quo ad pinguiorem fortunam evecti dein commodius finita dilatione creditoribus suis satisfacere possint. Sed *an etiam cursus usurarum per has quinquennales ab Imp. indultas sistatur, nec ab eo tempore, ex quo indultum impetratum, usque ad id, quo finitur, interusurium petere liceat?* mirum in modum controvertitur. Disting. inter usuras ex conventione debitas, & eas, quæ ex morâ Judicis officio debentur. Harum cursum sisti, cum communi Dd. scholâ adhuc affirmamus, non obstantibus iis, quæ movet *Dn. Lyncker. in anal.* hîc, cessante enim mora velut causa & fundamento usurarum præstandarum, interesse non committitur. *l. 40. d. R. C. l. 3. de cond. trit.* at eum qui à Principe inducias moratorias impetravit in mora non esse patet, quia in mora non est, cui ju-

sta causa adest, cur non præstet & ob quod compellatur. Illarum verò cursum in dubio per indultum moratorium, ad terminum, in quo illud desinit, usque inhiberi negamus, exactionem saltem usque ad dilationis finem suspendi statuentes, cum *Anton. Cucho de morat. præscript. num. 148. Ant. Faber. Cod. Sabaud. l. 1. t. 9. d. 8. Lauterbach. de benef. rescript. morat. th. 40. Finckelth. cit. disp. quæst. 4. & Obs. 47. Richter. dec. 74. num. 59. Mev. Disc. levam. inop. debit. c. 4. sect. 8. num. 31.* Non tamen dubitamus, quin Imperator quoque illas ad commendationem Electorum atque Statuum, exigente idipsum Reip. utilitate & summâ debitoris inopiæ miseriâ, vel in totum vel quoad partem expreßè remittere queat. vid. *R. I. de anno 1654.* §. die verflossene und noch unbezahlte pensiones, &c. 173. 2. Quod durante hoc tempore dilationis præscriptio adversus creditores non currat. per *l. 2. C. de prec. Imp. off. l. ult. C. qui bon. ced. poß.* Cessionis autem beneficium per hoc nostrum beneficium semel concessum excludi, tàm invitâ Jurisprudentiâ statuitur, quàm ejus effectus ad alios extenditur.

10. Cessant autem & illi duo assignati veri effectus, si rescriptum contra jus per sub- & obreptionem impetratum *tot. tit. C. Si contra jus vel util. publ.*

11. XVII. *Jus concedendi nundinas solenniores,* Messen und allgemeine Märckte zu verstatten

und

und zu privilegiren. *Nundinæ* quasi novendinæ à *novem* & *dies* dicuntur, eo quod olim apud Romanos rustici nono quoque die, intermediis octo rei rusticæ consecratis, intermisso rure ad mercatum, legesque accipiendas, in urbem convenirent; quantumvis autem hodie res sit immutata, nihilominus tamen retinetur nundinarum nomen, pro quo etiam passim à Classicis vox *mercatus* Synonimicè usurpatur, quanquam alii ita distinguant, quod nundinæ fuerint commercium civium & agricolarum, mercatus verò commercium civium cum peregrinis; aliam adhuc inter mercatus & nundinas differentiam assignat *Cujac. in parat. C. de nund.*

12. Dividuntur communiter in *solennes, generales, celebriores vel majores* & *in minus solennes, particulares, vulgares sive minores.* Solennes sunt mercatus publici ac privilegiati supremi Principis authoritate ob utilitatem commerciorum legitimè constituti, longâve consuetudine acquisiti. Germ. dicuntur, freye offene Messen/ quod vocabulum *Speidel. in voc.* Meß. *Gryphyander in tr. de Weichbild. Sax. c. 47. num. 29.* à Missis Pontificiis. *Benjam. Leuberus* verò à Missis sive Officialibus Imperatorum; sed rectius *Limnæus* à Messen/ daß auff solche Zeit die Waaren gemessen/ außgemessen und verkaufft werden/ derivat. *Minus solennes*, quæ in vernacula Märckte vel Merckte/ (quæ vox est à mercatus) vocantur, rursus subdivi-

dividuntur in *Anniversarias*, Jahrmärckte/ & *Hebdomadarias*, Wochenmärckte.

13. Nundinas solennes ac generales concedendi potestas in Imp. nostro est solius Imperat. per *R. I. de anno 1576.* §. dadurch dann/ꝛc. ibi: Kayserl. besondere Hoheiten und Reservaten. *Reinking. l. 1. c. 6. num. 156.* ita tamen, ut in ejus absentiâ Rex. Rom. ipso vivo electus, & Imperio vacante Serenissimi Domini Vicarii idem jus omnino quoque exercere queant, licet nullum forte allegari queat exemplum & concessio moram patiatur, nec quicquam obstet, quo minus etiam solennium nundinarum privilegia immemoriali præscriptione acquirantur, cum ea quoque vim tituli & concessionis justè atque decenter à Principe factæ, ac Constitutionis Imperialis habeat. *Fritsch. de reg. nund. jur. c. 4.* Ne autem concessio ejusmodi publicorum ac privilegiatorum mercatuum aliis damno cedat, solet Imperator prius adjacentes & vicinas civitates, quarum interesse possit, desuper audire *Gail. 2. O. 69. n. 24. 25.* quanquam id non sit de absoluta necessitate. *Fritsch. d. c. n. 77.*

14. Præcipua ac frequentiora, quibus nundinæ hæ solennes majores gaudent, privilegia, sunt sequentia. 1. Quod mercatores ad easdem proficiscentes publicâ gaudeant securitate, quæ in accessu & recessu non tantum eorum personis, etiamsi sint Judæi, nam nec hi in nun-

dinis

dinis solennibus à commerciorum usu excludi queunt, licet in ea ditione, quâ illæ habentur, aliàs non tolerentur, juxta *R. I. de anno 1551. §.* diesem zu begegnen ꝛc. ibi: doch sollen den Juden ꝛc. sed mercibus quoque debetur. Ad hanc securitatem publicam tuendam hodiè receptus est *Salvus conductus*, vulgò das Geleid/ *qui* nihil est aliud, quàm *justum immunitatis à personali offensione & injuria, rerumque damno, præsidium, ab eo, qui jus concedendi habet, per vias publicas euntibus ac redeuntibus præstandum*; & interdum saltem literis, quas Geleids-Brieffe/ Schrifftlich Geleid appellant, plerumque verò adjunctis equitibus, qui Geleids-Leuthe oder Geleids-Reuter/ vocantur, præstatur, diciturque tùm das Persöhnliche oder lebendige Geleid *Maul. de jur. conducend. tit. 5.* Cohæret autem jus conducendi, tanquam pars, Superioritati territoriali regulariter. *R. I. de an. 1548. §.* Ferner zu noch mehrer. *de an. 1555. §.* nach dem aber ein jeder. & *de an. 1566 §.* nach dem aber ꝛc. Quandoque tamen & in alieno territorio vi longissimæ consuetudinis aut præscriptionis, privilegii vel pacti exercetur. *Ottinger. de jur. & contr. lim. l. 1. c. 9. n. 29.* uti Serenissimus Noster per Urbem Imperialem Gemünd/ & per territorium Civitatis Eßlingen; Landgravii Hassiæ per Wetzlariam, Fridbergam, districtum Huttenbrigicum, & per tractum Wetteraviæ, non attentâ Superioritate territoriali,

quæ

quæ ad Moguntinum, Comites Solmenſes, Hanovienſes, Iſenburgicos & alios pertinet, usque ad Speculam Francofurtanam, biß an die Franckfurter Wart/ exercent &c. vid. *Fritſch. de viis reg. c. 12. num. 9.* 2. Quod durantibus iis prætextu debiti mercatores, qui mercatus cauſa convenerunt, eorumque merces ab omni detentionis, pignorationis vel exactionis moleſtia ſint immunes, & plenâ fruantur libertate. *l. un. in f. C. de nund.* Pertinet autem hòc Privilegium ſaltem ad debita civilia privata. *d. l. un. ibi: ſub prætextu privati debiti:* non ad publica. *Zaſ. ad tit. de nund. n. 3.)* & quidem ex communi Dd. ſententia, ad ea tantùm etiam, quæ in ipſis nundinis contracta ſunt (*v. Peck. de jur. ſiſtend. c. 4. num. 4. Berlich. p. 1. concl. 77. num. 8. Carpz. p. 1. c. 30. d. 26. num. 4. Myler. de Princip. Imp. c. 58. num. 4. Klock. de contribut. c. 3. n. 79. ſeqq.*) Sed tamen ad poſterioris generis debita, non minus quam ad priora, illud pertinere defendunt *Struv. exerc. 50. th. 82. Bachov. & Hahn. ad Weſemb. tit. de nund. n. 2. & noviſſimè Fritſch. c. 7. n. 8.*

15. Hoc autem nundinarum ſolennium privilegio nequaquam gaudent banniti, excommunicati, excommunicatione ſcil. majore, relegati, homicidæ, fures, ſacculari, & burſicopi, Spitzbuben/ Beutelſchneider/ aliique malefici & ſcelerati, ſed imò quotidiè ejusmodi generis homines, durantibus etiam nundi-

nundinis, & justissimè quidem, incarcerari videmus. Porrò excludit illud specialis debitorum renunciatio, singulare Privilegium, de quo Francofurtum & Fridberga gloriantur, dicentes sibi liberè cujuscunque sortis homines tam intra nundinas, quam extra mercatus arresto detinere licere, fugæ vel banccæ ruptæ suspicio, sed non juramentum, quo obligatio firmata. *Fritsch. d. c. 7. n. 30. & multis seqq.* In genere denique cessat nundinis finitis, postquam scil. signum publicum finitarum nundinarum per campanam datum, wann der Marckt außgeleutet worden. Ex quo prono alveo fluit sequenti septimana exsolutioni debitorum destinata, in der Zahlwochen / arrestum petenti ex justa causa neutiquam denegatum esse. *Carpz. p. 1. c. 30. d. 28.* Sicuti nec illis in locis, per quos mercatores ad nundinas transeunt, vel finitis iis redeunt, arresta decerni prohibentur. *Carpz. d. l. Berlich. p. 1. c. 77. n. 9. Fritsch. c. 7. num. 69. seq.*

16. Adduntalii 3. & hoc, quod mercatores tempore nundinarum à tributis & vectigalibus sint immunes, vid. *Myler. c. 58. num. 5. ibiq; alleg.* Sed hoc nec *alleg. l. un. C. de nund.* nec usus hodiernus probat. vid. *Gothofr. ad d. l. un. lit. q. Fritsch. cap. 8. ubi num. 18. & seqq.* etiam rectè notat illos, qui ementem rem furtivam in nundinis, eam non nisi restituto pretio vero domino restituere teneri, statuunt.

17. Ejus-

17. Ejusmodi ſolennes ac prædictis privilegiis munitas nundinas majores à Friderico II. Imperat. Francofurtenſes obtinuerunt, quas ipſis Carolus IV. ſub prætextu commiſſi criminis Majeſtatis abſtulit, & Moguntiam, ubi & anteà fuerant, tranſtulit, ſed pòſt interceſſione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandenburgici reſtituit. *Peucer. Chron. Car. lib. 5.* Lipſienſes à Maximiliano I. *anno 1497. & 1507.* quas Carolus V. *anno 1521. & 1547.* confirmavit Argentoratenſes **Jährlich vom S. Johannis Tag in die 14. Tag lang zu halten** ex Privilegio Sigismundi de *an. 1414. 1436.* quod poſt à Friderico III. confirmatum *An. 1452.* Naumburgenſes per privilegium, neſcio à quo Imperatore, conceſſum.

18. Nundinas minus ſolennes anniverſarias (quæ quandoque in ſimplici nundinarum nomine non perſiſtunt, ſed in aliud tranſeunt & dicuntur e. gr. **Vieh-Märckte** (cujus generis celebriores, ad quas non ſolùm ex vicinis locis, ſed ex longinquis etiam terris, ut ex Polonia vel aliunde, animalia aguntur, ſunt **die Vieh- und Ochſen-Märckte/** quæ *Lipſiæ* in Miſnia, *Budſtadii* in Thuringia, *Bambergæ* in Franconia habentur,) **Schmaltz-Märckte/ Flachs-Märckte/** à potiori videlicet, nam tametſi aliæ quoque advehantur merces, attamen ab abundantiori illis nonnunquam ita nomen aliquod ſpeciale imponi novimus, *Limn. tom. 1. in addit.*

dit. ad lib. 4. c. 8. num. 302.) vi Superioritatis Territorialis suis in Provinciis Status Imperii instituunt, nec dubitamus, quin ipsi quoque in hisce nundinis provincialibus eadem, quibus solennes gaudent, Privilegia subditis suis, invitis licet vicinis, quorum nundinæ forsitan per hoc deteriorantur, rectè impertire queant, cum *Limn. lib. 4. c. 8. num. 311. Myler. de Stat. Imp. c. 58. num. 7.* Quicquid etiam dicat *Schuz. vol. 1. D. 6. th. 21. lit. C.* cumque secutus *Stamler. §. 61. num. 8. Fritsch. d. tr. c. 9. num. 3. 4.* qui ipsemet tandem *in fin. num. 5.* in hanc concedit sententiam. Hebdomadarias, quibus ex vicinis pagis adventantes rustici annonam, aliaque ad victum necessaria, in foro civitatis venum exponunt, cujusvis loci Magistratus instituere potest, etiam sine speciali superioris concessione. *Besold. Thes. Pract. voc.* Meß. quanquam hodiè non raró superioris consensus ad earundem institutionem peti soleat.

19. Nundinarum affinia sunt Jus Emporii & Stapulæ, quæ promiscuè accipiunt aliqui, revera tamen sunt diversa & distincta jura, differentiam autem eorundem graphicè depictam accipe his *Benj Leuberi* verbis: Wo schlechte Jahrmärckte und Messen seyn/ ohne Niderlag und Stapelgerechtigkeit/ da mag ein jeder Waaren zu und wieder abführen/ feyl haben/ verkauffen/ und nicht verkauffen/ wie er will/ er hat dessen allen guten freyen Willen. *l. 1. & 2. de nund.*

nund. Wo aber Stapelrecht ist / da mag man wol die Waaren zuführen / allein man muß sie auch feyl haben / einsetzen / und niederlegen / und hat solche Freyheit in kauffen und verkauffen nicht. Das jus emporii nun erstreckt sich noch weiter / und ist vom jure nundinarum und jure stapulæ dergestalt unterschieden / daß / wo ermeldte nundinæ und stapulæ seyn / da mag auch ein frembder Waaren zuführen / und ein ander frembder Handelsmann die Waaren abkauffen / und haben dabey die Einwohner deß Orts / da Jahrmärckte und Stapel gehalten werden / mehr nichts / denn gute bequeme Gelegenheit zu handeln / und daß der Obrigkeit Zölle / Wehrgeld / Marckgeld / und Accisen vermacht wird / und daß die Einwohner etlicher Orthen den Vorkauff vor andern haben. *l. 2. ubi gloß. verb. tradere v. hac ff. de nund.* Aber wo das jus emporii in vollem Flor ist / da mag ein Frembder wol frembde Waaren zuführen / und muß solche niederlegen / und deß Orths verhandeln / oder verkauffen / und zwar allein den Einwohnern: Aber an solchem Orthe dörffen Frembde von Frembden keine Waaren erhandeln und erkauffen / sondern die Frembden müssen diejenige Waaren / so sie erhandeln und erkauffen wollen / alleine von den Innwohner deß Orths kauffen / erlangen und handeln / prout ita sese habere jus emporii, allegavit Senatus Hamburgensis in publico scripto Anno 1620.

adver-

adversus Duces Brunsuic. civitatesque Luneburg, Havelsberg, & Buxtehud edito. *Fritsch. c.10.n.8.*

20. Extinguitur hactenus explicatum Jus nundinarum vel *translatione*, vel *amissione*: circa illam quæri solet: *Num Imperator vel Princeps nundinas civitati concessas pro lubitu revocare possit, etiamsi eas per longissimum tempus exercuerit?* Cùm autem nundinarum privilegium sit mixtum, partem, mercatum, scil. qui omnibus est permissus, & originem ex jure Gentium trahit. *l.5. ff. de I. & I. ibi: commercia, &c.* ex jure communi, partem vero, plenam scil. securitatem & salvum conductum pro rebus & personis eo venientibus, certo respectu ex Principis privilegio habens, absque justa, legitima ac gravi causa, in publica utilitate & necessitate fundatâ, revocari non poterit, maximè quando per diuturnam usurpationem quasi in contractum transiit. *Myler. in add. ad Rumel. P.2. D.4. th.7. lit. A. & de St. Imp. c.58. num.9. Fritsch. d.tr. c.12. num. 7. seqq.* Non habet vero civitas hoc nundinarum jure gaudens, quod conqueratur de injusta ademptione, si in Principem fuerit ingrata, ejusque atrociter læserit Majestatem vel Superioritatem, vel si concesso suo abutatur privilegio, per immodicas & insolitas impositiones, telonia, portoria, pedagia, datias, gabellas, assisias & sexcenta alia exactionum genera nundinato-

 res

res eorumque merces in accessu & recessu pertinaciter gravans *Fritsch. d. c. n. 39. 44. seqq.* Circa hanc notandum, quod nundinarum privilegium non tantum expressâ ac speciali renunciatione extinguatur, si modò citrà singularem communis Reip. necessitatis ac utilitatis respectum nundinæ concessæ fuerint. vid. *Fritsch. d. c. num. 49.* Sed etiam per non usum 10. annorum amittatur, si scil. civitas nundinis uti potuerit, & non tamen usa sit. *l. 1. ff. de nund. ibi Dd. Mev. part. 2. dec. 1. Gail. 2. Obs. 60.*

CAPUT XVIII.

De Iure dandæ civitatis & postarum generalium.

XVIII. JUs *dandæ civitatis* (Stadt auffzurichten/ Stadtrecht zu schencken) *Imperatoris Reservatum est, quo ipse vicum, pagum aut aliam communitatem jure civitatis donat,* sive *quo ex communitate, quæ nondum est civitas, civitatem facit, eique privilegia civitatis confert, ut mœnia circumducere, extruere curiam, Consules & Senatores habere possit.* German. Einem Orth das Stadt- oder Marck-Recht geben/ sive ein Orth mit Weichfried begnädigen. *Speidel. in voc.* Handschuch. Vocabulum autem Stadt à Romanis stativis derivatum esse notat *Joh. Herold. Comment. de Roman. in Rhetia littorali station. c. 11. Romani enim* inquit, *uti alias*

alias voces suas plerumque abbreviatas scripserunt, sic pro stativa sive statione syllabam Stat. ponere consueverunt, hinc vox illa Stat a Germanis in usum linguæ suæ recepta municipiis mansit.

2. A dicto Jure civitatis, vom Stadt-Recht/ omninò distinguendum est Jus civilitatis, das Burgerrecht/ quod frequentissimè Jus civitatis quoque dicitur, non autem est de Reservatis Principis, sed ejusdem concedendi facultas cujusque loci Magistratui municipali competit, & in specie quandoque penes Consules & Camerarios Civitatis residet, interdum totius Senatus oppidani negotium est; Superior autem in eo ipsis, civem aliquem obtrudendo, præjudicare nequit, præsupposito scilicet, quod & Princeps & Decuriones boni sint. *Besold. de jur. univers. cap. 8. num. 3. Knipschild. de civit. Imp. lib. 2. cap. 29. n. 2. 3.*

3. Potestatem autem loco alicui Spiritum & vitam sive jus civitatis conferendi, Stadt-Berechtigung / und Befreyung zu ertheilen / adeo Imperatoris propriam esse communiter tradunt, ut penes ipsum solum resideat, ita, ut si quis in Imperio absque illius consensu & approbatione civitatem condiderit, vel communitati jam antea existenti civitatis jus concesserit, ea neque pro civitate haberi, neque civitatis jura usurpare queat, idque 1. Quia Maximilianus I. cùm Albertus Comes Mansfeldius sine ejus concessione vico cuidam prope

Islebiam jus civitatis dare vellet, mandato inhibitorio illud prohibuit, his verbis: Wann nun dir / noch jemands anders nicht geziemet Stadtrecht/ oder anders/ so der Hohen Obrigkeit anhängt / ohne sondere Erlaubnüß auffzurichten/so empfehlen ꝛc. *Thomas Michael concl. 12. lit.* C. add. Klock. *de contrib. c. 5. n. 1.* 2. Quia Comites Wertheimensis tertiâ vice pro Freudenberg / Schwanenberg und Lauterbach civitatis jura ab Imper. petierunt, referente *Authore* deß Werthheimisch. Gegenberichts. *cap. 13. circa fin.* 3. Etiam expresse Jus Saxon. Landr. *art. 26.* Weichbild. *libr. 1. art. 9.* non modò Principis, in cujus territorio Civitas extruitur, sed & Cæsaris authoritatem requirit. 4. Eo facere censetur *l. un. C. de metrop. Beryto.* 5. Jus muniendi locum, extruendi muros & portas solùm Cæsarem largiri posse author est *Arnis. de jur. maj. l. 2. c. 5. num. 28.* vid. pro hac sententia *Arum. J. P. vol. 2. d. 7. p. m. 80. disc. 9. p. 238. vol. 3. d. 8. p. 432. Limn. l. 2. c. 9. n. 128. & in addit. p. m. 251. Wehn. voc.* Stadt-Recht. *Speidel. voc.* Stadt. *Bruning. de Var. Univers. Spec. concl. 13. Just. Sinclt. Schütz. de S. R. R. v. 1. D. 8. th. 21. lit. B. Fritsch. tr. de jure & Statu suburbior. in mantiß. Stamler. §. 60. Hermes in Fasc. Jur. Publ. c. 31. num. 9. Bœcler. in Not. Imp. l. 4. c. 1. Zahn. de jur. municip. c. 2. num. 12.*

4. Sed cum Principes Imperii nostri jura ac mu-

ac munia Imperatoris in ditionibus suis usurpent, vi competentis ipsis Superioritatis Territorialis, quæ est Imperium quoddam universale, omnia ea, quæ ad civile regimen pertinent, complectens, gaudeantque omnibus, tam majoribus, (quæ sanè sunt jura regia, quæ in universa Reip. administratione consistunt, ut ex objectis, circa quæ versantur, evidentissimè patescit; referuntur enim eò potestas belli, & pacis, fœderum, legum condendarum, Magistratuum constituendorum, &c. quæ omnia Imp. nostri Principibus competere, nemo, nisi qui plane hospes in Imp. nostro est, negare potest) quam minoribus regalibus (vi clausulæ generalis: *Cum omnibus & quibuscunque aliis, &c.* ab Imperatore in Investitura ipsorum exprimi solitæ) nisi quæ vel expreßè reservata sint, ut novorum vectigalium institutio, vel implicent, ut creare Duces, Leges universales sancire. *Schütz. v. 1. d. 6. thes. 4. l. D.* vel talia denique sint, quæ aut certis Officiis, Officialibusve S. Imp. annexa, aut sua naturâ incommunicabilia, ita, ut salva Majestate Imper. ad Status transire nequeant, i. e. ex quorum concessione aut Majestas Imper. impediatur, aut obedientia Statuum tollatur. *Arnis. de jur. Maj. 2. c. 2. num. 7.* Minus quidem recte hoc jus ipsis denegari videtur, nec enim de ulla juris dandæ civitatis pro Cæsarea Majestàte reservatione, vel Imperatoris alicujus, præter-

quam illa Maximil. I. (de qua quid censendum sit, post in resolutione contrariarum rationum monebitur) ulli Statuum Imp. qui aliquot abhinc seculis aut de novo civitates condiderunt, aut communitates ante existentes civitatum juribus donarunt, facta contradictione constat; Sic namque sine ullius impedimento condidit Albertus Ursus, Marchio Brandenburgensis, circa annum Christi 1175. Berolinum & Bernau. *Brottuff. in Chron. Anhalt. p. 47. Anno 1175.* hat Marggraff Otto von Meissen / auß zweyen Dörffern eine Stadt nahmens Freyberg erbauet. *Petr. Albin.* Berg-Chronick. *tit. 2. p. 9. An. 1477.* ist die Stadt Schneeberg zu bawen angefangen worden / aber *anno 1479.* ist die erste gemeine Ordnung deß Schneebergs durch die Hoch-Löbl. Lands-Fürsten / Churfürst Ernsten / und Hertzog Albrechten / gegeben worden. Darinn ein ordenliches Stadt-Gericht wie in andern Städten bestellet / und confirmirt worden. Im Jahr 1481. haben vorermeldte Fürsten den Grossen Freyheits-Brieff gegeben / darinn unter andern Gericht und Recht besser bestättigt worden. *Albin. cit.* Berg-Chronick. *4. p. 31. An. 1403.* am Tag Thomæ deß Apostels / hat Marggraff Wilhelm von Meissen / den Flecken Alten Dreßden zu einem Weichbild außgesetzt / daß er gleiches Recht wie andere Städte im Land zu Meissen haben solten. *Anno 1601.* hat Hertzog Friderich von Würtenberg mitten

auff

auff dem Schwartzwalde / und gleichsam im Wagenrechte desselben / eine newe Stadt auffbauen / und dieselbe nach seinem Nahmen / Friderichs-Stadt nennen lassen / weil Sie aber von ihm mehrentheils für die Exulanten auß Steyr / etc. damals angefangen worden / etc. als haben dieselben solchen Ort Freudenstadt genennet. vid. kleine Würtemb. Chronick. *p.* 356. Anno 1607. d. 24. Jan. Elector Palatinus Fridericus IV. Vicum Manheim Civitatis jure donavit. vid. die gewissen und warhafftige Privilegien der Stadt Manheim / anno 1652. impressa. Quæ exempla adducere placuit, ut patescat. 1. ne jota quidem extare de ullius confirmationis Cæsareæ impetratione, aut quod consensus ejusdem fuerit reservatus, aut quod ad petitionem alicujus Status ratihabitio fuerit insecuta, aut quod Imperator has pro nullis declaraverit civitates. 2. Jus civitatis condendæ aut concedendæ Status Imperii (etsi poneretur, sub jure territoriali non contineri, adeoque ipsis cum eo non concessum esse,) vel inveterata illa consuetudine ac immemorialis temporis usu (quo & ipsa Reservata, quæ nimirum sine opposito communicari possunt, contra Imperatorem etiam ignorantem præscribi & acquiri posse, concors est Dd. sententia. *Gœdd. Disp feud. 5. th. 10. l. f. g. Arum. vol. 5. D. 2. thes. 11.*) suum fecisse. Præterea possunt urbes vallis circumdare, ac fortalitia ex-

extruere, quidni ergo etiam civitatis jure vicum donare, aut civitatem de novo condere valeant? Proque hâc propugnata sententia ſtant *Rebebold. Diſſ. de jure Civit. p. 1. c. 5.* apud *Fritſch. vol. nov. Ex. J. P. Spreng. lib. 1. c. 6. p. m. 3. 4. ſub. n. 15.*

5. Ad contrarias rationes & quidem 1. *Reſp.* Mandatum illud inhibitorium ad ſollicitationem alicujus fuiſſe emiſſum. *Arum. v. 3. D. 14. p. m. 432.* nihil ergo eo conficitur, niſi doceatur, preces illius veritate fuiſſe ſubnixas, nec per illam prohibitionem Comiti Mansfeldio factam interrupta omnium Statuum præſcriptio, quia nulla eſt quoad tertium præſcriptionis interruptio, *Bachov. vol. 2. Diſp. 22. th. 1. l. H. th. 7. l. F.* nec unquam ulla ejus inhibitionis ab aliis Imp. Statibus habita fuit ratio, ſed ſemper in contrarium ab iisdem itum, adducta oſtendunt exempla. Ad 2. *Reſp.* quod Comites Wertheimenſes ob vicinorum forte potentiam, æmulationem, avita odia, &c. fecerunt, conſervandi ſui cauſa, aliàs ſi potentiores extra anguſtias conſtituti fuiſſent, minimè facturi, aliis non præjudicare poteſt. Ad 3. Juris Saxon. allegatio particularem ſolummodo inducit concluſionem, nempe quod illi Status, qui eo jure utuntur, civitates aliter conſtituere nequeant, niſi etiam conſuetudine jam aliud fuerit receptum. Ad 4. ibi alia vertitur quæſtio. vid. *Perez. ibid.* 5. In fumum abit,

abit, propter notissimam contrarii observantiam ac praxin, quâ Status Imperii cottidie urbes muniunt, arces & fortalitia exstruunt, etiam non requisito Imperatoris consensu *Myler. de Stat. Imp. cap. 77. Speidel. voc.* Festung.

6. XIX. *Jus Postarum*, das Post-Regal/ *est Potestas jure superioritatis competens cursus publicos* (Posten) *instituendi, iisque Præfectum*, Postmeister/ *præficiendi.*

7. Originem hujus instituti der Posten ad Cyrum, Sapientissimum Persarum Regem refert *Xenophon VIII. de ejus vita & disciplina libro:* qui etsi monente *Cicerone ad Q. Fratrem*, non ad historiæ fidem scriptus sit, sed ad justi Imperii effigiem, adeò ut *Joseph. Scaliger* non dubitet asserere, in toto illo libro nihil veri esse, præter nuda nomina & mentionem duorum, triumve eventuum, ut Babyloniæ captæ & Crœsi victi. v. *Voss. de Hist. Græc. c. 1. c. 5.* attamen ex *Herod. l. 8. Suida & aliis* etiam constat, Persarum Regibus publicum cursum maximè fuisse frequentatum. Institutum Persarum, ob insignem utilitatem in Remp. inde redundantem, dein & Romani receperunt. *Sueton. in August. c. 49. t. t. C. de curs. publ. Lud. Hornick. de jur. postarum. c. 4.*

8. Causa autem & fons constituendi cursus publici est Summa Potestas sive Majestas, ei enim jure merito vindicatur, quia quæ ad publicam utilitatem & statum pertinent, illius

propria quasi sunt. Hinc *Plin. Epist. 10. non licebat*, inquit, *privato ejusmodi equis publicis excurrere, absque Principis diplomate.* In Imperio nostro Postæ distinguuntur in *generales* seu *universales*, **Reichs-Posten**/ & *speciales* sive *Provinciales*, **Land-Posten**/ *Reinking. l. 2. cl. 5. c. 6. num. 137.* Universalium institutio, **durchgängige General-Reichs-Posten zu bestellen**/ pertinet ad Imperatorem, qui proinde Supremum Postarum Magistrum, **General-Reichs-Postmeister**/ constituendi, eaque, quæ ad Postas hasce generales spectant, ordinandi potestatem habet. Et Supremi quidem Postarum Magistri per Imperium officium, **das General-Reichs-Postmeister-Amt**/ cum omnibus, qui ex Posta redundant fructibus, eo pacto, ut cursum publicum generalem ad Imperii salutem & commodum, suis sumptibus, **mit Haltung der Pferd und Postilionen**/ dirigant, ab Imperatoribus in feudum recognoscunt Comites de Taxis, Bruxellis habitantes, qui tantum non CC. annis in Hispania, Italia, Belgio, rei cursoriæ præfuerunt, tradente *L. Hornick. de Sur. Post. Theor. 1. num. 5. c. 6.* Habent hi suos Substitutos, vulgò **Postmeister**/ quos certo salario conductos, officinis Postarum celebrioribus (quales Coloniensis, Francofurtensis, Rheinhusiana, Augustana, Norinbergensis, Ratisbonensis, Hamburgensis, &c. præficiunt, ut accuratam cursorum gerant curam; Cumque Norin-

Norinberga privilegium prætendat, quod non cogi possit, alios quam cives in civitate tolerare, inter eam & Comitem de Taxis, ante aliquot annos orta est controversia; *num ipsi hoc officium ibidem alii, quam civi, committere liceret?* vid. Information, wie es umb das Postwesen der Stadt Nürnberg bewandt. Et scriptum cui titulus: Beständige in jure ac facto festgegründete Abfertigung/ Nürnbergischer vermeynter Refutation, das Kayserl. freye Postwesen und dessen angehörige Personen betreffend; *à Ludovico ab Hornick anno 1650. editum. add, Knipschild. de jurib. Civit. Imp. l. 2. c. 4. Ludov. ab Hornick. tr. de jur. postar. c. 18.* Quidam horum Substitutorum etiam à Supremo Magistro postas conducunt, ita, ut certa eidem quotannis pecunia solutâ ipsi & reditus, (qui alias supremo Magistro cederent, ut dictum) percipiant, & suo sumptu cursum publ. moderentur, equis & cursoribus, quot libuerit, rhedis quoque seu cisiis, (Gutschen/Land-Gutschen/) si placuerit, adhibitis.

9. Postarum Provincialium constituendarum jus cum liberâ de iis, quæ ad istas pertinent, dispositione, suis in territoriis Status & Principes Imp. sibi vindicant, non tamen sine contradictione Aulæ Cæsareæ, pro qua quidem militare videtur illa à *Lampadio*, toties repetita & sollicitè defensa (*v. p. 3. c. 13. §. 5. p. 3. c. 16. §. 1. &c.*) regula: *Quæ lege Imperii Ordini-*

bus

bus ac Statibus non apparent tributa, competunt soli Imperatori. Sed pro Statibus allegari potest. 1. quod jus cursus publici jure territorii, & regali angariarum ac parangariarum Statibus in feudum dato jure, vi vocis Angariarum primævâ contineatur, ut contra *Dn. Lynckerum* ostendit *Strauch. Diss. de Cursu publ. angar. & parangar. cap. 1. n. 2. seqq.* 2. Quod Postæ sint medium conservandi jus Belli & Pacis *Lips. 4. Pol. 10. num. 12. & l. 5. c. 16. n. 20.* itemque commerciorum; qua ratione g. Statibus Imp. illa sublimiora jura competunt, eadem & hoc Postarum jus, ceu medium illa conservandi, ipsis omnino competere videtur; nam concesso jure aliquo, concessum quoque censetur, sine quo illud exerceri ac conservari commode nequit. *arg. l. 2. ff. de Jurisdict. ibi Dd.* & in moralibus, qui dat finem, dat ea quoque quæ ad finem perducunt. *Grot. 2. 14. 11. & 3. 1. 2.* 3. Pro iis facere quoque videtur *R. I. de anno 1542. §.* Und damit man rc. 4. *Cap. Leop. art. 35.* quod enim ibi pro Postis specialibus, earumque Magistro in ditionibus hereditariis Austriacis, (qui hodie Comes de Paar vid. *Lud. ab Hornick. cit. tr. c. 6. theor. 3. Limn. tom. 2. addit. ad l. 2. c. 9. num. 133.*) excipitur, idem non potest non integrum esse aliis Imp. Statibus, 5. Imprimis consuetudo, qua ab immemoriali tempore in suo quisque territorio eas ex arbitrio constituit, quaque adeo, licet nulla unquam ex-

expressa concessio facta, hoc jus ipsis confirmatum. vid. *literas Stat. Circ. Saxon. infer. jus Postarum concernentes ap. Fritsch. p. 2. Elect. Jur. Publ. c. 11. num. 4. Mev. p. 1. dec. 101. & 174. n. 8.* Et sic ex traditis Superior illa regula, insufficienti partium enumeratione laborans, potest explicari hunc in modum: Quæ neque lege, neque consuetudine communicata sunt Statibus &c. add. *Emerani Accoldi tr. qui inscribitur:* Gründl. Unterricht von dem aus Landsfürstl. Hoheit herspringenden Post Regal der Chur- und Fürsten deß Heil. Röm. Reichs. *cap. 2. per tot.* ex quo facilè dilui possunt, quæ contra has rationes moventur *à Dn. Lynckero in analect. hic.*

10. Sed ut revertamur ad Postas generales seu Imperiales, Protector harum est Elector Mogunt. ut Imperii Archi-Cancellarius. *Hornick. c. 6. theor. 2.* qui totus in eo esse debet, ut iis sua conserventur privilegia, gaudent enim perquam multis eximiis, quæ publicæ utilitatis favor iis peperit, privilegiis, indeque alicubi in literis Moguntini ad S. C. Majestatem hoc Jus Postarum hochbefreyetes Käyserl. Post-Regal indigitatur. Et primò quidem omnia Postarum Officia & stativa cursoria contra vim externam specialiter sunt munita, ac publica gaudent securitate, (appellatur hodie commun. Italico nomine *Salva Guardia* Germ. Sonderbahrer Schutz und Schirm) Cursores igi-

igitur violare, lædere, ſpoliare nefas eſt, & ſpeciali eorum ſecuritati infeſtum. Ut autem de eorum qualitate & hac ſecuritate publicè conſtet, condecorantur togâ curſoriâ, cui corniculæ curſoriæ, Poſthörnleins/ figura luteo colore à pectore & tergo inſuta. 2. Ipſis datur Schedula curſoria, Ital. *Bolleta* dicta, ex qua perſonæ certitudo colligitur. Dein ab oneribus perſonalibus & multis realibus, præſertim vero hoſpitatione militum, excubiis & ſimilibus, immunes ſunt, vectigal nullum exſolvunt, neque in jus vocari queunt tempore curſus, ad oppidum nocturno vel diurno tempore, reſeratis portis, venientibus liber, apertis iſtis, præbendus eſt tranſitus, quamprimum corniculam ſuam inflant, quem in finem porticulæ nocturnæ, die Nacht-Pforten/ Auguſtæ Vindelic. Francofurti &c. habentur.

CAPUT XIX.

De Iure proponendi in Comitiis Imp. univerſalibus.

XX. JUs proponendi in Comitiis, das Recht auff allgemeinen Reichstagen zu proponiren. Hoc Jus de Reſervatis Imperatoris eſſe & ſoli ipſi competere, unanimis eſt Dd. opinio. In modo autem proponendi variatum fuiſſe docemur à *Schüzio in C. I. P. v. 1. D. 10. th. 13. l. C.* Quoad hodiernos mores diſtinguendum: vel ipſe Imperator præſens eſt in Comitiis, vel ejus ſaltem

ſaltem Commiſſarius. Priori caſu antequam ipſa Propoſitio prælegatur, Oratio quædam nomine Cæſareæ Majeſtatis per Principem, quem ipſa eligit, haberi ſolet & præmitti, hoc ferè argumento: Demnach auff Ihrer Majeſtät Außſchreiben die Stände in guter Anzahl erſchienen/ thäten Ihre Majeſtät Sich freundlichen/ gnädiglichen/ und gnädigſt bedancken/ hätten darauff/ was Sie auff ſolchen Tag zu handlen vor nöthig geacht/ zu proponiren/ in Schrifften verfaſſen laſſen/ das ſolt den Ständen vorgeleſen werden/ und begehrten Ihre Majeſtät ſolches anzuhören/ und darnach Sich Ihrem Vertrauen nach der Gebühr zu erzeigen. *Lehmann. l. 7. Chron. Spir. c. 124. p. 1013. lit. C.* Ita Carolus V. Ferdinand. I. & Maximilian. II. Alberti Bavari & Friderici Palatini operâ in eâ re uſos fuiſſe refert *Author* der Beſchreib. deß Reichstags. tit. von der Propoſition auf einem Reichstag. Matthias in Comitiis *A. 1613.* Ludovici, Langravii Haſſiæ, Ferd. III. in Comit. Ratisbon. *12. Aug. anno 1640.* & d. 30. Jun. 1653. Wilhelmi Marchionis Badenſis linguas huic honori ſacravit. Poſteriori caſu Commiſſarius, qui vices Imperatoris gerit, & Principali ut plurimum dignitate gaudet, hac in re Comitis vel Baronis, vel Principis cujusdam Conſiliarii induſtriam eligere ſolet: Sic in præſentibus adhuc durantibus Comitiis A. 1663. Sacr. Cæſ. Majeſtatis Princi-

palis

palis Commissarius, (qui tùm *Guidobaldus*, *Archi-Episcop. Salisburg.* erat, post cujus mortem brevi insecutam *Comes de Weissenvvolff* dein ut Legatus Cæsareus Ratisbonam venit, cum autem & ipse temporariæ suæ Dignitati deinceps renunciasset, in vicem ejus *Aichstadensis Princeps & Episcopus*, post septennium Comitiorum, substitutus est, cum laude summo hoc officio functus, postquam autem d. 8. Januarii An. 1685. mortalitatem exuit, in locum ejus suffectus est Episcopus Passaviensis, pro nunc vero hoc munere fungitur Sereniß. Princeps Hermannus, Marchio Badensis, S. C. M. Consiliarius intimus & Præses Consilii Bellici, Con-Commissarius impræsentiarum est Dn. Joh. Frid. Nobilis Dominus de Sailer, S. C. M. Consiliarius Aulicus,) usus est opera *Illustrissimi Comitis Wolckenstein* Con-Commissarii.

2. Habita præliminari oratione, (Orationem in præsentibus Comitiis habitam refert *Author* der Grundfeste deß H. Röm. Reichs *in append.*) Propositio exhibetur aliquando ab eodem, qui præliminarem habuit orationem, aliquando à Secretario Imperatoris, aliquando ab alio, cui id Sua Cæsarea Majestas committit. *Bertram de Comit. th. 68.* In modernis Comitiis lecta fuit per Consiliarium Salisburgensem *D. Conradum Bartholomæum Oxel*, teste *H. Herm. c. 36. n. 64. Hagemeiero d. tr. c. 2.* Tenor autem ejus hic fuit:

Kay-

Käyserliche Proposition / so deß Heil. Römis. Reichs Churfürsten / Fürsten und Ständen / und der abwesenden Räthen / Botschafften und Gesandten den 20. Jan. 1663. auff deß H. Reichs Stadt Regenspurg Rahthauß geschehen und verlesen worden.

DJe Röm. Käys. auch zu Hungarn und Böheim Königl. Majestät ꝛc. Unser aller gnädigster Herr / lassen gegenwärtigen deß H. Röm. Reichs Churfürsten und Ständen / auch der abwesenden Gevollmächtigten Räthen / Bottschafften und Gesandten / dero respectivè Freund- Vetter- Oheim- und gnädiglichen Gruß / Käyserl. Huld / Gnad und alles gutes vermelden / und stellen daher ausser allem Zweiffel / erst Hoch- und Wohlgedachte Hn. Hn. Churfürsten und Stände deß H. Röm. Reichs werden auß Ihrer Käyserl. Majestät under Dato Wien den 8. Februar. deß abgewichenen 1662. Jahrs mit eines Hochlöbl. Churfürstl. Collegii Gutbefinden und Consenß publicirten Reichs-Außschreiben mit mehrerm vernommen haben / in was für Höchstgefährlichen Zustand die allgemeine Christenheit durch die an Seiten deß Erbfeindes Christliches Namens deß Türcken / wider den mit ihm getroffenen Friedens-Anstand / und ohne eini-

Mm ge Ihm

ge Ihm gegebene befugte Vrsach vorgenommene immerzu fortsetzende Feindthätigkeiten und starcke Kriegsrüstungen zu Wasser und Lande / forderst aber gegen Ihr Kayserl. Maj. Königreich Hungarn / das ansehentliche Fürstenthum Siebenbürgen / und andere Christl. Gräntzen / sich befinde / so gar auch / daß ob schon Ihr Kayserl. Majest. sich zu Abwendung deß vor Augen stehenden Vorbruchs / so wohl bey dem Sultan und Groß-Türcken selbst / als seinem gegen Siebenbürgen und dem Königreich Vngarn verordneten Generalen dem Ali Bassa solche Remonstrationes und Oblationes thun lassen / welche denselben zu Vesthaltung deß vergliechenen Stillstands der Waffen und Einstellung aller feindlichen Attentaten und Blutvergiessung / abhalten könten / auch auff gegenwärtige Stund an Ihro nichts erwinden lassen / was zur Continuation deß Friedens immer ersprießlich seyn möchte; So gibt doch vorberührtes Kayserl. Außschreiben mit mehrerm zu erkennen / und ist ohne das auß dem bißherigen Verlauff männiglich bekant / wie wenig all solche an Seiten Ihr Kayserl. Majestät gethane Fridens-Bezeugungen vorbesagten Erbfeind von seiner Blutdürstigen Intention dimoviren können / also daß derselbe nunmehr im Werck begriffen ist / den grösten Theil seiner Europäischen Kriegs-Macht zusammen zu ziehen / und mit der allernechsten

Eyle

Gelegenheit sein blutdürstiges Vorhaben dermaleins aller Welt an Tag zugeben/ deme nun zu begegnen Ihr Kayserl. Majestät an ihrem Ort zwar alles auffbracht/ was zu Vorkommung deß dem Heil. Reich so wohl/ als dero Königreich Ungarn/ und andern ihren Erblanden vor Augen stehenden Unheils in ihren Kräfften gewesen und noch ist.

Wie aber Ihre Kayserl. Majestät einem solchen mächtigen Haupt-Feind bloß und allein auß vorbesagten ihren eignen Königreich und Landen ohne anderwertige Zuthat in die Länge widerstehen einmahl nicht vermögen/ und sie eben auß dieser Ursachen/ und wegen der auff dem Verzug liegender Gefahr necessitirt worden; Immittelst und biß man zu einem allgemeinen Reichstag gelangen/ und sich eines beständigen Defension-Wesens/ wider diesen Haupt- und Erb-Feind vergleichen möchte/ die gesampte Chur-Fürsten/ und theils der vermöglichsten Fürsten und Stände/ neben andern außländischen Christlichen Potentaten durch eigene Schickung in dieser/ die gantze Christenheit betreffender Angelegenheit/ umb eine eilfertige freywillige Hülff an Volck und Geld zu ersuchen/ allermassen dieselbe dann sich darzu mehrentheils zu ihrem unsterblichen Ruhm/ und Ihrer Kayserlichen Majestät immerwährendem Danck/ gantz willfährig und gewürig erkläret/ und in der That erwiesen.

Als haben Sie auch seither ihrer angetretenen Kayserl. Regierung alle ihre Gedancken/ Thun und Lassen dahin gewendet/ wie sie nicht allein mit den benachbarten Christlichen Cronen/ Potentaten und Republiquen/ sondern auch mit obgedachtem Erb-Feind selbst/ nach dem Exempel dero in GOTT Allerseligst ruhenden Hoch-Geehrten Herrn Vatters/ und nechsten Vorfahren/ am H. Reich/ Kaysers Ferdinandi deß Dritten/ Christmildesten Andenckens/ in gutem friedlichem Vernehmen stehen/ und hierdurch das geliebte Vatterland Teutscher-Nation/ bey seinem so theur erworbnen Ruhstand besser erhalten werde möchte/ wolten auch noch ferner an Ihro ungern das allergeringste ersitzen lassen/was zu Verhütung Christen Bluts-Vergiessung/ und Continuation deß mit ihm getroffenen friedlichen Anstands vorträglich seyn kan/zu solchem und keinem andern End/ auch die gantze Zeit dieser gewehrten Campagna, die mit ihm veranlaßte Tractaten noch immerfort an der Hand gehalten/ in Hoffnung mit demselben durch mehr/ als durch billige Weg/ zu einiger Prorogation/ deß zwischen beyderseits Vorfahren verglichenen/ und noch nicht geendigten Stillstands zu gelangen; Nach dem aber mehrbesagter Erb-Feind aller seiner im Mund geführter Friedens-Begierde zugegen/ bißhero nicht allein in Europa/sondern auch in Asia/mit starcker Kriegs-

rüstung

rüstung je länger je mehr fortfahren/ und bey denen Tractaten seinen Postulatis solche neue und unerhörte Prætensiones, und unerträgliche Conditiones beyfügen thut/ die ohne höchstes Nachtheil der gantzen Christenheit/ und ohne eusserste Gefahr deß Heil. Reichs/ so wohl/ als dero Erb-Königreich/ und Landen/ nimmermehr eingegangen/ und nachgegeben werden können/ so wohl auff solche seine Contestationes ferner einiges beständiges Fundamentum oder Hoffnung nicht zu machen/ und ihm je länger je weniger zu trauen/ sondern es nunmehr an dem sey/ daß neben Ihrer Kayserl. Majestät ein jeder Christlicher Potentat/Churfürst und Stand deß Reichs ex Dictamine seiner gegen der allgemeinen Christenheit tragenden Obligation herzutrette/ Ihrer Majestät mit Rhat und That an die Hand stehe/ und ohne Verliehrung einiger Zeit/ das jenige behaupten und befördern helffe/ was eines jeden dabey versirende eigene Rettung erfordert. Es gereiche diesem nach Ihrer Kayserl. Majestät zu absonderlichem Freund- gnädiglichem und dancknehmigem Gefallen/ daß die Hochlöbl. deß Heil. Römischen Reichs Chur-Fürsten und Stände/ auch der abwesenden Gevollmächtigte Räthe/ Botschafften und Gesandten auff dero vorangeregtes Kayserl. Außschreiben sich zu gegenwärtigem Reichstag in so guter Anzahl in dieser ihrer und deß Heil.

Reichs-Stadt Regenspurg eingestellet/ und wäre deroselben nichts liebers gewesen / als daß diese höchst-gefährliche Läuffte hätten zugeben wollen / daß ihre Majestät dieser ansehnlichen Reichs-Versamlung also gleich zu Anfang in eigner Kayserlichen Person beywohnen / und mit gesampten Chur-Fürsten und Ständen / so wohl das jenige / was auff nechst vorigem Reichstag nicht völlig erörtert werden können als forderst auch zu berathschlagen und zu handlen / wie mehrgemeldtem Erb-Feind ohne Zeitverliehrung mit gesamptem Zuthun begegnet/ derselb von Ihrer Käyserl. Majestät Erb-Königreich und Landen / als dem Schild und Vormauer der Christenheit / mit genugsamer Gegenwehr abgehalten/ und dadurch das H. Röm Reich/ und dessen getrewe Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände in beständiger Ruh und Sicherheit conservirt bleiben mögen. Dieweil aber diß Türckische und Siebenbürgische Wesen/ sich je länger je gefährlicher anläßt/ und Ihrer Kays. Majestät Abwesenheit dahero auß Dero Landen zu seyn/ noch zur Zeit nicht zugeben wollen / sondern dieselbe sich necessitirt befinden/ Sich Persöhnlich in Dero Königreich Ungarn zu erheben/ und wider den befahrenden Einfall/ alle mensch- und mögliche Vorschläge zu thun. Also seynd dieselbe unvermeidlich verursachet worden/ an ihre statt einen ansehnlichen gevollmächtigten Commissarium zu verordnen/

ordnen / der in Ihrem Namen gegenwärtiger Reichs-Versamblung præsidire / und das jenige beobachte / was dißfals die allgemeine Sicherheit und Wohlfahrt / so wohl deß H. Röm. Reichs / als die Conservation Ihrer Majestät eigner / der Gefahr am nechsten gelegner / Erb-Königreich und Landen / erfordern werde / haben auch den Hochwürdigsten Fürsten / Herrn Guidobalden / Ertz-Bischoffen zu Saltzburg / Legaten deß Stuls zu Rom / hierzu ernennet und bevollmächtigt / der gnädigsten Zuversicht lebend / es werden die Löbl. Chur-Fürsten und Stände / und der abwesenden gevollmächtigten Räthe / Bottschafften und Gesandte / Ihre Kayserl. Majestät wegen ihres nicht also förderlichen und persöhnlichen Erscheinens / auß angeregten Ursachen auff dißmal nicht allein für entschuldiget halten / sondern auch mit dieser Hochansehnlichen Abordnung / biß sie selbst in Persohn erscheinen können / zufrieden seyn / und solchem nach obverstandner maßen berathschlagen / abhandeln und beschliessen helffen.

Erstlich / wie man für deß Türcken und seines Anhangs weiterem feindlichen Vorbruch und Uberfall gesichert / demselben in seiner bereits auff die Bein gebrachten mächtigen Kriegs-rüstung mit unverzüglichem gesamten Zuthun und kräfftigem Widerstand begegnet / und er von Ihrer Kayserl. Majestät Erb-Königreich

und Landen/ als der Vormauer deß gantzen Röm. Reichs/ abgehalten.

Fürs Andere wie dasselbe samt allen Getreuen Chur-Fürsten und Ständen/ in guter Sicherheit conservirt/ und nach Anleitung der vorigen Reichstags-Proposition, der mit so grosser Mühe und Unkosten erworbene Fried/ und das uhralte rechtschaffene Teutsche Vertrauen wieder auffgerichtet und bevestiget.

Und dann Drittens/ auff was Weiß das jenige/ was vermög erstgedachten Friedenschlusses noch etwan zu vollziehen hinderstellig/ gebührend exequirt/ und deme/ was anhero zum Reichstag zu fernerer Abhandlung verwiesen/ seine abhelffliche Maaß/ ohne grosse weitläufftige und hochschädliche Verlängerung/ gegeben werden möge.

So Ihre Kayserl. Majestät durch vorgedachten ihren fürtrefflichen Commissarium für dißmal Chur-Fürsten und Ständen/ oder dero Räthen/ Bottschafften und Gesandten kürtzlich also fürtragen zu lassen für nöthig befunden/ Sr. Hoch-Fürstl. Gn. auch und denen Ihro zugeordneten fürtrefflich-Mitvollmächtigten Kays. Commissariis, darauff mit denen Löbl. Ständen zu handlen/ zu vergleichen und zu schliessen/ Macht und Gewalt auffgetragen haben; Dieweiln aber an fürderlicher Erledigung erstberührter Puncten nicht allein deß

H. R.

H. R. Reichs/ und Ihrer Kayserl. Majestät Erb-Königreich und Landen/ sondern auch der gantzen Christenheit Wohlfahrt und Conservation hangen thut; So gesinnen Ihre Kays. Majestät an mehr Hoch- und Wohlgedachte Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände/ so wohl als der Abwesenden Räthe/ Bottschafften und Gesandten/ hiemit gantz Freund- Vetter- Oheim- und gnädiglich/ Sie wollen forderst zu Vermehrung der Ehre Gottes/ Fortpflantzung unsers Christlichen Nahmens und Glaubens/ Sich hierüber eines solchen Schlusses förderlichst vergleichen/ wie die auff dem Verzug ligende Gefahr/ und vor Augen stehende eusserste Noth erfordert/ und Ihre Kays. Mayestät es umb Chur-Fürsten und Stände deß Reichs/ wie auch der Abwesenden Räthe/ Bottschafften und Gesandten/ mit Freundschafft/ Vetter und Oheimlichen Willen/ Kays. Hulden/ Gnaden und allem guten zu erkennen geneigt/ und benebens erbietig seynd/ all das jenige/ so zu deß H. Reichs Ehr/ Nutz und Wohlfart immer gedeylich seyn mag/ vätterlich/ gnädig und getreulich zu beobachten.

Ihre Hoch-Fürstl. Gn. aber thun auffs ehist als immer möglich/ gewisser willfähriger Erklärung hierüber gewarten/ und verbleiben darbey Chur-Fürsten und Ständen mit freundwilligen Diensten/ und was dieselbe sonst mehr liebs

und guts vermögen / so wohl auch den andern Ständen / auch dero Räthen / Bottschafften und Gesandten mit gnädigem Willen und allem guten // jederzeit wohl beygethan.

Actum in deß H. Reichs-Stadt Regenspurg auff dem Rathhauß daselbsten den 20. Januarii 1663.

Collationatum cum suo vero Directorio Moguntino extradito Originali concordat.

(L.S.)

Churfürstl. Maintzische Cantzley.

3. Prælectâ propositione, Imp. ipse, vel ejus Commissarius Status Imp. denuò admonere solet, ut articulos in propositione contentos summâ diligentiâ ponderare, examinare, & facta desuper deliberatione eam sibi exhibere velint, cui dein nomine totius Imperii Elect. Moguntinus, ut Archi-Cancellarius Imp. gratias agens pro paternâ illa Imperatoris erga Imperium sollicitudine respondere solet: Es wären die Stände in aller unterthänigstem Gehorsam gemeynt / solche Articul der Proposition zu erster Gelegenheit vorzunehmen / zu berathschlagen / und mit Fleiß zu erwegen / und alsdann Ihrer Maje-

Majestät dero unterthänigst wohlmeynend Bedencken zu erkennen zu geben / auch an allem dem / so zu Beforderung Ihrer Käys. Majestät Hoheit / Ehr und Reputation, deß Heil. Reichs Wohlfahrt / immer dienlich seyn kan / ihren theils nichts erwinden zulassen: Petit denique, devotissimam Statuum Imp. commendationem, Propositionis descriptionem, ut tantò melius de iis deliberationem instituere possint. Si verò Imperator non adsit, tum etiam Commissarius ejus similiter Propositionis contenta repetit, cui tamen, ut observantia testatur, non Elector Moguntinus ipse, sed ejus Cancellarius respondere solet. *Bertram. d. l. Hagemeier. d. c. 2.* Cæterum de aliis, quæ ad Comitia pertinent, ex professo infra agemus.

CAPUT XX.

De Iuribus inter Imperatorem & Electores communicatis, in quibus unanimis horum requiritur consensus, scil. de Iure instituendi, augendi, &c. vectigalia, & Iure stapularum.

IMperatoris Reservata nunc justo ordine excipiunt jura Majestatis inter Imperatorem & Electores communicata, quorum primum est *Jus nova vectigalia instituendi, vetera augendi, &c.* (Zölle auffzurichten / und zu erhöhen ode-

oder prorogiren.) *Vectigal*, à *vehendo* dictum, specialiter, & propriè vocatur, quod fisco vel Reip. pro transitu ac vecturâ mercium dependitur, affinitatemque quandam Synonymicam cum eo habere videntur Datia, Gabellæ, Licentiæ, Pontivegia, Passagia, Taliæ, Portoria, Pedagia, Guidagia, Telonia. Germ. Toll/ Zoll/ Mauth/ Zise/ Accise/ Ungeld/ Weggeld/ Bruckengeld/ 2c. quorum pleraque peregrina sunt ac barbara vid. *Petr. Frider. Mind. de proceß. l. 2. de mandat. cap. 42. num. 2. 3. Limn. ad Cap. Carol. V. art. 18. p. 238.* Describimus *Vectigal*, *esse Principis ærarii reditum, ob securum terræ, marisq; usum, pro mercibus, quæ invehuntur & exportantur, interdum etiam nudo transitu, pendendum.* Unde fluit summa vectigalium divisio in *terrestria* & *navalia*. Hæc subdividuntur in *marina*, ob maris trajectum in portu dependenda: in *fluviatilia*, à navigantibus per flumina persolvenda: & in *ripatica*, pro fluminum de ripa ad ripam transitu præstanda, Germ. Fährichgelder/ de quibus vid. *Besold. Th. Pract. dict. voce. Terrestria* rursus dispescuntur in *Pedagia*, quæ pedites & equites numerant, in *vectoria*, quæ accipiuntur vel à Domino pro mercibus currui impositis, vel ab auriga pro rhedis, curribus & jumentis, qualia frequentia sunt in Italia & Belgio, ut adeò hic nemini curru vehere liceat, nisi qui pro hâc licentiâ Magistratui certum vectigal annuatim exsolvat,

ſolvat, vulgò Gutſchen-Zoll. *Vectoria* iterum ſunt vel in *ſpecie ſic dicta* ex rebus, ſolo quæ vehuntur, provenientia, Land-Zoll/ vel *pontivegia*, quæ ab iis exiguntur, qui pontes permeant, Brücken-Zoll.

2. Diſtinguuntur Vectigalia à tributis tùm perſonarum, quibus illorum penſio incumbit, tùm rerum ratione, propter quas ea ſuſtineri debent. Tributa à ſolis perſolvuntur ſubditis, ob tutam rerum mobilium & immobilium poſſeſſionem. At vectigalia non à ſubditis modò, ſed peregrinis etiam præſtantur, ſolarum mobilium rerum in & evectionis gratia, quatenus nimirum illæ in emptionis aut permutationis veniunt contractum.

3. Jus Imperandi, augendi, prorogandive vectigalia, ejus, qui ſuperiorem non recognoſcit, eſſe, communis Dd. eſt opinio, quo etiam facit text. im Schwaben Spiegel. *c. 12. n. 4.* Alle Zöll und Müntzen/ die im Röm. Reich seynd/ die seynd eines Römischen Königs/ und wer sie haben will/ er sey Pfaff oder Lay/ der muß sie haben vom Röm. König/ wer das nicht thut/ der frevelt am Röm. Reich/ *& n. 3. eod. c. 12.* wir verbieten allen/ die in unserm Reich seynd/ daß sie keinen Zoll nehmen ohn unser Urlaub. ac *R. I. de anno 1576.* §. weiter sind wir/ ꝛc. *116. & ſeqq. 117.* ibi: den Zoll steigern gehöret zu Kays. Majestät sonder Hoheit und Reservaten/ ꝛc. ubi

ubi ad Imperatoris nostri Reservata refertur, eo respectu, quod absque ejus concessione nemo telonia aut vectigalia instituere possit, (quo intuitu anno 1666. Imperiale Edictum publicatum, quo occasione belli propria authoritate à Statibus nonnullis instituta vectigalia & telonia cassantur, exhibitum à *Fritsch. in addit. ad Instrum. Pac. art. 9. p. 501. seqq.*) Ipsum autem solum, non requisito consilio & consensu Electorum, vel nova instituere, vel vetera augere, prorogare posse, indeminimè conficies, si attendas verbis præcedentibus & proximè sequentibus junct. *Cap. Carol. V. art. 18. Ferd. I. art. 17. Ferd. II. art. 17. III. 20. IV. 19.* requiritur verbis sat apertis: Wir sollen und wollen auch insonderheit / rc. nun hinführo keinen Zoll von newem geben / noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen / auch vor Unß selbsten keinen auffrichten / erhöhen oder prorogiren / ohne besondern und zwar Collegial Rath / wissen / willen und zulassen der Chur-Fürsten / rc. Imò *Capitulatio Leopoldi* Imper. Gloriosiß. majoris partis assensu haud contenta, unanimem omnium & singulorum consensum, quin & vicinorum, ac eorum, quorum interest, Statuum sententiam requirit *artic. 21. verb.* keinen Zoll von neuem geben / noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen. Es seyen dann die benachbarte und interessirende Ständ / rc. und aller und jeder 7. Chur-Fürsten / (Bohe-

(Bohemus excluditur vid. *Limn. ad Capitul. Carol. V. art. 5. & 18.*) wissen/ willen/ ꝛc. der gestalt vorgangen/ daß keines Chur-Fürsten dissens dargegen. add. *Mon. Princip. ad d. Cap. Leop. art. 21. num. 3.* Daß bey Erkundigung der newen Zöll auch die benachbarte und interessirte Stände der Gebühr zu vernehmen. & *Capitulatio novissima Regis Rom. Josephi art. 20.* Quæ autem vectigalium nomine hic veniant, exprimit *Capitul. Leop. art. 22. Josephi art. 21.*

4. Inferioribus tamen à Principe Supremo, exigendi percipiendive vectigalis facultas, beneficio Principis & præscriptione hominum memoriam superante, competere potest. *Henric. Klock. de jur. vect. concl. 15.* Sic primo Electoribus hoc jus à Carolo IV. concessum est. *A. B. c. 9. §. 2.* Sed hodie aliis etiam Imperii Statibus, vel speciali privilegio vel consuetudine, competit, quibus tamen nec dum propria authoritate nova vectigalia erigere, augere &c. licet vid. *Instr. Pac. art. 9. Cap. Leop. art. 21. Joseph. 20.* add. Edictum Imp. superioribus annis publicatum, quo nova vectigalia penitus prohibentur.

5. Cavendum autem maximè in instituendis, augendisve vectigalibus, ne res pauperibus vitæ sustentandæ necessariæ, quas ipsi ab exteris recipiunt, nimium iisdem onerentur, tum ne misera plebecula aut ad incitas & restim redigatur, aut ferales cieat turbas, tum nè tam

indi-

indigenæ, quam alienigenæ ab iſtarum invectione abſtrahantur. Ex hoc res proprii uſus gratia à ſubditis coemptas à gabellæ ſolutione prorſus immunes eſſe debere, conſtitutum eſt. *l.5. C. de vectig. & Comm.* quamvis id hodiè non ſervetur. *Klock. concl. 59.* Hinc quoque Veneti in bello antehac contra Bajacetem geſto, portoriorum vini, panis & carnis augmenta noluiſſe prædicantur. Cæteris vero peregrinis mercibus invectis, quæ non ſunt vitæ, ſed delitiarum & luxuriæ fomenta, quorum uſus divitum peculiaris exiſtit, vectigalium impoſitioni juſtus relinquitur locus. Quemadmodum apud Rom. aromata, pelles, unguenta, fucos, ſericas veſtes & id genus alia inanium mercium vectigali gravata fuiſſe teſtatur *Marcianus l. 9. §. 7. ff. de public. & vectig.* Optimè *Bodinus* hanc in rem *lib. 6. de Repub. c. 2. Quod ſi quis*, ait, *eſt, qui de me ſcire velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratiſſimum, civitatibus pulcherrimum, Principibus honeſtiſſimum, Plebi utiliſſimum videatur, illud eſt, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delitias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem ſpectant, &c.* Utiliſſimum porro cenſet, *Bodinus d. l.* portoria earum rerum, quæ evehuntur, augeri, invectarum vero minui, ſi ſcil. ſubditi iis commode carere nequeunt. Item fabrilia, lanificia, ſericea, ac omnis generis opificia, quæ aliunde advehuntur, maximo vecti-

vectigali oneranda esse, quo subditi ipsi eadem fabricare & conficere addiscant, ac exotici opifices affulgente lucri spe inescati in Provinciam nostram pertrahantur, sicque ea eò populosior & ditior evadat.

6. Ne subinde causentur diffidentia & discordiæ, quæ multorum malorum irritamenta sunt, vectigalia omnibus ex æquo imperanda; justum enim æquumque est, neminem horum neque privatum hominem, neque populum immunem esse; cum ex æquo ad omnes utilitas eorum, quæ insumuntur, redeat. *Dion. lib. histor. 52.* & beneficium quibusdam dare plebis injuria est, immunemque cives odere sui *l. 9. C. Theod. de lustral. collat.* Quia tamen interdum singulare Jus contra Juris communis rationem authoritate constituentium propter specialiorem æquitatem ac utilitatem citra prævaricationem alicui conceditur, jure factum videri debet, quod huic oneri subtracti sint. 1. Professores, Doctores, Studiosi. arg. *l. 5. C de vectig. j. l. 5 & l. 14. C. de Advoc. div. jud. l. 6. C. de Profess. & Medic. j. l. 6. C. de vectig.* 2. Clerici & personæ Ecclesiasticæ. *auth. Item nulla communitas. C. de Episc. & Cler.* 3. Principes & Status Imperii res ad proprium usum advehi curantes. 3. Principum & Statuum Imperii Legati ad Comitia universalia, vel particularia euntes, quibus hæc immunitas peculiari Edicto (quod exhibet *Fritsch. part. 2. Elect. Jur.*

Publ. c. 5.) anno 1666. ab Imp. Leopoldo de novo confirmata. 4. Camerales *O. C. p. 1. tit. 49. R. I de anno 1654.* §. hingegen. 141. qui id & liberis suis, qui proprios instituerunt lares, vindicarunt, Senatu Civitatis Spirensis contradicente, qua in controversia aliquot Scripta ab utraque parte prodierunt, quæ reperies ap. *Fritsch. all. loc.* 5. Nobiles imperii immediati. *Klock. de jur. vect. concl. 31. Limn. l. 6. c. 3. n. 52. 66. Dn. Maurit. de Nobilit. th. 40.*

7. Ritè rectèque constitutum vectigal hoc operatur, ut, qui ad ejus præstationem obligatur, merces apud publicanum, etiam non admonitus, profiteri, bey dem Zoll angeben / ac debitam quantitatem, nach der alten Zoll-Taffel (non ex ipsis rebus sive speciebus, sed in pecunia. *Hahn. ad tit. ff. de public. numer. 5. Rumelin. ad A. B. p. 1. D. 8. th. 23.)* solvere teneatur, alioquin merces ob defraudationem fisco ipso jure committantur, ac moræ purgatio & pœnitentia nihil opitulentur, etsi postea paratus quis sit vectigal solvere, quia lex dominium mercium ipso jure fisco absque ulla traditione tribuit, quoties autem lex executionem facit, moræ purgatio non admittitur. *l. 16. §. 3. 12. ff. de public. & vectig. l. 19. de leg. 2. l. 20. de opt. leg. l. 35. de cond. indeb. Mod. Pist. v. 2. Cons. 48. n. 33.* Qui *num. 18.* etiam testatur, quod etsi ad possessionem rerum commissarum auferendam de Jure Civili opus sit sententia declaratoria, hodiè tamen

tamen ex generali consuetudine fiscus propriâ authoritate bona commissa apprehendat, quam consuetudinem optimo maximo juri inniti probat *Klock. de jur. vect. concl. 86. l. C.* Hanc autem commissi pœnam ad innocentem dominum haud extenderim, nautâ vel aurigâ, qui mercium vehendarum & vectigalis solvendi negotium in se suscepit, publicanum defraudante, ne ignorantibus dominis per culpam perfidorum quorumlibet res suas auferre, in horum sit potestate. vid. *l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. l. f. §. 11. ff. de public. & vect. Gœbaus. p. 3. Peric. Acad. 7 p. m. 623. Dn. Lauterbach. de jure in curia mercat. usit. th. 60.* Diss. *Köpen. dec. 50. num. 23. Klock. de jur. vect. conclus. 89.* Qui immunes sunt à vectigalium solutione, etiam res suas immunes profiteri debent, schedula immunitatis (Paß oder Frey-Zettel) productâ, quo tamen omisso, locus haud est Commisso. *Klock d. l. concl. 88.*

8. Flumina in Germania vectigalibus maximè onerata sunt Mœnus, Neccarus, Odera, Albis, Visurgis (in cujus cursu ad 27. milliaria supra Bremam viginti sex diversa vectigalia exiguntur, & maxima hoc modo seculo fuit controversia ob novum in eodem Antonio Gunthero Com. Oldenburgensi à Ferd. II. concessum, & post Instr. Pac. confirmatum telonium, ob quam Civitas Bremensis *anno 1652. d. 22. Octobr.* in bannum declarata, & sequenti *an 1653.* per Fecialem Cæsaris hæc banni pœna civitati

 denun-

denunciata, ſed paulò poſt eodem *anno d. 18. Septembr.* rurſus ab illo abſoluta fuit vid. *Limn. t. 5. ad lib. 7. c 7. p. 107. Burgold. ad Inſtr. Pac. p. 3. Diſc. 12. n. 5. & in Limn. Enucleat. l. 2. c. 7. num. 4. ibique in addit. addit. p. 215.)* Danubius, Rhenus, qui primas tenet, ſi vectigalium onera computemus, quorum pleraque olim fuerunt in patrimonio Cæſaris, hodiè verò Electores poſſident, à Carolo IV. oppignorata. vid. *Klock. concluſ. 5.*

9. II. *Jus ſtapulæ* Freye Niderlag/und Staffel- oder Granen- Gerechtigkeit zu verleyhen. In Etymo vocis Stapulæ eruditi variant. *Guicciardinus* enim *in Deſcript. Belg. p. 181.* à voce Gallica *Eſtable* deducit, alii à *ſtabulando*, quod quaſi in certis locis merces ſtabulentur, melius autem forſan à Germanico Stapelen / quod Emporiis Hanſeaticis termino technico merces exponere & iterum compingere ſignificat, petitur originatio. vid. *Limn. ad Capit. Cæſ. fol. 706. ſeq. Jus ſtapularum* duplici accipitur modo. 1. *pro poteſtate ſtapulam concedendi*, & in hac ſignificatione hic à nobis inter jura Majeſtatis cum Electoribus communicata refertur, ac deſcribi poteſt, quod ſit *Jus Majeſtaticum, quo certo loco ab Imperatore unanimi Electorum conſenſu, datur poteſtas cogendi tranſeuntes, ut ibi ſubſiſtant, mercesque ſuas exponant.* 2. pro ipſo *jure conceſſo* quod German. dicitur Stapelgerechtigkeit/ Staffel oder Stapelrecht/ freye Niderlag/

& eſt

& est nihil aliud, quam jus in suo foro sistendi, restringendique merces, sive *Jus in usum & commodum incolarum auctoritate Principis concessum, quo merces ad alias urbes devehendas in suo foro sistere ac retrahere licet.*

10. Dividi potest in *plenum* & *minus plenum*. *Illud*, quod quidem propriè Jus stapulæ dicitur, est, quod habet annexam vendendi necessitatem, quando nempe merces exoticæ aliò transvehendæ, certo temporis spatio, in loco, cui competit hoc jus, publicè venum exponendæ sunt. Quod etsi iniquum videatur respectu mercatorum peregrè advenientium, dum mercaturæ quasi frenum injicitur, ne libera amplius sit, ac pro lubitu in terras quasque excurrat, sustineri tamen utcunque ex causa utilitatis publicæ, propter quam multa licent, quæ aliàs non licerent, potest. Utilitas autem publica in hoc versatur, quod consuli debeat Reip. ut nullus in rebus necessariis appareat defectus, ne tamen restrictio illa commerciorum, quæ ob publ. utilitatem fit, & justè fieri potest, sit infinita, addo, paucis civitatibus id jus permittendum esse. Nec verò ægrè ferre istud impedimentum debent negotiatores, quippe quod hac ratione breviore interdum tempore merces suas vendere possint, justo recepto pretio, numerata & paratâ pecuniâ. *Hoc* quod nudam saltim, ad fraudes circa vectigalis solutionem evitandas,

merces exonerandi, menfurandique ac interdum aliis civium ejus loci navibus eas imponendi neceſſitatem importat. Exemplis divisionem hanc illuſtrat cit. *Guicciard. in deſcrip. Dordraci* his verbis: *Atrebatum Arteſiæ ſtapulam habet vini ex Gallia in illas oras terreſtri itinere convehi ſoliti, quod neceſſum propterea, ut negotiatores prius eò conducant, & in uſum empturientium per aliquod tempus in foro venum exponant, quam alio poſſint transferre, lapſo autem hoc tempore & perſolutis Reip. vectigalibus, civibusque, ut fas eſt, proſpecto, vina, quocunque viſum eſt, avehunt. Middelburgum Zelandiæ ſtapulam habet vinorum ex Gallia, Hiſpania, Luſitania, provinciis cæteris, in hanc Belgicam advehi ſolitorum, quare tenentur, tàm nautæ, quàm negotiatores naves ſuas vinarias eò advertere & vina in actam illam exponere, unde porrò vectigalibus ritè depenſis ea, quo lubitum eſt, transportant. Privilegia ſtapularum Dordracenſium id potiſſimum ſanciunt, ut quicunque vel Rheno vel Moſa conducunt aliqua vina, frumenta, materiem, aliasve id genus merces, & præter urbem hanc navigant, naves in ejus portu exonerent, perſolutisque inibi debitis vectigalibus, merces in civium naves impoſitas, quocunque viſum eſt, transvehant, niſi tamen cum publicanis aliter paciſcantur. Licet autem hæc privilegia multum hodie inter ſe diſcrepent, idque pro mercium, juxta & urbium, quibus conceſſa ſunt, ratione, omnia*

tamen

tamen à prima sui origine vetus stapulæ nomen conservant, &c. adde *Lehman. Chron. Spir. l. 4. c. 22.*

11. Hoc Jus stapulæ *minus plenum* proprie *Jus geranii*, (das Krahnrecht / Krahnen-Gerechtigkeit) dicitur, ab instrumento illo tractorio ad flumina & portus collocato, quo vasa mercibus repleta è navibus extrahuntur, iterumque imponuntur, quod der Krahn audit, quippe quod definiri solet *Jus, quo utilitati vectigalium adversus fraudes mercatorum per mensurationem mercium transvehendarum providetur.* Wann nemlich die angegebene Wahren besichtiget / gezehlt oder gemessen werden / damit den Zollen kein Eintrag geschehen möge. Cum igitur tam difforme sit Jus stapulæ, quatenus latius accipitur, ex tenore concessionis vel consuetudine dijudicandum erit, quale loco alicui concessum fuerit, vel competat. *Stamler. de Reserv. §. 61. n. 3.*

12. Concessio stapulæ à Summa potestate Civili dependet, ac propterea in Imper. nostro nemo nisi Imp. stapulas erigere & concedere potest; Et cum frequentes stapularum erectiones, ob annexum onus vectigalium, commerciorum libertati admodum graves existant, potestas ac arbitrium ejus quoad easdem *Capitul. Leopoldi Augusti art. 20. Josephi art. 19.* hactenus est restrictum, ut novas in posterum non nisi unanimi Electorum consensu, erigere de-

beat. vid. *Capit. Ferdinand. III. artic. 20. IV. art. 19.*

13. Si quis ergò citra talem unanimi Electorum consensu ab Imp. factam concessionem hoc jus sibi arroget, metuendum ipsi est, ne Mandato sine clausulâ ei id inhibeatur, (quod cum Elector Palatinus anno 1575. Oppenheimii ejusmodi stapulæ Jus usurpare cœpisset, factum testatur *Wehn. voc.* Stapelrecht/ ex *Gylmanno)* nisi præscriptionis immemorialis titulo sit munitus *d. Capitul.* ibi: rechtmässig erlangt/ oder sonst ruhiglich hergebracht. vid. *Maul. de jur. conducendi num. 25.*

14. Merces, quæ ad stapulam pertinent, plerumque sunt, quæ ad victum faciunt, ut sunt vina, sal & salsamenta, frumenta & ejusmodi alia, posse tamen in aliis quoque diversi generis concessionem fieri à Principe, dubium est nullum. Si autem in certis mercibus jus stapulæ concessum, strictè accipiendum, nec ad alias extendendum, & vix ulli civitati tam laxe competere arbitror, ut qualescunque promiscuè merces attinere liceat: Hinc distingui solent inter se Staffel-Güter/ und Meß-Güter. Denn der Staffel-Güter halber muß man sich der Stadt Speyer Staffel-Freyheiten gemäß halten/ und Staffel halten/ mit den Meß-Gütern aber/ so man berechtiget/ mag man unaußgeladen vorbey schiffen. *Wehner. voc.* Staffel-Recht.

15. Ju-

15. Jure stapulæ gaudent, ad Rhenum: Colonia Agrippina, Moguntia, Spira. Ad Mosellam: Treveris. Ad Danubium: Ratisbona, Ingolstadium, Passavium. Ad Albim: Hamburgum, Magdeburgum. In Visurgi: Brema; quæ in dicto flumine civitatem allabente sibi etiam jus piscandi à Civitate Hoya ad mare usque, exclusivè quoad alios, unà cum omni jurisdictione & Imperio, competere prætendit, hincque id per telonium à Comite Oldenburgico à Ferdinando II. impetratum, & per Instrumentum Pacis ac communem Imperii consensum roboratum, diminui conqueritur. *Sprenger. in Lucern. mod. Stat. Imp. c. 4. p m. 243. Limn. l. 2. c. 9. num. 132. ubi in addit. tom. 4.* Uratislaviam addit. Habet & Buchorn, Civitas Imp. Circuli Suevici, Jus stapulæ illorum bonorum, quæ à S. Gallo & Steinach/ super Lacum Lemanum, über den Boden-See/ in Sueviam vehuntur, teste *Sprengero Instit Jur. Publ. lib. 3. c. 33. n. 22. p. m. 503.* Item Campidunum, Kempten/ Civitas Imperialis ejusdem Circuli, quoad illas merces, quæ ex Italiâ in Belgium tendunt, & sal, quod ex Tyrolensi Comitatu in Helvetiam vehitur, teste *eodem d. l. num. 30. p. 504.* Porro idem Jus stapulæ habet Curia, Chur/ metropolis Rhætiæ, quæ olim quoque Civitas Imperialis erat, nunc fœderi Rhætorum innixa res Imperii negligit, illarum scil. mercium, quæ ex Germa-

niâ in Italiam trans Alpes vehuntur, ut notat *alleg. Sprenger. d. lib. 3. cap. 10. in fin. p. m. 418.*

16. Unicum hoc adhuc monendum restat, quod si quis Jus stapulæ, vel ex Privilegio, vel ex præscriptione habeat, negotiator, qui ad istud astringitur, non possit novas vias aut elusiones quærere, ut evitet expositionem, ne per indirectum sequatur, quod directo vetitum, ex *Everh. Jun. Besold. in Thes. Pract. voc.* Staffel/ Stapelgerechtigkeit.

CAPUT XXI.

De Iuribus inter Imperatorem & Electores communicatis, in quibus majoris partis Collegii Electoralis consensus sufficit, agere incipit, facto initio à Iure declarandi aliquem, maximè Statum Imperii, in bannum Imp.

Jurium inter Imperatorem & Electores communicatorum, in quibus majoris partis Collegii Electoralis consensus sufficiat, primum vulgò constituitur *Jus declarandi aliquem, maximè Statum Imperii, in bannum Imper.* Die Stände deß Reichs und andere dessen Glieder in die Acht zu erklären. *Bannum Imperii*, deß H. Röm. Reichs Acht oder Bann/ Ober-Acht/ (sic dictum ad differentiam banni particularis,

(der

(der Unter-Acht/) quod vel à Judicio Rothwilensi, ut cujus Jurisdictio certis tantum inclusa est Imperii Circulis, vel à Statu quodam Imperii, cujus Jurisdictio similiter ipsius territorio circumscripta, decernitur, rectiusque Relegatio appellatur,) *est* descriptore *Gailio de P. P. l. 2. c. 1. num. 20. Judicialis censura*, (forsan rectius dixeris *pœnâ) qua violatoribus Pacis publicæ aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, tàm in persona verò, quam in rebus, ab omnibus impunè offendi possint.* Italis *Bando* Gallis *Bannissement*, Latinis aliàs *Proscriptio (Imperialis)* rectius forsan, quàm *Bannum*, dicitur; Est enim vox *Bannum* minus Latina, de cujus, ut & vocabuli Acht/ originatione, & varia significatione vide quæ annotavit *Limn. ad Cap. Caroli V. art. 32. p. 248.* ubi *p. 251.* quoque adfert distinctionem banni Imperii in primum & reiteratum, Acht- und Ober-Acht.

2. Banni hujus decernendi Jus in Republ. nostra habet Imperator, (eoque absente Rex Romanorum,) ac Camera Imperialis. *O. C. p. 2. t. 9.* ita ut concurrant, adeoque præventioni locus. *R. I. de an. 1512.* §. und ob jemand/ rc. *Ordin. Pac. Publ. de anno 1512.* vom auffgerichteten Land-Friden. *Pax. Publ. de anno 1548. d. rubr. §. fin. Gail. 1. de P. P. c. 11. num. 3.* An autem Imper. absque communi Procerum Imp. consensu Statum Imp. banno notare possit?

ſit? magni momenti quæſtio eſt, multis in proximè præcedenti ac præſenti ſeculo, occaſione proſcriptionis Friderici Palat. diſputata. Et cum totius Imperii, adeoque omnium etiam Statuum Imp. intereſſe verſetur in unius vel alterius ex iis proſcriptione, (bellum etenim ſapit, ſi executionem ſpectemus, ſapit dein imminutionem Imperii, quia Statuum numerus minor fit, ſi ex illis unus aut alter per proſcriptionem a corpore avellitur;) omnium Imp. Statuum conſenſum ad eam requiri dixeris, tanto magis, quia hoc ab omnibus Imperatoribus à temporibus Henrici V. usque ad tempora Caroli V. perpetuo obſervatum. v. *Limn. ad Capit. Ferdin. III. p. 719 Hippol. à Lapide de ratione ſtat. p. 1. c. 11. ſect. 2.* Primus Carolus V. exemplo plane novo, ſibi ſoli illam proſcribendi licentiam ſumpſit, quem ſecutus in eo Ferdin. II. qui anno 21. hujus ſeculi, die 22. Januarii, inconſulto Electorum Collegio, ac cæteris Imp. Statibus, cum nonnullis ſaltim Electoribus recommunicatâ, Fridericum V. Palatinum per peculiare Edictum exhibitum à *Londorp. Tom. 2. lib. 6. cap. 1.* nec non Joh. Georgium Marchionem Brandenb. Ducem Jägerndorffii, &c. Chriſtianum, Anhaltinum Principem, & Georgium Fridericum, Comitem Hohenloicum conjunctìm unis literis, apud eundem *Londorp. Tom. 2. l. 6. c. 2. p. 311.* extantibus, proſcripſit; Sed hujusmodi innovationibus in tem-

tempore obviam ituri Electores *Ferdinandi III. Capitulationi* inseruerunt, ne quisquam ex Statibus Imp. Electoribus inconsultis, proscribatur. *art. 30.* quo tamen non contenti reliqui Imp. Status, suum similiter requiri debere præscitum, urgent. vid. *Monit. Princip. Evang. ad Capit. Leop. art. 28.* Et in Tractatibus Pacis Westphalicæ obtinuerunt jam tum, ut *Instrum. Pac. art. 8 §. habeantur, &c.* cautum fuerit, quod in proximis Comitiis, communi eorum consensu, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imp. servando agi, statuique deberet. Quia autem in proximè secutis Comitiis *Anno 1654.* id nondum factum, in *Capitul. Leopoldi* articulus ille hoc modo est repetitus: **Wir sollen und wollen keines weges gestatten/ das hinfüro jemanden hohē oder nideren Standes/ Churfürst/ Fürst/ Stand oder andere/ ohne rechtmässige und gnugsame Ursach/ auch ungehört/ und ohne Vorwissen/ Rath und Bewilligung deß Heil. Reichs Chur-Fürsten/ welche sich deß Wercks nicht theilhafftig gemacht/ in die Acht und Ober-Acht/ gethan/ gebracht oder erklärt/ sondern in solchem ordentlicher** Process **gehalten und vollzogen werde/ wie es sich nach Außweisung deß H. Reichs voraußgesetzter Satzungen/ und der im Jahr** 1555. **reformirter Cam̃er-Gerichts Ordnung/ auch darauff erfolgter R. Abschieden gebührt/ nnd was deßhalben bey dem künfftigen Reichs-**

Tage/

Tag/ wie reserviret worden/ von Chur-Fürsten/ Fürsten und Ständen de modo & ordine weiter verglichen werden möchte/ etc. Quid in præsentibus, Anno 1663. cœptis & adhuc dum durantibus Comitiis ea de re placuerit constituere; prodit *Projectum Perpetuæ Capitulationis* à Collegio Electorali prolatum, *art. 20.* in verbis: Als auch in dem Münster- und Oßnabruckischen Fridens-Schluß enthalten / daß in den Fällen / da einer oder anderer Reichs-Stand in deß Reichs Acht und Ober-Acht zu erklären und zu condemniren / neben dem vorigen in Reichs-Satzungen vorgeschribenen modo, Chur-Fürsten / Fürsten und Stände auff eine beständige und sichere Ordnung bedacht seyn / und deßhalben mit der Röm Kaiserl. Majestät sich durch einen Reichs-Schluß vergleichen sollen. Derowegen so soll und will zu Vollziehung dessen also verglichener massen der Röm. Kaiser/ in denen casibus, darin nach Beschaffenheit deß Verbrechens / auff die Acht oder Privation / entweder vom Kaiserl. Fiscal, Ampts wegen / oder auff Anruffen deß lædirten und klagenden Theils / zu procediren und im Rechten zuverfahren/ Anlaß gegeben/ und darüber entweder Ihrer Kaiserl. Majestät Reichs-Hof-Rath / oder dero und deß Reichs Cammer-Gericht / pro Administratione Justitiæ angeruffen und implorirt worden / zu forderst in Decretirung und Außlassung deren auff

auff die Reichs-Acht oder Privation gebettenen Ladungen und Mandaten; So dann in der Sachen weitern Außführung / biß zum Beschluß und deß Heil. Reichs hierüber verfassete Gesetze und Cammer-Gerichts Ordnungen genaue und sorgfältige Achtung geben / damit der angeklagte Reichs-Stand nicht præcipitirt / sondern in seiner vorhabenden / rechtmässigen Defension der Nothdurfft nach / angehöret werde. Wann es dann zum endlichen Schluß der Sachen kommet / so soll in Examinirung der Proceß und Außsprechung der Urtheil anderst nicht / den vermittelst Zuzie- und in eine gelegene Reichs-Stadt oder am Cammer-Gericht unsaumlich anstellender Zusamen-Beruffung deß Chur-Fürstl. Collegii, und un interssirter Reichs-Fürsten / eines Prälaten und eines Graffen in Person / oder deren gevollmächtigten / den zweyer Reichs-Städte verordneten procedirt und verfahren / und was denn also auff gedachtes Chur-Fürstl. Collegii und zugezogener Fürsten und Stände verglichene Meinung angemeldten höhern Tribunalien geurtheilt und gesprochen wird / darbey soll es verbleiben / und der Reichs-Executions-Ordnung nach / vollzogen werden. Cameram Imperii Spirens. quando ea aliquem Imperiali banno notat, Electorum aut Statuum Imp. assensum requirere haud teneri, non contemnendis rationibus contra *Sinoldum cogn.*

Schütz

Schüz. probare satagit *Limn. ad Cap. Ferdin. III. p. 722. seq.* Sed vid. *Uffenbach de Judic. Aul. cap. 24. §. 3 pag. 274. seq.*

3. Causæ sive delicta, ob quæ bannum Imp. decernitur, consistunt vel in committendo vel in omittendo; Committendo peccat, qui aliquid agit, contra Constitutiones Imp. ut qui Statum Imperii, aliumve August. Confessionis, vel Rom. Catholicæ Religionis, propter eam ipsam religionem, fidemve, de facto vi turbat &c. *R. I. de anno 1555.* §. und damit solcher Fried rc. *& seq.* qui quacunque de causa, vel sub quocunque prætextu aliquem armis oppugnat, spoliat, obsidet, de possessione dejicit. Kàyserl. Land-Fried. *de an. 1548. pr. O. C. p. 2 t. 9.* §. So jemand rc. qui alio quocunque modo contra Constitutionem de Pace publica aliquid tentat, minatur, conatur, ita tamen ut in actum aliquem externum conatus proruperit. *dd. text.* &c Omittendo peccant, qui Imperii Constitutiones in uno vel pluribus articulis neglexerint, illis non paruerint, sed in parendo se negligentes præbuerint, aut moram fecerint. *O. C. p. 2. t. 9.* §. So jemand rc. Kàys. Land-Fried *de anno 1548.* von Poen der Verfahrer dieser Ordnung. *R. I. de anno 1569.* §. Ebenmàssig. qui collectas, tributa, vel pecuniam Imperio debitam exsolvere recusant, inve iis exsolvendis dolose moram nectunt. *R. I. de anno 1542.* §. würde sich aber. *1559.* §. Im Fall

auch

auch einiger Stand 2c. *An. 1613. §. eod.* qui Cameralibus citationibus, mandatis, sententiis non obtemperant. *O. C. p. 2. t. 18. p. 3. t. 43. &c.* Ob hæc & similia delicta banno Imperiali mancipari possunt regulariter omnes mediatè ac immediatè Imperio subjecti, (etiam universitas, exemplo est Civitas Donawerden v. *Burgold. p. 2. D. 8.* Brema. *vid. eund. p. 3. Disc. 12. num. 5. circa fin.* Erfurt. vid. *eund. p. 1. D. 21. num. 19. ibique Fr. Iren. p. 237. seqq.*) sive sint Status Imperii, sive alias neminem nisi Imperatorem recognoscant. *R. I. Worm. de an. 1564. §.* Und wollen wir als Röm. Kayser 2c. Hâc tamen inter personas Ecclesiasticas, & Seculares observatâ differentiâ, quod Ecclesiastici Imp. Status Pontificis jurisdictionem agnoscentes non ordinariâ pœnâ banni publicè sub dio percutiantur uti Seculares, sed privatione Regalium ac Privilegiorum Imperii tantùm puniantur, sententiâ in ipso Consistorio, judice pro tribunali sedente, prolatâ; Sicut nec mulieres illâ confecta banni sententiâ condemnari, sed bonis suis omnibus, beneficiis, favoribus atque privilegiis privari consueverunt. *Strauch. Diss. Exot. 6. th. 12. Mynf. 5. O. 58.* Speciali contra bannum privilegio à Carolo IV. cives Francofurtenses munitos dicit. *Speidel. voce* Bann. *circa fin.*

4. Etsi autem quis banno vel proscriptione Imp. dignum commiserit delictum, pro banni-

to tamen non prius est habendus, quam talis per sententiam declaratoriam legitimè fuerit denuntiatus; licet delictum sit notorium *R. I. de anno 1521.* tit. Poen aller Friedbrecher ꝛc. §. und ob jemands. *& de an. 1548.* §. und ob jemands ꝛc. Sententiam verò declaratoriam præcedere debet legitimus Processus, *Capitul. Ferd. III. a. 30. IV. & Leop. a. 28. Joseph. 27.* cujus partes sunt 1. Citatio, quæ fit vel ad instantiam partis, vel Procuratoris fiscalis, eo ex officio contra delinquentes agente Kayserl. Land-Fried. *de anno 1548. tit. 18.* §. doch mag und soll ꝛc. 2. Litis Contestatio, quam excipit. 3. Causæ cognitio, ubi omninò videndum, an qualitates & requisita essentialia criminis fractæ Pacis Publicæ probata. *R. I. de anno 1594.* §. dieweil dann ferner ꝛc. *Mynſ. 1. O. 40.* 4. Sententia, cujus formulam vide apud *Strauch. Diss. Exotic. 6. th. 18.* In publicatione ejus peculiares observantur solennitates. Sententiâ scil. eo modo, quo aliæ sententiæ omnes, in summo Cam. Imp. auditorio, publicatâ, Celsissimus Judex è tribunali surgit, & Assessorum numero stipatus in aulam sive locum sub dio descendit, ibique fit solennis declaratio, qua peracta Protonotarius schedulam declarationis frustillatim discerptam in terram projicit, & posthæc literæ bannitoriæ ubique affiguntur. Sententiam denique sequitur 5. executio, quæ mandatur his, sub quorum Jurisdictione bona sunt sita, & si

Status

Status Imperii banno notatus, Circulorum Præfectis committitur. In notoriis quoque Processum, sed summarium, cujus formam & typum vide apud *Schwvanmann. 1. Proc. Cam. 72. num. 4. seqq.* cum *Limn. ad Cap. Ferd. III. p. 724.* requirimus.

5. Maximam cum banno habet affinitatem Excommunicatio, quæ est pœna Ecclesiastica privans communione fidelium. Estque vel major vel minor. vid. *Strauch dissert. 6. aph. 5.*

6. Effectus banni sunt, quod 1. damnato aqua & igni interdicatur, ita ut à nemine in clientelam recipi possit. 2. Banno mancipatus reddatur infamis. 3. Cujusque invasioni exponatur *A. B. c. 1. §. 2.* Vogelfrey vulgò vocatur. *O. C. p. 2. c. 10. §.* und wo es derhalben. Unde bannitum occidens ab homicidii pœna prorsus liber esse dicitur. *Clar. in § Homicidium. n. 52. 54.* Sed vid. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 2 Obs. 14.* imò adeò exosi sunt banniti, ut etiam ipsorum receptatores eâdem cum ipsis pœnâ teneantur, & in bannum incidant. Land-Fried. *de anno 1512. tit.* Friedbrecher und Thäter nicht zu hausen. §. welche Obrigkeit aber ꝛc. nisi sint eorum parentes aut liberi, conjuges, consanguinei &c. vel specialiter privilegiati, ut sunt Archi-Duces Austriæ *Speidel. voc.* Ertz-Hertzog. Sereniss. Duces Würtembergiæ per Privilegium à Sigismundo Imp. ipsis adhuc Comitibus concessum Anno 1415. & seq. An. 1417. d. Nicolai ab eo-

dem declaratum ac renovatum, à Friderico III. An. 1454. Carolo V. An. 1530. aliisque Impp. ſubinde confirmatum; Comites de Leiningen, & Aquisgranenſes, Ulmenſes & Memmingenſes, teſte *Speidelio voc.* Bann. *circ. fin. Sprenger. Luc. mod. Stat. Imper. cap. 4. p. 241.* item Monaſterium Salemſchweilenſe notante *Joh. Georg.* von Zimmern *in Manuali Cæſar. Dicaſter. p. 2. quodl. 4. p. 155.* quibus omnibus permiſſum, laudati teſtantur Authores, Bannitos & Proſcriptos in ſuis ditionibus & terris ſuſcipere, fovere & manutenere, ita tamen, ut ſi quis jure contra ejusmodi bannitos experiri, eosq; convenire velit, dicta Sereniſs. Domus Auſtriaca, ac Wirtembergica, cæterique privilegiati coram ſe vel ſuis Conſiliariis deputatis cauſam examinent, juſtitiam debito modo exerceant & tempeſtive adminiſtrent, nec non latam deſuper ſententiam executioni mandent. 4. Feuda ac bona amittat. 5. Omnibus juribus excidat. 6. Amittat omnia, quæ ſunt Juris Civilis; an & ea, quæ ſunt juris Gentium? vid. *Blum. in Proc. tit. 29. num. 828;* 7. In banno ultra annum & diem perſiſtens cenſura etiam Eccleſiaſtica notetur.

7. Durat bannum irrogatum donec ad banniti ſupplex petitum ritè iterum relaxetur, & bannitus in eum ſtatum, quem ante bannum habuit, reſtituatur. *O. C. p. 2. t. 18.* quæ reſtitutio fit vel per modum Juſtitiæ, vel per modum gra-

gratiæ. Quæritur autem hîc: *Num Imperator vi juris restituendi famam Statum Imp. in bannum declaratum solus eximere, & juri ac honori restituere possit, an verò sicut in declaratione, ita & in relaxatione ejus, Statuum aut saltem Electorum consensum adhibere teneatur?* Et desiderarunt quidem Status Evangelici *in Monitis ad Capitul. Leopold. an. 1658. 27. April.* exhibitis, ad *art. 28.* ut ei sequentia insererentur: Daß hinführo kein Chur-Fürst/ Fürst oder Stand deß Heil. Reichs ohne gnugsame Ursach/ und ohne Vorwissen/ Rath und Bewilligung gesampter Stände in die Acht und Oberacht gethan/ gebracht oder erklärt/ und hinwieder auß derselben erledigt/ genommen oder gesprochen werden solle ꝛc. Sed vide ipsum *art. 28. d. Capitul.*

CAPUT XXII.

De Iure concedendi Regale Monetæ.

1. JUs *concedendi regale monetæ*, (Müntz-Recht zu verleyhen.) *quod est, quando Imperator cum consensu Electorum alicui concedit facultatem habendi monetariam officinam, cudendique monetam*, müntzen/ Müntz-Stadt halten.

2. Jus cudendi monetam (à monendo, quod signi impressione & certi authoris inscriptione, temporis, ponderis, & valoris nos admoneat, dictam) est pars summi Imperii, soli Imperatori proprio jure, cæteris autem eo gaudenti-

bus, sive Status Imperii, qui Münz-Stände vocari solent, sive mediatè Imperio subjecti sint, (nam sunt Status Imperii, qui jus monetandi non habent. Kayser Ferdinandi Münz-Ordn. *de anno 1559.* §. Wäre es auch Sach/ etc. & contra, qui Status non sunt, jus tamen monetandi habent, *Capit. Matth. art. 34.* ut civitates quædam municipales, quales *Arnisæo de jur. Majest. l. 2. c. 7. num. 6.* teste, Hoxarium, Halberstadium, Hannovera, Osnabrugum, Minda, Monasterium, Hildesheimium, Gottinga, Northemium, Brunsviga, Rostochium, Sunda, Stetinum, & aliæ) vel speciali Imperatoris beneficio, vel immemoriali, quæ instar privilegii est, præscriptione competens. vid. *R. I. Norinb. de anno. Anno 1524.* §. alsdann auch die Münz-Gerechtigkeit/ etc. add. *A. B. cap. 10. §. 1. ibique Limn. Rümel. ad A. B. p. 1. disc. 8. th. 30. ibique Myler. in addit. lit. A.* Cum autem profusa Imperatorum liberalitas ex potestate plane Regia promiscuam penè licentiam per frequentiores concessiones fecisset, nec parum illa promiscua monetæ cudendæ potestas Reip. nocere deprehenderetur, liberior facultas concedendi jus monetandi tempore *Rudolphi II.* restringi cœpit. Hujus enim Gloriosiss. Imperatoris *Capitulationi* primùm insertum: Daß hinfüro der Kayser ohne Vorwissen der sechs Chur-Fürsten niemand/ weß Stands oder Wesens der sey/ mit Münz-Freyheit

heit begaben oder begnädigen solle/ quod & postea in secutis *Capit. Matth. art. 34. Ferdin. II. art. 33. III. 37. IV. 35. Leopold. 34. Joseph. a. 33.* repetitum.

3. Equidem *Anton. Hanffmannus Diss. de re monet, (quæ extat. vol. 2. dispp. Basil.) th. 6. l. A. dict. Capitul. articulum* ad Status Imp. minores restringit, majoribus Cæsarem absque Electorum consensu jus monetarium concedere posse dicens, Sed apertè huic distinctioni refragantur verba: **Ohne vorwissen der sechs Chur-Fürsten niemands/ weß Stands oder Wesens der sey/ mit Müntz-Freyheit begaben/** quibus sane generalis traditur regula, limitationem nullam, respectu Statuum, sive minores, sive majores, admittens. *Limn. ad Capit. Matth. art. 34. p. 569.* ubi & alium ab eodem *Hanffmanno*, Vicarios Imp. regale monetæ *(absq; consensu Electorum sc.)* aliis indulgere posse, asserendo, commissum errorem notat. Adimitur *in fine thes. præcedentis allegg. Impp. Capitulationibus* simul potestas Jus monetarium mediatis Imp. civitatibus concedendi. *verb.* denen Ständen so dem Reich immediatè nicht/ sondern den Reichs-Ständen/ unterworffen / hinfüro ferner nicht ertheilen: non immeritò. Est enim nummus Instrumentum quoddam, quod rerum permutationi inservit; est namque instar communis mensuræ, qua indigentiam nostram & rerum uti-

litatem metimur. *Arist. 5. Eth. 8.* quo etiam alludit Germanicum nostrum Pfenning quasi Pfänning/ cum nummo veluti pignore nobis cautum sit, omnia, quibus indigebimus, nobis præstò fore. Nota ergò, qua ad quantum significandum signatur, publicâ imprimenda est authoritate, ut sit indubitatum, omnique exceptione majus bonitatis & valoris nummi testimonium, ac scrupulus omnis de ejusdem integritate eximatur. Ubi autem sic cuivis promiscuè monetandi Jus conceditur, vix nummus illo sponsoris officio, ut contrahentes securos faciat, rectè fungetur, propter fraudes & machinationes, quæ, ubi potestas monetam cudendi adeò multis patet, facilè intervenire possunt, vixque, ubi summa circa monetam authoritas penes unum est, præcaveri possunt, ut hinc Carolus M. omnes monetarum officinas in Palatio suo, quo accuratius nummi, & cuderentur & probarentur, habere voluerit. *Bod. de Republ. l. 6. c. 3.* & Rex Angliæ similiter nullibi, quam in Turri Londinensi monetam insigniri patiatur. *Tob. Oelhafen de Moneta. Dea Orat. 2. p. 52.* innuuntur hæc in deß Fränckischen Crayses Müntzbedencken / *à Casp. Klock. tr. de Ærar.* allegato verbis; Auß den Historien und Reichshandlungen befindet sich / daß die alte Impp. und deß Müntzwesens erfahrne jedes mahl dahin gesehen / durchaus und jederzeit der Meynung gewesen / je länger das

Müntz

Münzwesen eingezogen / je geheimer und einfältiger man mit solchem Werck umbgegangen / je besser Münz man gebraucht / alle Wahren und victualien / so man zu Leibes Nothdurfft haben müssen / in besserm und leidelicherm Wehrt verkaufft / und gegeben / wie auch vor Alters und noch vor wenig Jahren unerhört / daß man mit der Münz / einem so grossen Regal, solle Hanthierung treiben / aber wie solchem / so ist diß und ander Unordnung / diß Ubel und Verbrechung / allein dannenhero verursachet / daß man mit der Begnadung und Concession deß Münzschlagens zu mild gewesen / ꝛc.

4. Quibus hoc monetandi jus concessum, varia sunt præscripta, quæ ipsi observare tenentur. Sic quibus certa numismatum genera cudere permissum, alia ferire non licet; gaudent hîc nonnulli præ aliis prærogativa aliqua: ita Electores non tantum argenteam; (cujus species sunt, e. gr. Thaler / vel Reichsthaler / à Valle Joachimica, Jochims-Thal / ubi à Comitibus de Schlick primùm cusi, (unde & adhuc hodiè, qui ex hac specie supersunt, Schlicken-Thaler nominantur) sic dicti, nam cum ad ipsorum imitationem à Saxoniæ Ducibus, aliisque Principibus quoque cuderentur, nomen Thaler eis etiam datum. *Freher. l. 2. de re mon. c. 3.* Halbe / und Vierthels-Thaler / Gulden-Thaler / Gulden / Batzen / nomen haben-

Oo 5 tes

tes à Bag/ vel Beg aut Begle/ i. e. urso, vel urso minore, quem consimili monetæ Bernates imprimi curaverunt, Pfenning/ Heller/ à Civitate Imp. Halla-Svevorum, ubi copiosè olim cusi, ita dicti, *Besold. Th. Pr. voc.* Heller/) sed & auream (cujus species: Ducaten/ de hujus nominis origine vide quæ habet *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 4. J. P. c. 3. num. 32.* Goldgulden/ qui aliquando cum additamento Rheinisch-Goldgulden nominantur) conflandi monetam nacti sunt potestatem. *A. B. c. 10. §. 1.* quam alias raro & parcè Imp. largiti. *Limn. ibid. observ. 7.* Sed v. *R. I. de anno 1576. §.* und auß sondern/ ꝛc. Habent item hoc præcipuum, quod in aureorum materia, ponderatione & æstimatione ad eos non minus, quam ad Cæsarem, respiciendum esse dicatur. *Speid. voc.* Müntz. Porro cui competit jus cudendi monetam, illud ipse exerceat, non alteri vendat, locet, cedat, nec cum monetariis pacta illicita contrahat. *R. I. de an. 1551. §.* So haben wir uns ꝛc. *Ordin. Nummar Ferdin. I. de anno 1559. §.* Ferner als sich auch ꝛc. *R. I. de anno 1570. §.* Alsdann die Müntz-Gerechtigkeit. Optima lex, utinam servaretur, & alii quoque defectus in re monetaria, de quibus vid. *Limn. ad Cap. Caroli V. artic. 27. p. 287. & seqq.* & infra *Cap. 25. n. 7.* penitus tollerentur. Consilia in hanc rem ab aliis data suppeditat *Fritsch. Elect. Jur. Public. p. 1. c. 16.*

CAPUT

CAPUT XXIII.

De Iure alienandi & oppignorandi res Imperii, ac Iure conferendi Feuda Imperio aperta.

III. JUs *alienandi & oppignorandi res Imperii.* Hoc jus ante ætatem Caroli V. in solius Imp. arbitrio fuisse, *Clariß. Dn. Strauchio Diss. de Oppignorat. rer. Imp. th. 25. seqq.* evincere videntur ea, quæ istorum temporum suppeditat historia, factarum alienationum exempla. Ita namque, inquit, Monasterium Alteich in Ducatu Bavariæ situm, ad Imperium pertinens, Romanoque Imperatori annuum Canonem, quem servitium regale vocabant, solvens, Fridericus I. Imperator ob supervenientem inopiam Eberhardo II. Episcopo Bambergensi tradidisse fertur. *Hund. in Metrop. Salisburg. tom. 2. sub rubr.* Alteich. Idem Imper. Abbatiam S. Mariæ in Patavia cum omni integritate & honore, quo ad ipsum spectare dignoscebatur &c. ad Episcopatum Pataviensem Beato Stephano certa conditione tradidit &c. Monasterium verò Urspergense Philippus Imp. Berchtoldo de Neuffen oppignoravit. *Crus. Ann. Suev. p. 2. l. 12. c. 45.* Et Monasteria Imperialia, Ober- und Nieder-Münster / in urbe Ratisbona, Frideric. II. Imp. permutationis

tionis contractu, unà cum Advocatia in Civitatem Nordlingam, Oppidum Oringam, ejusque Advocatiam in Episcopum Ratisbonensem Conradum transtulit, uti tradit *Additionator Hundii in Metrop. Salisb. tom. 3. rubr.* Ober-Münster zu Regenspurg. Abbatiam imperialem Moßburg/ in Bavaria, Arnolphus & Otto I. Episcopatui Frisingensi inseruit. Monasterium Büren eidem Episcopatui Henricus IV. contulit; In omnibus autem hisce, aliisque *ibid. th. 22. 27. 28.* relatis alienationum exemplis, ne verbum quidem de adhibito Ordinum consensu apud ullum concurrere, ait, certo indicio, Impp. tum de bonis & Provinciis Imperii liberè disponere, easque suo pro arbitrio alienare & oppignorare potuisse. Nam si consensus Statuum quorundam necessariò interponi debuisset, unus vel alter Scriptorum monuisset, eum contra leges & consuetudinem fuisse neglectum. Hancque porrò, subjicit *th. 29.* procul dubio etiam esse causam, quare omnes ferè Sueviæ civitates, ut & quædam ex Rhenanis, se Privilegio de non oppignorando vel alienando munierint, quod civitates cunctæ Imperiales in necessitatem Imperii servarentur, quâ emergente, oppignorari invitæ ab Imperatore potuerint, tradente *Sprengero in Lucern. p. m. 234.* Cum Carolo V. proinde primùm jure Capitulationis, Electorum consensum

ſum requiri cœptum eſſe putat. Idem ſentire videtur *Carpz. ad L. R. Germ. c. 7. ſect. 1. n. 1.*

2. Econtra verò nunquam quicquam *Limnæus ad Capit. Caroli V. art. 9.* verb. verſchreiben / verpfänden / verſetzen / ꝛc. *p. 163. n. 5. ſeqq.* à Friderici II. ævo usque ſaltem nihil *Conringius de fin. Imp. cap. 19.* ritè, ſine Electorum conſenſu ad minimum, Imperatores noſtros alienare potuiſſe tradunt. Utut multi inter ipſos fuerint, qui facto aliud conteſtati, inter quos non ultimus Carolus IV. qui mercatum quaſi agens omnia conceſſit omnibus. à quibus pecuniam corradere potuit, Imperiumque largitionibus ita labefactavit, ut Maximilianus I. Imp. ſæpius dixerit Carolum Diſſipatorem Imperii, alterum Craſſum, Vitricum Imperii fuiſſe, & peſtilentiorem peſtem Germaniæ nunquam contigiſſe, referente *Wahrem. ab* Ehrenberg. *de regn. ſubſid. c. 5. n. 42.*

3. Sed quicquid tandem ante Carolum V. obtinuerit, jurisque fuerit, certe ab illius ævo usque hoc bona Imperii alienandi jus, haud levi ex parte, penes Electores fuiſſe, liquidò patet ex verbis Capitulationis illius: Wir ſollen und wollen dem Heil. Röm. Reich und deſſelben Zugehörungen / ohn Wiſſen / Willen / und Zulaſſen gemeldter Churfürſten ſamptlich nichts hingeben/verſchreiben/verpfänden/ verſetzen/

ſetzen / noch in andere Wege vereuſſern / oder beſchweren / ꝛc. quæ ſic repetita in reliquis Capitt. Cæſareis. vid. *Cap. Ferd. I. art. 8. Maxim. II. a. 6. Rudolph II. Matth. Ferd. II. art. 8. Ferd. III. IV. art. 9. Leop. Joſeph. a. 12.* Quomodo autem ille interponendus, *num collegialiter, ut ſic majoris Collegii Electoralis partis conſenſus ſufficiat, an verò ſeparatim & ſic omnium ſeptem* (Bohem. n. in ejusmodi negotiis non attenditur) *Electorum unanimis conſenſus requiratur?* non omnium eadem eſt ſententia. *Limnæus ad Cap. Carol. V. art. 9.* verb. Samptlich. unanimem omnium conſenſum requirit, propter vocem illam Sämptlich. *Sprengerus tamen lib. 1. c. 6. p. m. 32.* majoris Collegii partis aſſenſum ſufficere putat. Et ſane ex verbo illo Samptlich *Limnæi* ſententia non tam confirmatur, quam refellitur, æquipollet enim ei dictio latina *conjunctim*, quæ hic idem, quod *collegialiter*, eſſe videtur.

4. Cum ab anno 18. hujus ſeculi ad 48. usque Germania in propria ſua viſcera per annos 30. ſæviiſſet, nec aliter diu deſiderata ac optata pax reduci poſſet, niſi aliquot Sueco ac Gallo in ſatisfactionem ceſſis ditionibus redimeretur, illi puncto Capitulation. quà alienationem, in *Inſtrum. Pac. Gallic. §. 79. 80.* his derogatum eſt verbis: *Ad majorem ſupra dictarum ceſſionum & alienationum validitatem, Imperator & Imperium, vigore præſentis Tranſactionis expreſſe dero-*

derogant omnibus & singulis prædecessorum Imperatorum, Sacrique Romani Imperii Decretis, Constitutionibus, Statutis & Consuetudinibus, etiam juramento firmatis aut imposterum firmandis, nominatimque Capitulationi Cæsareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & jurium Imperii prohibetur, simulque in perpetuum excludunt omnes exceptiones & restitutionis vias, quocunque tandem jure, tituleve fundari possent. Conventum est insuper, ut præter promissam hic inferius à Cæsare & Imperii Statibus ratihabitionem, in proximis quoque Comitiis, ex abundanti ratæ sint supradictarum ditionum juriumque abalienationes, ac proinde si in Cæsarea Capitulatione pactio, vel in Comitiis propositio deinceps fiat de occupatis, distractisve Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectatur aut complecti intelligatur res supra expressas, utpote ex communi Ordinum sententia, pro publicâ tranquillitate, in alterius dominium legitimè translatas, atque easdem in hunc finem ab Imperii matriculâ expungi placet &c. Unde *Limnaus tom. 5. I.P. p. m. 245.* & *ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 28.* & reliquis Imp. Statibus suas in ejusmodi alienationibus partes esse, probare satagit. Et ipsi Status consensus sui requisitionem in *Monitis ad Cap. Leopold. art. 9.* urserunt, sed frustraneo hactenus conatu.

5. Promittunt Impp. noviter electi se res oppignoratas (puta antequam prohibitæ essent oppi-

oppignorari) creditoribus relicturos, eosque in quieta earum possessione defensuros, omni cessante reluitione; Ita enim Carolus V. *in Capit art. 4.* Wir sollen und wollen ꝛc. den Ständen/sampt der Reichs-Ritterschafft/ihre Regalia und Obrigkeiten / Freyheiten / Privilegien / Pfandschafften ꝛc. auff gebührendes Ansuchen ohne einige Weigerung und Auffenthalt in guter beständiger Form confirmiren und bestätigen / sie auch darbey als erwöhlter Röm. König handhaben / schützen und schirmen ꝛc. quæ reiterata in secutis *Capitull. Ferd. I. Rudolphi II. Maximil. II. art. 4. Matthiæ, Ferd. II. III. IV. Leopold. Josephi art. 3.* & in duabus posterioribus quidem cum pluribus novis additionibus; Idem etiam confirmatum in *Pacif. Westphal. art. 5. §. 9. verbis: Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsarea dispositum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in eorundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliter statutum fuerit, observandam, atque propterea civitati Lindavv, nec non Weissenburg in Noricis, reddita sorte, oppignorationes Imperiales ipsis ademptas illico & plenariè restituendas, &c.* Quibus ex verbis primò patet, illud

lud Jus retinendi pignora non tantùm pertinere ad res, quæ vel ex conventione reluitionis sunt expertes, vel de quarũ reluitione in Instrumento nihil fuit cautum; (von unablößlichen oder solchen Pfandschafften / bey denen keine Widerlosung bedingt worden/) sed & ad illas, quæ sui natura reluitioni sunt obnoxiæ, ita, ut licet juri reluendi natura sua subjectæ, tamen vi confirmationis Imperatoriæ ab ipso lui non possint. *Strauch. Diss. Ex. 4. thes. 15.* Deinde obiter circa illa notandum, quod in vernaculæ linguæ Exemplari, tam eo, quod Lipsiæ 1648. apud Tim. Ritschium typis exscriptum est, quam quod in Theatro Pacis, quod Norinbergæ an. 1663. prodiit, nec non quod in *Theatr. Europ. p. 6. p. 669.* repræsentatur, insignis discrepantia reperiatur circa causam restitutionis Lindaviensis. Loco enim verborum: *reddita sorte:* Germanicum exemplar habet, bey Widererstattung vorigen Standes / i. e. restituto pristino statu, quæ duo nimium quantum inter se differunt. Item quod in Latino est *Weissenburgum in Noricis*, Germanica editio reddit, Weissenburg im Nürenbergischen/ pro eo, quod debuit in Nortgaw. Nortgoja enim non tantum Norinbergensium ditionem, sed plura alia quoque continet loca. vid. *Zeiler. in Itin. Germ. c. 4. p. 109.* Cæterum de ipsa causa Lindaviensi vid. *Limn. tom. 5. in addit. ad l. 7. c. 29. Knipschild. de Civitat. Imp. l. 3. c. 31. &*

Acta Londorpii continuata l. 4. p. 531. de Weissenburgo *Knipschild. l. 3. c. 57.*

6. Annon autem hæc Imperat. promissio contrarietur ei, quæ in *art. 9. Cap. Caroli V. & seqq. Impp.* habetur, sich uffs höchste zu bearbeiten/ und allen möglichen Fleiß und Ernst anzuwenden/ dasjenige/ so vom Reich abkommen/ rc. zum forderlichsten wieder darzu zu bringen/ rc. dubitaveris? Sed *art. 9. Cap. Caroli V. Ferd. III. IV. & 12. Cap. Leopold. & Joseph.* de duobus cavet; alterum est, ne Imperator bona Imperii distrahat, oppignoret, aliove quovis modo alienet; alterum ut omnibus viribus Imperio subducta, & inde divulsa recuperare studeat atque nitatur. Prius illud prohibet in futurum, adeoque *articulo Capit. Carolina 4to. (Caterarum 3tio.)* non obstat, ut qui de præterito, quid habendum circa res Imperii pignoratas, statuit. Posterius, quid Juris circa jam alienata, statuit, ut nempe Imperator ea repetat. Sed quæ nam illa? Non sane, quæ Status Imperii justo titulo ab Imperatore possident, hæc enim *in fin. §. 9. Cap. Carol. Ferd. III. IV. Leopoldi Joseph. 12.* disertè excepta intelliguntur per verba: Doch männiglich/ an seinen gegebenen Privilegien/ Rechten und Gerechtigkeiten unschädlich/ nec tam extra Imperium sunt, quam intra Imperium ab Ordinibus Imperii justè possidentur; sed ea, quæ Imperio subducta, so vom Reich abkommen/ verfallene Fürstenthumb/

thumb/ Herrschafften/ & hujus generis alia, siquidem alicujus pretii & in manibus exterorum injuste detinentur. Ac de his intelligendum etiam putat Dn. *Strauch. d. Diss. de oppign. rer. Imp, th. 42.* Privilegium Comiti Palatino datum, & à longo tempore quæsitum, àque Cæsaribus confirmatum, ut loca & dominia Imperii à Cæsaribus extra Imperium alienata & oppignorata ipsi eodem pretio, iisdem conditionibus, reluere & redimere liceat, teste *Frehero Orig. Palat. cap. 16.*

7. IV. Huic explicato juri proximum est *Jus conferendi Feuda Imperio aperta*, (die dem Reich eröffnete und ledig heimgefallene Lehen wieder zu verleihen.) Apertura Feudorum tribus imprimis contingit modis 1. quando familia Principis, Comitis, &c. Vasalli Imp. per casum mortis omninò extinguitur. 2. Quando quis ob commissum crimen feudo privatur, & 3. quando refutatur. Quæ per refutationem, & ob delictum contingit, nonnunquam tantum ad tempus durat, quousque scil. refutans vel delinquens, ejusque filii vel descendentes in vivis existunt, ita, ut iis mortuis feudum dein ad proximum successorem feudalem redeat; vid. *Ludvvell. Synops. Jur. Feud. c. 15. p. 311. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 15. aphor. 14. seq.* Et tunc fructus durante aperturâ ad Imperium pertinebunt, nec aliis in Imperii damnum vel præjudicium concedi ab Imperatore poterunt.

8. Quæ omninò, quod frequentiùs primo modo contingit, Imperio sunt aperta Feuda, non sunt unius generis & qualitatis, sed eorum nonnulla aliis iterum conferri debent, alia verò non facile debent. Prioris generis sunt Electoratus, per *text. A. B. cap. 7. §. 3. verb. Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipsorum Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator sive Rex Rom. qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, &c.* quibus non tantum facultas conceditur, sed necessitas quoque imponitur Imperatori Electoratum vacantem alii vicissim in feudum tradendi, idque ideò, ne numerus Electorum, qui olim septenarius fuit, hodiè verò per *Instrum. Pac. art. 4. §. quod ad Domum Palatinam, &c.* octonarius factus, maximo Imperii detrimento, minuatur. *Arum. ad A. B. Disc. 4. th. 76.* Cum enim primò limitatio hujus juris ratione Regni Bohemiæ, Electoratus aliàs etiam Imperii, contigerit *A. B. d. loco*, ita, ut si illud ob extinctam Regum familiam vacare contingat, Statibus Regni Bohemiæ integrum esse debeat, juxta continentiam suorum privilegiorum, & observatam diuturnam consuetudinem, à Romanis Impp. obtentorum, alium in Regem, sicque eo ipso novum Electorem, eligere *Limn. ad A. cit. c. 7. §. 3. obs. 11. seqq.* ac dein Electoratus Ecclesiastici non ita vacare possint, ut ad Imperium revertantur, sicut Seculares, adeoque

d. text.

d. text. A. B. per se Electoribus Ecclesiasticis applicari nequeat, quia non jure sanguinis aut successionis, sed jure electionis legitimè à Capitulo peractæ Archi-Episcoporum numero inseruntur, atque eoipso, accedente tamen post investiturâ Cæsareâ, Electoralia jura consequuntur, hinc sanè, nisi ita cautum, fieri paulatim potuisset, ut nonnisi unum Regem Bohemiæ inter Seculares & tres Ecclesiasticos numeraret Germania Electores, vid. tamen *Instr. Pac. art. 4.* verb. *Quodsi vero contigerit, &c.* ubi Electoratus octavus expressè hac conditione receptus, ut Linea Wilhelmina extincta, & Electoratus Bavaricus desinere debeat.

9. Et in hoc, quod Electoratus Secularis Imperio apertus alteri, non obstante *art. Cap. Carol. V. 24. Ferdin. I. a. 23. &c.* rursus conferri debeat, præterquam quod de Bavarico *in Instrum. Pac.* expreßè cautum, consentiunt ferè omnes, de modo verò reinfeudandi Electoratum vacantem, discrepantes sunt Dd. sententiæ. *Arumæus D. 4. thes. 16. Rümel. p. 1. Diss. 7. th. 11. Carpzov. ad L. R. G. c. 7. sect. 3. num. 27. Dieteric. ad A. B. c. 7. p. 55. & alii* Electoratus vacantis reinfeudationem, etiam irrequisito Electorum consilio, ab Imperatore fieri posse, statuunt, per sæpius alleg. text. *A. B. c. 7. §. 3. Limnæus verò ad Cap. Carol. V. art. 24.* verb. Fürstenthum. *n. 17. & seqq. pag. 268. & Strauch. D. Exot. J. P. 4. th. 23.* eandem cum cæterorum

rum Electorum consensu fieri debere contendunt. Distinguunt *Schüz. in C. I. P. v. 1. D. 7. thes. 17. l. E. Stamler. de Reservat. §. 47.* inter translationem Electoratus ob vacantiam ex defectu familiæ, & ob delictum contingentem. Priori casu Imperatorem non necesse habere consulere cæteros Electores, sed posteriori teneri, statuentes. Ex his diversis Authorum sententiis *Limnæi* mihi arridet, quam ipse pluribus contra *Stamlerum tom. 5. J. P. in addit. ad l. 1. c. 12. p. 347. & seqq.* rejectâ illâ distinctione tutatus est, & inter alia quoque firmat *art. 39. in f. & art. 44. Capitul. Leopold. Joseph. 38. & 43.* in verbis: Und über solches alles/ das jenige Collegium, in welches sie sollen auffgenommen werden/ gnugsamb gehöret/ ꝛc. nec aliter, quam cum Electorum consensu, etiam exspectantiam in Electoratum, in casum vacantiæ, alicui concedi posse reor, cum *Dn. Rhetio in Comment. ad Jus Feud. Comm. p. 191. & 361.*

10. Feuda Imperii posterioris generis, quæ scil. aperta non conferri aliis facile, sed ad restaurandas Imperii vires publico Imperii patrimonio addici debent, sunt Ducatus, Principatus, Comitatus &c. de his enim à Caroli V. usque tempore ad Ferdinandi IV. tempora usque in *Capitull. Impp.* ita dispositum: Wann auch Lehen dem Reich und Uns bey zeit Unserer Regierung durch Todfall oder Verwürckung eröffnet/ und lediglich heimfallen werden/

den / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Städt / und dergleichen / die sollen und wollen wir ferner niemand leihen / sondern zu Unterhaltung deß Reichs / Unser und Unserer Nachkommender König und Käyser behalten einziehen und incorporiren ꝛc. v. *Limn. ad A.B. c.7. §.3. obs.7.* In *Capit. Ferdin. II. art. 28. & Ferdin. III. a. 32.* etiam datio Exspectantiarum in ejusmodi feuda, antea saltem per consequentiam, disertis verbis prohibita, tandem v. in *Cap. Ferd. IV.* & *Leop. art. 30. Joseph. 29.* hactenus absoluta prohibitio ita limitata, ut feuda ejusm. ab Imp. aliis possint conferri, sed non aliter quam si id fiat consensu Electorum. Consensûs quidem expreße ibi non fit mentio, sed tantùm *præscientiæ*, probabile tamen est, per illam Sereniss. Dnn. Electores consensum denotare voluisse, adeoque minimè nudam sufficere certiorationem; uti etiam *Rhetium* id ita accepisse post hæc scripta deprehendi *d. l. p. 360. & seq.* Ac quamvis illos textus Capit. *Bocerus de Regal. c. 2. num. 61. & c. 4. num. 15.* non de feudis, sed bonis vacantibus tantùm, interpretandos putet, secutus *Sleidanum*, qui quod est in Capitul. Feuda vacantia, hoc in Historia sua generalius vertit bona vacantia; attamen expreßè verbi: Lehen: adjectione refutatur, observante id quoque *Limnæo ad Cap. Imp. p. 263.* & *Dn. Mauritio Posit. Controv. Jur. Feud. Decad. th. 1.*

CAPUT XXIV.

De Iure indicendi Comitia Imperii universalia, cum Electoribus communicato, ita, ut illorum consensus separatim per literas & Legationem requiratur ac declaretur.

JUs indicendi Comitia Imperii universalia, Allgemeine Reichs-Tag außzuschreiben / hodiè quoque cum Electoribus communicatum est. Dico hodiè. Si enim ad priorum Impp. Caroli M. scil. & successorum ejus tempora respexerimus, indubium ferè est, illis absq; ullius adsensu Comitia cogere jus fasque fuisse; Et illud quidem Comitiorum indicendorum Jus Cæsaribus solis ad Carolum V. Imperatorem perdurasse, non uno ex loco Recessuum Imperialium clarescit; Sic enim Fridericus III. *in Reformat. sua anno 1442. instituta* loquitur, darumb insonderheit her zu Uns zu kommen gebeten und geheissen haben ꝛc. & Maximilian. I. *in Ordin. Trevirensi & Coloniensi de an. 1512. pr.* ibi: So haben wir Chur-Fürsten / Fürsten / und andere Stände deß H. Reichs / zu Uns anfänglich gen Trier auff einen gemeinen Reichstag erfordert ꝛc. *R. I. Aug. de anno 1518. pr.* ibi: und darauff Churfürsten ꝛc. *R. I. Ratisbon. de anno 1527. §.* haben wir Bottschafften ꝛc. *Carpzov. de*

L. R.

L. R. Germ. cap. 5. sect. 2. Sed cum libertate illa abuterentur Imperatt. Electoribus placuit hac in parte Imperatorum constringere potestatem, additumque primitus *Caroli V. Imp. Capitulationi*, ipsi conventum nullum nisi de consensu Electorum indicere licere. *art. 12.* quod dein in seqq. Capit. quæ in hodiernum usque diem prodierunt, semper repetitum, ac hactenus laudabiliter quoque observatum fuisse insinuat clausula illa Recessibus Imp. inseri solita: **Haben auff vorhergehenden Rath/ wissen und Bewilligung gemeldter Unserer und deß Reichs Chur-Fürsten/ nicht umbgehen mögen/ eine gemeine Reichs Versammlung außzuschreiben/** sicut constat ex *R. I. Aug. de A. 1559. R. I. A. 1567. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. 1603. 1613. pr. 1654. §. 1.* Quæ literis Cæsareis evocatoriis ad Comitia usitato stylo annecti solet, ut apparet ex illis Rudolphi II. *de d. 10. Jan. A. 1515.* quas exhibet *Arum. de Comit. c. 5. num. 7.* Ferdinandi III. *de d. 2. April. A. 1652.* quæ extant ap. *Auth.* **der Grundfest deß H. Röm Reichs.** *p. 1. cap. 2. pag. 20. seqq.* Leopoldi I. quibus Status Imperii ad præsentia evocavit Comitia, exhibitis à *Molzio in repræsentat. Maj. Imp. p. 2. c. 19. m. 2. §. 2.*

2. Tenetur autem Imperator hodie quoque ratione temporis & loci habendorum Comitiorum Electorum voluntatem requirere, frustra sese opponente *Stamlero tr. de Reservat.*

Imp. §. *27. vid. Capit. Leop. art. 17.* verb. Keinen Reichstag ꝛc. ehe und bevor wir umb der Churfürsten Consens angehalten / und Uns mit denselben so wol der Zeit und Wahlstatt verglichen ꝛc. Nec tantum in prima Comitiorum indictione, sed illorum etiam translatione, eandem impetrare tenetur. *Sprenger. lib. 1. c. 23.* cum enim semel consensu Electorum certus sit Comitiorum locus determinatus, alio loco convenire consensui Electorum repugnare manifestum est. Idem de reassumptione & prorogatione dicendum, quod confirmatur *ex rescripto Rudolphi II.* ad Principum Electorum Norinbergæ congregatorum Legatos *sub dato Pragæ 23. Novembris Ann. 1611.* §. Sondern entweder zu Außschreibung eines neuen Reichstags / der Consens dem Herkommen nach erlangt / oder da Sie die Chur-Fürsten es für gut ansehen würden / der jüngst verschobene wieder reassumirt werden müste ꝛc. & der Röm. Kays. Maj. Außschreiben zum Reichstag nach Regenspurg / *de anno 1662.* De modo requisitionis ita *R. I. Ratisb. de anno 1641.* legitur: Daß zu Außschreibung eines allgemeinen Reichstags deß H. Reichs Chur-Fürsten / und ein jeder derselben absonderlich / vorher dem alten Herkommen / und weyland Kayser Carle deß Vierdten Gulden Bull nach / umb seinen special Consens, schrifftlich und durch Schickung ersucht werden solle. Unde patet per literas, & le-

& legationes consensum eorum expeti, quod consuetudine inductum esse agnosco, at in *A. B.* constitutum esse, non persuadeor, nihil enim in eâ de indictione Comitiorum Universalium cum consensu Electorum facienda, deque eorum consensu per literas & Legatum expetendo, ullibi cautum reperio.

CAPUT XXV.

De Iuribus Comitiorum, seu Iuribus, quæ præter Cæsaris & Electorum omnium Statuum requirunt consensum, in specie de Iure ferendarum, interpretandarum & abrogandarum Legum, Iure ponderis & mensuræ universalis, Iure corrigendi defectus monetæ, Iure recipiendi aliquem in Statum Imperii, Iure suspendendi, excludendi Statum à voto & sessione in Comitiis, ac Iure mutandi vel transponendi summa Imperii Tribunalia.

SUccedunt Jura Comitiorum, quorum primum est, Jus condendi Leges Imperii Universales, die Gewalt allgemeine Gesetz und Ordnungen zu verfassen / zu erklären / zu mehren / zu mindern / oder gar auffzuheben / quod sanè non solius est Imperatoris, ut *Wesembeccius ad tit. de legib. num. 3.* contendit, rectè ob id notatus

tatus ab *Hahnio ibid. in Obs.* nec non *Reinckingius*, strenuus nimium Cæsareæ Potestatis assertor, omnem legum ferendarum ac abrogandarum potestatem uni tribuens Imperatori. *libr. 1. cl. 5. c. 6.* Nam & ipsimet falluntur & alios quoque fallunt, dum eandem ex Legibus Romanis nostro Imperatori tribuunt potestatem, quæ olim Cæsarum fuit Romanorum. Enimverò ex legibus istis non est æstimanda Regum nostrorum authoritas. Sunt illæ conditæ in Monarchia: At in nostro Imperio Status mixtus est, & perpetuo fere fuit. Nam & olim Reges nostri suadendi magis, quam jubendi potestate præfuerunt, teste *Tacito de moribus German.* Verisimile itaque non fit, rem in qua plurimum momenti situm, & quæ totam mutare poterat Rempubl. uni esse commissam Regi. Franci quoque Leges, quas vel sibi ipsis vel aliis populis sibi subjectis, Alemannis, Ripuariis, Frisiis, Bajoariis, Longobardis &c. tulerunt, in conventibus populorum tulerunt, nulla verò earum lata est à solis Regibus. Indicant id liquidò ipsæ Legum inscriptiones, quæ etiamnum supersunt. vid. passim *Conring. lib. de Orig. Juris German.* Observatum idem adhuc est temporibus Caroli M. filii ejus Ludovici, & sequentium Imperatorum ac Regum, qui leges plures, tam Ecclesiasticas, quam civiles, in Concilio populi & Comitiis regni condiderunt. vid. *Conring. d. lib. cap. 13. seqq.*

2. Nec

2. Nec penes Imperatorem & Electores solùm jus ferendi leges Imperii universales existit, ut *Sleidan. lib. 1. comment. p. 28.* tradit, sed cum omnibus & universis Statibus Imperii ità communicatum est, ut sine illis exerceri non possit, (sive lex nova roganda, sive rogata interpretanda, declaranda, vel explicanda, sive renovanda aut pro utilitate Reip. mutanda, aut planè refigenda sive abroganda) id quod nec ipse Ferdinandus II. quanquam fortasse contrarium ausus, verbis diffiteri potuit, dum Legatis Circuli Franconici Anno 1629. 28. Augusti respondit: Es erinnern sich Ihre Kayserl. Majestät / daß in den jenigen Sachen / da man newe Gesetze und Constitutiones auffrichten wolte / dem im Reich herkommen nach / solches auff gemeinen Reichs-Versamlungen constituirt werden solle. Et Electore Saxoniæ *literis de dato 28. April. anno 1629. ad Cæsarem datis*, multis rationibus ostendente, religionis negotium, ab exorti dissidii primordio, in Comitiis publicis tractari solitum, ac proinde totam ferventem Edicti causam, illuc esse rejiciendam, ipsius jussu Consiliarii Aulici responderunt: Newe Gesetz können Ihre Kayserl. Majestät nicht machen / ohne Consens der samtlichen Reichs-Stände / man versire aber dißmal nicht in terminis legis ferendæ, sondern justitiæ administrandæ. Hincque illæ in Recessibus Imperii usitatæ formulæ: Mit der Stän-

Stände ermessen und Bewilligung; mit Rath und Zuthuung der gemeinen deß Heil. Röm. Reichs-Stände/ vid. *R. I. de anno 1559.* §. damit dann hinfüro/ 2c. *de anno 1570.* weiters nach dem auch/ 2c. Atque inde ipsi Recessus, Reichs-Satzungen/ Reichs-Ordnungen/ Unser und gemeiner Stände Abschiede/ audiunt. *R. I. de anno 1564.* §. haben sie/ 2c. *in fin.* ac quandoque rubrica: der Kayserl. Majestät/ und deß Heil. Röm. Reichs-Stände Ordnungen/ insigniuntur: ut Regim. zu Augspurg *an. 1550.* deß Cammergerichts auff dem Reichstag zu Costantz/ *anno 1507.* Aufffatzung und Ordnung auff dem Reichstag zu Trier und Cölln *an. 1512.* Cammergerichts-Ordnung *de anno 1533. 1555.* Policey-Ordnung/ *de anno 1577.* quanquam interdum etiam à potiori, Imperatore nempe Kays. Constitution und Satzung/ wie Brüder oder Schwester Kinder/ 2c. *de anno 1529.* Et confirmatum novissimè hoc ipsum Jus Statibus Imperii est in *Instrum. Pac. art. 8. vers. Gaudeant. Capit. Imp. Leopold. art. 2.* ibi: Wir sollen und wollen auch deß Heil. Röm. Reichs Ordnungen und Gesetze/ so viel die dem obgemeldten angenommenen Reichs-Abschied im Jahr 1555. zu Augspurg auffgerichtet/ und mehr erwehntem Friedenschluß nicht zuwider seynd/ confirmiren/ ernewern/ und dieselbe mit Rath und Consens Unser und deß H. Reichs Churfürsten und andern Ständen/ wie deß

Reichs

Reichs Gelegenheit zu jederzeit erfordern wird/ bessern/ꝛc. Cui Principes Evangelici hæc expresse quoq; inserenda esse existimarunt in *Monitis suis*. Daß der zukünfftige Röm. Kayser sich verbinde der interpretation der Reichssatzungen/ und insonderheit deß Instrumenti Pacis, allein nicht anzumassen/ sondern dafern sich ein dubius intellectus ereignen solte/ mit gesamter Stände deß Reichs Vorwissen/ Rath und Vergleichung/ auff offentlichen Reichstagen damit zu verfahren/ zuvorher aber darinnen nichts zuverfügen/ noch ergehen zu lassen/ auch deß Reichs Ordnungen und Gesetze ohne der gesamten Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände auff offentlichen Reichstagen vorgehenden Einrath und Bewilligungen nichts zu endern. *Limn. ad Cap. Carol. V. art. 2. p. 138.* ubi plures hanc in rem adducit texx. ex *Recess. Imp.*

3. Nec illi, quod de declaratione diximus, obstant loca, ubi Imperatori ea unicè reservatur, in *R. I. de an. 1541* §. Doch haben Wir Uns vorbehalten/über vorgemeldten Friedensstand/ so offt solches die Nothdurfft erfordert/ jederzeit declaration und Erleuterung zu thun/ wie wir Uns solches hiemit außdrucklich und wissentlich vorbehalten. *R. I. de anno 1544.* §. Wäre aber Sach ꝛc. Nam parata est ad hæc responsio ex *R. I. de anno 1548.* §. Nach dem auch ꝛc. & §. Auff solches Unser ꝛc. nempe Status hoc negotium Imperatori commisisse, adeoque pote-

statem

statem ejus hic extraordinariam fuisse. Talis enim fit vel permissione Statuum, auß Zulassung der Stände. *R. I.* zu Trier und Cölln. *de anno 1512.* §. Item sollen dieselbe ꝛc. vel aus Überlassung und Heimstellung. *R. I. de anno 1541.* §. Und dieweil uns ꝛc *R. I. Spir. de anno 1542.* §. Als nun aber ꝛc. *R. I. de anno 1603.* §. Und demnach. *Anno 1613.* §. Und demnach ꝛc. vel auß getroffenem Vergliech. *R. I. de an. 1566.* §. Und aber ꝛc. *Limn. d. l.*

4. Liquet hinc, non aliam potestatem Imperatoris esse in lege universali ferenda, quam quæ in conventionibus alteri9 contrahentium, quicquid dicat *Dn. Lyncker. in anal. hic.* Cum vero contrahentium in contractibus ineundis arbitrium hoc sit, ut alter alterum invitum obligare non possit, sed utriusque requiratur consensus, consequens est, non posse Imperatorem Ordinibus invitis quicquam statuere, sed ad valorem legis omnium aut certe plurimorum requiri consensum. De illa vero formula Legislatoria, qua Imperatores dicunt, se hoc vel illud ex plenitudine potestatis decrevisse, quid censendum. *vid. Limn. ad Cap Impp. Proleg. sect. 8. num. 6. & A. B. Procem. Obs. 29. Conf. Fr. Iren. ad Burgold. p. 3. Disc. 2. pag. 12. Bœcler. in Not. ad Dan. Otton. Jus Publ. c. 8. pag. 35. seqq.* De promulgatione Legum universalium quomodo illa fiat. v. eundem *Limn. ad Aur. B. Procem. Obs. 31.*

§. II.

5. II. Huc pertinet *Jus ponderis & mensuræ Universalis*, Durchgängige / gemessene Ellen / und Gewicht zusetzen. Cum mercatura sit nervus quidam Reip. & vinculum societatis civilis, uti ex *Loysau au traicte des signeuries chap. 9. num. 68.* tradit *Limn. ad Cap. Ferd. III. art. 20. p. 705.* add. *Instrum. Pac. art. 9. in pr.* Reipubl. moderatores eam omnibus modis ac mediis fovere ac promovere debent. vid. *Joh. Marquard. de jur. mercat. lib. 1. c. 1. 2. 3.* Non parum autem huc ponderum, mensurarumque uniformitas confert. *Joh. Bodin. de Republ. l. 1. c. 10. num. 169.* Ideò Juris Publici Consulti tradunt ac suadent, plane utilissimum fore, si horum per Imperium nostrum varietas ad omnimodam parilitatem reduceretur.

6. Cura autem hæc mensurarum & ponderum ab omni ævo ad Summum cujusque Reip. Magistratum pertinuit. *Myler. ab* Ehrenbach / *Metrolog. c. 1. §. 1.* qui tamen eandem aliis quoque delegavit. vid. *l. 13. §. 8. ff. locat.* In Republ. Romanâ, Monarchiâ reductâ, Imperatores Jus circa pondera & mensuras summum sibi vindicarunt, eis certum modum jure Imperii dixerunt, & illatam ponderum iniquitatem sanctionibus coërcuerunt, simulve curam, ne quis ponderibus & mensuris prægravaretur, diligenti inspectione Defensoribus Civitatum demandarunt, prout videre datur ex *l. pen. de Defens. civit. l. 9. l. f. C. de suscep. l. 1. C. de pon-*

der. Nov. 128. Idem Jus, eandemque curam & solertiam veteres Francorum Reges quoque habuisse, ex his, quæ *Aventin. lib. 4. hist. Bojoar. fol. 287. Goldast. tom. 3. Const. Imp. fol. 141. ac 154.* referunt, colligitur. Ex quo verò in Imperio nostro Proceres ejus Summi Imperii participes facti, hæc quoque de mensuris statuendi cura & potestas cum ipsis communicata. Hinc cum Carolus V. omnia pondera & mensuras per totum Imperium iisdem legibus exæquare, ac ad faciliorem expediendorum commerciorum rationem, ponderum, mensurarumque uniformitatem in tota Germania constituere prudenti voto decrevisset, cum consilio & consensu Ordinum Imp. in Comitiis rem expedire allaboravit, quia verò variis de causis ad effectum producere non potuit, res ad instantem Cameræ Visitationem per Deputatos Imperii expedienda remissa est. vid. *Reform. Polit. de anno 1530. tit.* von Ellen / Maaß / und Gewicht. Unde quidem Jus pondus & mensuram universum per Imperium constituendi Jus Comitiorum esse cognoscimus, non tamen necessariò tantum in plenis Comitiis eâ de re agendum unà videmus. Anno 1548. dein prælaudatus Imperator Carolus V. cum votum suum effectui dari non posse intelligeret, Statibus Imperii comitiali concluso injunxit, ut in suis territoriis ac districtibus, de ponderibus, mensuris, ulnisve aliquid certi constituerent.

vid.

vid. *Reform. Pol. de an. 1548. tit.* Von etlichen Articuln/ darinnen den Obrigkeiten Ordnung fürzunehmen befohlen worden. Quod factum quoque esse, variæ variorum locorum Ordinationes Provinciales edocent, vid. *Schepliz. ad Consuet. March. Brandenb. p. 4. t. 6. §. 1. Ordin. Provinc. Würt. fol. 149.* ibi *Lindenspur. fol. 259. & seqq. ubi num. 5.* pro meritis laudat summam Christophori Ducis Wirtemb. Principis sempiterna memoria dignissimi, in ponderum unitate & conformitate, per integrum Ducatum, introducenda sollicitudinem & prudentiam. add. *Speid. Specul. voc.* Gewicht/ Maaß/ Meß/ Ellen/ 2c. *Dn. Myler. Metrologiam. c. 3. 4. 5.*

7. III. *Jus corrigendi defectus monetæ* Juribus Comitiorum porro annumeratur, quod à Jure concedendi monetam, seu Regale monetæ alicui conferendi in eo differt, quod illud monetæ cudendæ facultatem tribuat, hoc verò cusæ defectus & vitia tollat, illud tantum Electorum, hoc autem omnium Imperii Statuum consensum requirat. vid. *Capit. Carol. V. art. 27. Ferdin. I. art. 25. Rudolph. II. art. 28. Matth. art. 33. Ferdin. II. artic. 32. III. artic. 36.* in quibus omnibus dicitur, mit Rath der Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände.

8. Defectus in re monetaria admodum varii sunt, proveniunt eorum alii *à causa efficiente*, alii *à loco*, alii *à materia*. *In causa efficiente* vitium est 1. quando is facit cudere monetam,

qui Jus monetandi non habet, vel cui propter delictum vel aliam causam suspensum est. 2. Quando is, qui monetandi jure gaudet, id alteri locat, vendit, vel alio modo concedit. Müntz-Ordnung/ꝛc. *an. 1559.* §. ferners als/ ꝛc. *175. R. I. Spir. de anno 1560.* §. alsdann auch/ ꝛc. 3. Quando cudit alias species, quam quarum cudendarum Jus habet, e. g. Ducatos, denn Ducaten zu müntzen gebühret nur den jenigen Ständen/ so hohes Gold in ihren Landen haben. *R. I. Ratisb. Anno 1576.* §. und auß sonderm/ ꝛc. 78. 4. Quando cudit alias species, quam quas cudere in Imperio permissum. *R. I. de anno 1570.* §. Wir setzen/ vid. *R. I. Aug. de anno 1566.* §. und damit der Gemeine/ ꝛc. *Rec. Dep. Francof. de an. 1571.* §. wie verächtlich/ ꝛc. *Rec. Imper. Ratisbon. 1576.* §. derhalben/ ꝛc. & §. ferner. *R. I. de anno 1594.* §. Setzen. nisi hoc ei certas ob causas permittatur, *R. I. de anno 1582.* §. nach dem auch/ ꝛc. 5. Quando minutarum specierum nimiam cudit copiam, unde publicum bonum & commodum lædi possit. Müntz-Ordnung. *anno 1559.* §. wir ordnen/ ꝛc. *Ratione loci* vitium committitur, si moneta alibi, quam ubi debet, cudatur. *R. I. Spir. de anno 1570.* §. und dieweil/ ꝛc. *1594.* §. wir ordnen/ ꝛc. *Materiæ* vitia sunt 1. Si adulterina pro verâ supponatur. 2. Si materia falsa cum probâ commisceatur. 3. Additamentum detur auro & argento in speciebus, quas puras & sine mixtura esse volunt Leges, *R. I. de anno 1500.* §. weiter/ ꝛc. 4. Si additamen-

mentum excedat permissionem legis. *vid. Ferdin. I.* Müntz-Ordnung. §. zum ersten / 2c. & *seqq.* 5. Si moneta non tantum habeat materiæ, quantum ad præscriptum à lege pondus requiritur, wann die Müntz zu leicht ist. 6. Quando moneta frangitur vel in massam resolvitur, wann die Müntz gebrochen wird / ut inde vel alia moneta, unde commodum quæritur, fiat, (*v. R. Deput. Francof.* §. aber darmit / 2c. *R. I. de anno 1576.* §. und nach dem / 2c. & limitat. *ex d. Ferd. Imp.* Müntz-Ordn. §. doch sollen / 2c. & §. damit man / 2c. it. §. ob aber jemand / 2c.) vel aliud opus conficiatur. v. d. Müntz-Ordn. §. dergleichen 2c. 7. In vitio & illi hærent, qui probam Imperii monetam extra Imperium exportant, & in ejusdem locum exteram reprobam minimeque Constitutionibus nostris convenientem, in Imperium inferunt. (*R. I. de anno 1566.* §. je weiter / 2c. *1582.* §. demnach gemeinen Ständen / 2c. *1594.* §. dieweil auch / 2c. *add. d. R. I. de anno 1566.* §. was dann. *R. I. Spir. de anno 1570.* §. alsdann / 2c. vid. *Limn. ad Capit. Carol. V. artic. 27.* voc. Mängel. Conf. von den Müntzgebrechen. *Casp. Klock. lib. 11. c. 84. de ærar. num. 55. J. C.* Lentzen / kurtzgegründete Fürstellung der / bey dem Müntzwesen / sich vornemblich erzeigenden Mängel.

9. De hisce monetæ defectibus ac vitiis tollendis deliberant, legesque dant Comitia, (& hinc Gloriosiss. Noster Imper. Leopoldus *in Cap. art. 33.* promisit, quod quia leges de re mo-

netaria latæ parum observatæ, indeque variæ difficultates enatæ, ad proxima Comitia rem afferre, omnique ope anniti velit, ut communi Consilio Electorum & Principum Imp. gravamina rei monetariæ aliquando demum sopiantur, quantoque inde negotium monetarium studio in modernis Comitiis discussum fuerit, quanquam nonnisi aliqua ad interim facta provisione per Edictum Cæsareum, loquuntur satis ipsa Acta Comitialia. vid. *Fritsch. Elect. J. P. p. 1. c. 16. & addit. ad Limn. l. 3. c. 2. n. 62. pag. 105. seqq. Burgold. in addit. ad Limn. enucl. pag. 256. seqq. Balth. Venatoris Relat. Comit. passim,)* licet & Circulis Imperii sint hic sua jura; Debent enim IV. Electores ad Rhenum cum Commissariis Cæsaris ad nundinas Francofurtenses mittere Consiliarios, qui in monetæ defectus inquirunt. *R. I. de anno 1570.* §. und auß sondern/ 2c. *147.* Dein quoque quilibet Circulus Imperii, singulis annis semel vel bis per suos Wardinos seu Zygostatas, h. e. monetæ Probatores in monetæ cusæ qualitatem in Conventibus probationum, denen Müntz-Probations-Tägen/ inquirere debet. *Ord. Num. Ferdin. I. de anno 1559.* §. und damit diese/ 2c. *158.* prætereaque cavere, ne per Status absque Circulari concluso moneta reprobata in territorium vel Circulum introducatur. *R. I. de anno 1594.* §. daneben. *104.* Quid nuper à Cir-

Circul. Francon. Bavar. & Suevico factum, constat.

10. Quâ ratione moneta corrupta ac adulterata, cujus magna in Rempubl. invecta jam est copia, cum minimo subditorum damno eliminari ac cohiberi debeat, *R. I. de anno 1566.* §. **nach dem dann wie vor geordnet/ ꝛc.** *166.* traditur, scil. non statim è vestigio moneta illa est prohibenda, sed subditi oportunè sunt monendi, ut permutatione vel mercium vel pecuniæ melioris ad exteros & vicinos eam amandent, præstituto certo temporis spatio, intra quod omnis falsæ monetæ usus inter ipsos aboleatur. Rectè sic atque prudenter. Sic enim est omnino malum quodvis in Rep. prohibendum, ita seriò Magistratibus cavendum, ne ex festinatâ nimium mali prohibitione, malum novum & gravius enascatur. In Reip. administratione aliter considerandi, qui male agunt, aliter qui patiuntur: illi mali, hi miseri sunt. Qui agunt, statim puniri, qui patiuntur, sensim juvari debent, ne malum aliud ex malo, ejusque subito remedio exoriatur; Quod ut in re monetaria, ita in aliis publicis negotiis sæpius saluberrimum habet usum, judice *Boxhornio disquis. Pol. 46.*

11. Pœna eorum, qui regali monetæ, quo gaudent, abutuntur, est Juris monetarii amissio. v. *R. I. de anno 1559.* §. **Wir ordnen/ setzen und wollen auch ferner/ daß sich männiglich/ ꝛc.**

 171. Cap.

171. Cap. Leop art. 34. ubi *Monita Principum* Daß der künfftige Röm. Kayser den jenigen Ständen/ die ihre Müntz-Regal/ dem Müntz-Edict, und andern zu dessen Verbesserung erfolgten Reichs-Constitutionen zu gegen/ mißgebrauchet/ und sich also ihrer Müntz-Gerechtigkeit ohne ferner Erkäntniß verlustig gemacht/ wie auch den jenigen/ so dasselbe Regal mit deß Kaysers und der Chur-Fürsten Bewilligung nicht erhalten/ oder sonsten rechtmäßig und beständig fürgebracht/ dasselbige nicht allein verbiete/ und durch die Crayß wider sie gebührend verfahren lasse/ sondern auch einen solchen privirten Stand/ ausser einer gemeinen Reichs-Versamlung/ und der Stände Bedencken/ nicht restituire/ wofern sich aber dergleichen bey Mediat-Ständen/und andern/ so dem Reich nicht immediatè, sondern Reichs-Ständen unterworffen/ begebe/ daß so dann durch derselben Landsfürsten und Herrn wider Sie/ wie sichs gebührt/ verfahren/ und solche Müntz-Freyheit ihnen gänßlich gelegt/ cassirt und ferner nicht ertheilt werden solle. *Capit. Joseph. art. 33.*

12. IV. *Jus recipiendi aliquem in Statum Imperii* sive *dandi alicui sessionem & suffragium in Comitiis*, de quo vide quæ dicta sunt supra *c. 7. n. 5.* & infra *sect. 2. c. 1.*

13. V. Juribus Comitiorum rectè etiam annumeraveris *Jus suspendendi, excludendive Sta-*

tum

tum à voto & sessione in Comitiis; Cum enim nemo jus sessionis & suffragii in Comitiis impetrare possit, nisi Statuum, maximè illius, cui accedit, Collegii consensus interveniat. *Cap. Leop. art. 44.* ibique *Monita Principp.* verbis: daß über dieses alles der Fürstenrath/ und respectivè das jenige Gräffliche Collegium oder Banck/ ꝛc. nemo quoq; sine illo Statuum consensu rursus ab illo jure excludi posse videtur, ex oppositorum naturâ; idque expresse etiam cautum *Cap. Leopold. & Joseph. art. 3.*

14. Ut & VI. *Jus mutandi vel transponendi summa Imperii Tribunalia*, de quo jure nonnulla etiam dicere antevertimus supra *c. 13. n. 3.*

CAPUT XXVI.

De Iure belli, Iure delectus & hospitationis militum, ac Iure imponendi collectas.

VII. JUs *belli*, Kriegs-Gewalt. Bellum ex antiquo *duellum*, ut *duonum* bonum, *duis* bis conflatum, & à variis variè in genere descriptum *(v. Grot. l. 1. c. 1. n. 2. Joh. Frid. Horn. de civit.)* Germanicis olim *Guerra* dicebatur, nostrati vero ævo, quo utplurimum ob rapacitatem arma à collectitio milite sumuntur, Krieg à Kriegen/ h. e. à capiendo ac rapiendo, vocare allubescit; Respectu Imp. nostri dispescitur: in *Universale & Particulare*. *Hoc* est, quod

jure Superioritatis territorialis Principes ac Status Imperii aut cum exteris, aut inter ſe gerunt, verum hoc non éſt hîc noſtræ conſiderationis, ſed *illud*, quod Imperator cum Statuum Imperii conſenſu Imperii nomine contra ejus hoſtes gerit. Non aliena quoque eſt ab inſtituto noſtro illa communis belli diviſio, qua aliud *defenſivum*, quod defenſionis gratia ritè ſuſcipitur, cum alius nos lædere, aut noſtra intercipere vel perdere conatur; aliud *offenſivum ſeu vindicativum*, quod ad injuriæ illatæ ultionem & rerum ademptarum vel damni dati reparationem movetur, conſtituitur. vid. *Puffendorff. de I. N. & G. l. 8. c. 6. §. 3.*

2. In bello univerſali decernendo Imperatores ab antiquo Statuum conſenſum adhibuiſſe probat *Limn. ad Capit. Carol. V. art. 11. p. 184.* Ad illud faciendum ſimpliciter ſeſe primùm alligavit Maximil. I. dein Carol. V. ad eum omninò, præſertim ſi bellum offenſivum ſuſcipiatur, requirendum religionis vinculo adſtrictus fuit, promiſerunt poſt ipſum idem juratò omnes, quotquot ab eo tempore electi Imperatores vel Reges Rom. v. *Cap. Ferdin. I. art. 10. Maximil. II. art. 7. Rudolph. II. art. 10. Matth. art. 11. Ferdin. II. art. 9. Ferdin. III. IV. art. 11. Leop. & Joſephi art. 13.* ac ita quoque in poſterum bellum non aliter decernendum eſſe, quam prævio Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu, ex-

ſiè

preſſè ſancitum reperimus in *Inſtr. Pac. art. 8. verſ. Gaudeant.* Si autem bellum defenſivum Imperii nomine ſuſcipiendum, & periculum in mora, Electorum conſenſu prædictæ Capitulationes omnes contentæ ſunt, *verſ.* oder zum wenigſten ꝛc. Sed Principes & cæteri Status Imperii *anno 1658. Capit. Leop.* inſerendum eſſe monuerunt: Daß der künfftige Römiſche Kayſer ohne der Stände Conſens, weder von deß Reichs / noch ſeines Hauſes wegen / einen Krieg anfange / noch einem andern denſelben anzufangen geſtatte / daß auch von dieſem Regal kein Caſus excipirt / alſo daß der *verſ.* oder zum wenigſten ꝛc. auffzulaſſen. It. daß an ſtatt deß verſ. Wo wir aber von deß Reichs wegen ꝛc. zuſetzen: Wann der zukünfftige Röm. Kayſer ꝛc.

3. Non autem tantum jus belli Statibus quoad hoc, ut non niſi cum ipſorum conſenſu & ſuffragio decerni queat, communicatum eſſe cenſendum, ſed imò & in illius adminiſtrandi poteſtate eos cum Imperatore concurrere, mente tenendum. Debent enim juxta Imperii noſtri leges 1. Milites nomine Imperatoris & Statuum, ſive Imperatoris & Imperii conſcribi. *R. I. Norinb. de an. 1532.* §. und ſollen ſolche Knechte ꝛc. *11. R. I. Ratisb. de anno 1598.* §. und demnach ꝛc. 2. Milites etiam ſunt in ſervitio Imperatoris & Imperii. Fußknechts Beſtallung zu Speyr ꝛc. *anno 1570.* auffgericht. *art. 72.*

72. hincq; totum corpus appellatur deß Reichs Volck. Ordnung deß Regiments *de anno 1500. tit.* Wo dem Reich ꝛc. die Reichs-Armee / der Röm. Kays. Maj. und deß Heil. Röm. Reichs Kriegsheer. Prager-Fried. *d. anno 1635.* §. zu dessen allen würcklichen / ꝛc. *R. I. de anno 1641.* §. bey dem andern Puncten ꝛc. 3. Dux belli Generalis communi Ordinum suffragio eligendus est, sic Albertus Comes Palatinus Rheni & utriusque Bavariæ Dux *anno 1500.* Electorum & reliquorum Ordinum consensu Generalis ac Summus belli Dux creatus legitur. *R. I. de anno 1500. tit. 51.* idem confirmatur *R. I. de anno 1530. §. 120.* & *Actis præsentium Comitiorum.* v. *Balth. Venat. Relat. Com. 5. Dn. Joach. Hagemeier. de Comit. c. 9. p. 62. 63. seq.* Hinc ipse quoque juramentum non Imperatori tantum, sed Imperatori & Imperio simul præstare tenetur. *R. I. de anno 1541. §. 55. ac passim alibi.* conf. *Hagemeier. d. l.* Pariter 4. reliqui belli munia obeuntes, totusq; exercitus, sive milites omnes, Imperio juramentum præstant. *R. I. de an. 1500. tit. 55. & 57.* 5. Leges & articuli militares ab Imperatore & Statibus exercitui præscribuntur. *R. I. de anno 1555.* §. derowegen wir den auch ꝛc. *de an. 1570.* §. damit den auch ꝛc. 6. Stipendium ab Imperatore & Statibus, tam Officiariis, quam gregariis militibus constituitur. *R. I. de anno 1521.* §. Item haben wir Uns mit ihnen ꝛc. 23. aliquando tamen hoc à solis Stati-

bus

bus factum, ex *R. I. de anno 1530.* §. ferner haben wir ꝛc. *109.* fit manifestum. 7. Bellum geritur nomine Imperatoris & Imperii regulariter, nisi Statibus aliud visum fuerit; Et hinc armis subacta Imperio accrescunt &c. nisi aliter inter Imperatorem & Ordines Imper. convenerit. Ordn. deß Regiments. *de anno 1500. tit.* wo dem Reich Glück und Sieg zustünde ꝛc. *R. I. Spir. an. 1542.* §. wir haben uns auch ꝛc. 8. Judicium militare banno munitur nomine Imperatoris & Imperii. Reutter-Bestallung *de anno 1570. art. 10.* Directio itaque belli 9. Imperatori, non nisi Statibus hanc ei concedentibus, competit, nec ipse eam ultra concessionis terminos extendere valet. *R. I. de an. 1567.* §. in gleicher Gestalt ꝛc. *R. I. de anno 1598.* §. und demnach ꝛc. & §. so haben sie ꝛc. *R. I. de anno 1603.* §. und demnach ꝛc. Pro concessione vero iis gratias nonnunquam egit. *R. I. de anno 1566.* §. nach dem ferner ꝛc. *de anno 1594.* §. und wiewol wir ꝛc.

4. Cæterum hactenus dicta obtinent, si Imperator tanquam Imperator, nomine Imperii, bellum alicui moveat, si enim nomine suo, ut Ferdinandi, Leopoldi &c. & terrarum suarum, ut nomine Bohemiæ, Hungariæ, Austriæ &c. bellum suscipiat, Statuum vel Electorum consensum requirere, Capitulationibus hactenus haud obstrictus fuit, quanquam Status novissime ad *Leop. Capit. art. 11.* monuerint; Daß der künfftige Kayser ohne der Stände Con-

de Consens, weder von deß Reichs/ noch seines Hauses wegen / einen Krieg anfangen solle. vid. *Dn. Textor. de Ration. Stat. Germ. c. 6. add. Burgold. p. 3. Disc. 7. membr. 1. in fin.*

§. VIII. *Jus delectus & hospitationis militum*, Pars Juris belli sunt delectus militum ac jus metatorum, Soldaten-Werbung / und Einquartierung. Sicut ergò illud Comitiorum jus est, ita pariter hæc talia sunt censenda, cum idem juris esse debeat de parte, quoad partem, quod de toto, quoad totum. Proinde Imperator militem nomine Imperii conscripturus, delectus militum cum Ordinum consensu instituere debet. vid. *Instr. Pac. art. 8. vers. Gaudeant.* verb. *delectus. Monita communia Principum & Statuum ad Capit. futur.* $\frac{17}{27}$. *April. anno 1658. Electori Mogunt. exhib. artic. 13.* Daß der künfftige Röm. Kayser für sich wegen deß Reichs keine Werbungen anstelle / oder einig Kriegs-Heer zusammen bringe/ es werde dann zuvorhero Comitiali Statuum consensu geschlossen. *Capit. Leop. art. 16. princ. Joseph. art. 15.* Cæterum interesse omninò Reipubl. nostræ, ad pristinos redire mores, & pro milite conscripto, quando bellum pro communi ejus salute gerendum, à singulis Ordinibus in publicos usus lecto & submisso, ad majorum exemplum, uti, judicat *Conring. ad Lampad. p. 3. cap. 19. §. 19.* quia vix aliàs fieri possit, ut libertas publica salva sit à civilibus invasoribus ob defectum pe-

cuniæ

cuniæ, sine cujus immani copia miles mercenarius conduci & haberi nequit. Si autem in propriam sui, ac subditorum suorum in Provinciis hæreditariis defensionem milites conscribat, Statuum omnium Imperii consensu haud opus habet. *Rec. I. de anno 1564.* §. demnach so declarariren / ꝛc. 26. Quodsi exteri Principes in Imperio ex Imperatoris concessione (ejus enim concedendi potestas est de Reservatis Imperatoris. *R. I. de anno 1654.* §. nachdem auch / ꝛc. 186.) militem colligere velint, Constitutiones Imperii observari debent, quæ volunt, daß ein jeder frembder Potentat / wer der auch sey / so im Heil. Reich Kriegsleuthe werben lassen will / zuforderst bey der Röm. Kayserl. Maj. darumb ansuchen solle / mit außdrucklicher Vermeldung / wie viel Kriegsleuthe er werben lassen wolle / welche die Obristen / Rittmeister / und Hauptleuthe seyn / darneben diese Erklärung und Zusag thun / daß solch Kriegsvolck wider die Röm. Kays. Majestät / und das Reich / oder dessen Unterthanen nicht gebraucht werden / auch in den An- Durch- und Abzügen niemand beschwehren / was sie verbrauchen / zahlen / keinen Musterplatz / noch Musterung / gleichfalls kein Abdancken oder Trennen / in deß Heil. Reichs / und dessen angehörigen Schirmsverwandten Grund / Boden und Obrigkeit / fürgenommen werden / sondern ausserhalb desselben / solch alles beschehen solle. Item / daß die Obristen / Rittmeister / und Befehls-

fehlsleuthe schuldig seyn sollen / ehe sie einig Kriegsvolck annehmen / zu versprechen / die Musterplätze ausser dem Reich anzustellen / auch der An- und Durchzüg wegen gnugsam verbürgte Caution, mit Ständen im Reich gesessen / dem Krayß-Obersten zu thun. Welcher aber heimlich / oder offentlich den Potentaten Kriegsleuthe zu werben / und in Anzug zu bringen / sich unterstehen würde / soll mit der That in deß Reichs Acht seyn; *R. I. de anno 1570.* §. dieweil dann / rc. *7. seqq. R. I. de anno 1576.* §. aber damit / rc. *37. de anno 1582.* §. wann aber / rc. *29 seqq. 1594.* §. wie und so viel / rc. *27. seqq.* Sed v. *R. I. de anno 1598.* §. wir haben auch / rc. *R. I. de anno 1603.* §. dieweil aber je / rc. ac declaratio in *R. I. de anno 1654.* §. nach dem auch Chur-Fürsten / rc. *186. Monita Princ. supra alleg. ad futur. Capit. art. 13. n. 2. Capit. Leopold. art. 16. Joseph. art. 15.*

6. Similiter Jus metatorum militare activum (quod est Jus superiori competens, quo subjecti, ut milites ad bellicas expeditiones proficiscentes hospitio excipiant, adiguntur,) Imperator in Imperio, non aliter quoque, quam Comitiali, liberoq; omnium Imperii Statuum suffragio & consensu, exercere potest, vigore *Instrum. Pac. a. 8. vers. Gaudeant.* verb. *hospitationes militum instituendæ. Capit. Leopold. art. 13. in fin. & art. 16. Joseph. art. 13. & 15.* Passive autem Juri isti obnoxi sunt regulariter subditi Imperii

rii omnes, universi & singuli patrimonia habentes, si tamen extra summæ necessitatis casum simus constituti, haud gravandi sunt propter immunitatem, qua gaudent, Clerici *l. 1. C. de Episc. & Cler. c. 1. x. de immun. Eccles.* sive sint Pontificiæ, sive Evangelicæ ac Reformatæ Religionis, per *art. 7. Instr. Pac. Osnabr.* sive ædes Parochiales, die Pfarrhäuser / seu proprias etiam inhabitent; Doctores & Professores omnium quatuor Facultatum. *l. 8. C. de metat. ibique Brunnem. l. 6. l. f. C. de Prof. & Med.* Consiliarii Principum, etiamsi officia sua resignarint, *Christin. vol. 5. decis. 46. n. 7.* Advocati. *l. 6. C. de Prof. Christin. vol. 5. decis. 49. num. 21.* Magistri in scholis. *l. f. §. f. de mun.* atque horum immunitas etiam viduis & liberis proficere debet. *d. l. 6. l. f. C. eod.* Nobiles ratione feudorum, ob quæ ad servitia sunt obstricti; Senatores & Consules Civitatum: Immunia quoque sunt *ob religionis favorem* Templa, Scholæ, aliave asceteria, orphanotrophia, hospitalia, similiaque ædificia, in quibus pietatis vel misericordiæ opera exercentur; *publicæ utilitatis causa* Palatia Principum, Prætoria Judicum, Molendina, balnea publica, ædes in specie privilegiatæ. Et Jure Rom. quidem munus militem hospitem recipiendi in nuda receptione, (Obdach/) consistebat, sed hodiè ferè cum sumptuum erogatione (*Servi-ces* vulgo vocant, quo nomine ligna, candelæ,

 sal,

sal, acetum & lectus comprehenduntur, Holtz/ Liecht/ Saltz/ Essig/ und Lagerstadt/) conjunctum esse solet, imò utplurimum annexam habet provisionem, cibumque ac pabulum equorum (juxta idioma nostrum Germanicum: Obdach/ Mund-Portion, Service, Stroh/ glatt/und rauch Futter/ continet. *Hahn de muner. & honor. n. 3. Struv. Exerc. ult. th. 66.*

7. Cum bellum sine militibus ac pecunia geri nequeat, & hæc non vi extorquenda, sed jure exigenda sit, non inconcinnè Juri belli IX. *Jus imponendi collectas*, das Recht Tribut/ und Geschoß/ Anlagen/ Steuren/ auff Geld/ Güter/ Köpffe/ etc. zu setzen/ annectitur. *Collectas* (Steuren/Schätzung/) *sunt munus aut onus publ. pro Reip. commodo, vel necessitate ferendum.* Et distinguuntur in *universales* ac *speciales*. Hæ iterum sunt vel *Circulares*, Cräiß-Steuren/ quæ Statuum Circularium consensu à Ducibus & Adjunctis Circuli imponuntur; vel Provinciales, Land-Steuren/ quas Imperii Status & Ordines pro utilitate Provinciæ & territorii sui subditis suis imponunt. Ast de specialibus his nobis hic non est sermo, sed saltem de universalibus, Reichs-Steuren/ Reichs-Anlagen/ Reichs-Hülff/ quæ scil. ab Imperatore Statuum Imp. consensu ad utilitatem totius Imperii universis, qui ei subsunt, indicuntur. II. etiam dividuntur in *Ordinarias*, quæ à lege certam, sive quotannis, sive casu determinat

nato emergente recurrentem, ac statutam habent præstationem, quales sunt, quæ hodie ad sustentationem Cameræ solvendæ. *O. C. p. 1. t. 42. seqq. R. I. de anno 1654.* §. dieweil auch jährlich/ 2c. & *Extraordinarias*, quæ extra ordinem in repentinos casus ex improviso incidentes ad tempus imperantur, quo referri consueverunt collectæ Turcicæ, die Türcken-Steur/ *Gailius l. 2. Observ. 53. num. 12.* equidem quoad Turcicam hanc collectam distinguit, num Imperator & Status Imperii eam simpliciter præstari jubeant, an verò nominatim à subditis, ubi domicilium habent, præstari præcipiant; hocque casu illam extraordinariam esse tradit, illo autem ordinariam. Sed sicut hæc sententia suis destituitur fundamentis, ita etiam præter *Gailium*, nullum alium patronum habuit hactenus. Fuere tales collectæ extraordinariæ etiam, die Baugelder der Ort-Flecken in Ungarn/ *anno 1548. & 1559. Augustæ* ad munienda finium Hungariæ castra Ferdinando Rom. Regi nach dem Cammer-Gerichts Anschlag bewilligt / 2c. III. Dispesci possunt in collectas *capitis*, Kopff-Steuren / Kopff-Gelder / quæ personis nulla facultatum habitâ ratione indicuntur; *soli sive possessionis*, quæ principaliter ipsis indicuntur prædiis; & *mixtas*, quæ personis quidem imponuntur, sed ratione & contemplatione patrimonii.

8. Collectas Universales in Imperio nostro,

cum Statuum Imp. conſenſu, quoties Reip. neceſſitas earundem exactionem poſtulat, Imperator ſuperindicit, ad eum exigendum, omninò adſtrictus. vid. *Inſtr. Pacis art. 8.* verb. *tributa indicenda.* Conf. *Cap. Matt. a. 12. ubi etiam jam exigitur* & *Limn. ad Cap. Caroli V. art. 12.* verb. Aufflagen und Steuer / *p. m. 197.* Et hunc conſenſum ſuum, in collectis indicendis, legibus Imperii inſuper habitis, neglectum modumque haud obſervatum, non ſemel conquesti ſunt Status Imp. tàm Evangelici, quàm Catholici, ſuperioris æque ac inferioris ordinis. vid. *Limn. ad Cap. Ferdin. III. p. 699.* & *idem in addit. ad l. 4. c. 7. num 57. p. 450. ſeq.* Cum ergò juxta antiquam Imperii Praxin, Inſtrumentum Pacis & Capitulationes Imperat. vid. *Cap. Ferdin. IV. art. 14. Leopold. art. 17. Joſeph. art. 16.* tributa ſeu collectæ Imperii nomine non aliter, quam prævio Statuum Imperii conſilio & conſenſu indici debeant, hoc ipſum negotii genus non ad Conventus Circulares, ſed generalia Imp. Comitia referendum, quod Imp. Status etiam aliquoties urſerunt. Factum nimirum id eſt in Comitiis *anno 1597. Ratisbonæ*, ubi tum Legatus Palatinus Neoburgicus, Brandenburgicus, Brunſvicenſis, & Epiſcopus Würzburgenſis obnixè rogarunt, die Stände mit ſolcher extraordinari Craiß-Hülff zu verſchonen; idem repetitum eſt in Comitiis Ratisbonenſibus *anno 1603.* quando ſollicitè plu-

te plurimi tam in Electorali, quam in Principum Senatu, Status, extraordinarium hunc modum omittendum imposterum petierunt; Et hinc Rudolphus II. Imp. cum anno 1605. subsidium extraordinarium metu Turcico perculsus apud Circulos postularet, obicem hunc præoccupando his removere voluit in Rescripto suo ad Circulorum Directores: Und ob wir wohl eingedenck seyn / was wider diesen modum, da nemblich ein oder ander Reichs-Craiß absonderlich umb Hülff ersucht wird / vor diesem vor Beschwerd eingewendet worden / iedoch weil wir so bald zu einer allgemeinen Reichs-Versamlung / auff deren daß jenige / was hier von nöthen / mit aller Stände Rath und Gutachten erwogen und beschlossen werden möchte / nicht gelangen können / so müssen wir in diesem gegenwärtigen Nothfall / ehe der Türck vollends mit seinem Anhang gar herein breche / und unser geliebtes Vatterland in solche Angst und Schaden gerathe / deren man sich hernach mit vielem Gut und Blut nicht freyen könte / diß Mittel abermahl für die Hand nehmen / ꝛc. *Bertram de Comit. th. 15. Burgold. p. 3. D. 2. n. 5.* Nunc vero in *Instr. Pac. art. 8.* Statibus satis cautum hisce verbis: *Nil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu, &c.* Num autem in iis indicendis sufficiant majora, an

ſingulorum vota requirantur? in proximis Comitiis an. 1653. & 54. ad quæ in Conventu Osnabrug. hujus remiſſio facta erat, (v. *Inſtr. Pac. art. 5. §. 19.*) ſumma Statuum Imp. contentione diſputatum fuit, indeciſa tamen res manſit, ob planè contrarias omnium trium claſſium ſententias, *Auth.* der Grundfeſt/ *p. 3. c. 7. p. 286.* vid. *Limn. tom. 5. in add. ad l. 9. c. 1. num. 182. Burgold. p. 2. D. 19. circa fin.* Utut autem illa Principum Evangelicorum diſtinctio inter collectas voluntarias & neceſſarias ab aliis planè rejiciatur, tamen non omni eam carere fundamento oſtendit *Conring. Diſſ. de Comit. Imp. th. 56. B. Dn. Ziegler. de Jur. & Majeſt. l. 2. c. 3. num. 16. ſeqq.*

9. Modus collectandi duplex in Germaniâ noſtrâ receptus vulgò traditur, alter ſecundum *communem denarium*, nach dem gemeinen Pfenning/ alter ſecundum *expeditionem Romanam*, nach dem Römerzug; Scilic. Imperii Principes & Proceres quondam Regem Rom. legitimè electum & ſolenni ritu Romæ in Auguſtum à Pontifice conſecrandum ac coronandum, honoris & Majeſtatis ergò, majori aut minori militum numero & apparatu, pro Principatuum & Feudorum ſuorum ratione, comitari debebant, ſi qui vero bonâ gratiâ & voluntate à Domino domi remanendi facultatem impetrabant, ad legendos, alendosque eorum loco alios promiſſa ſtipendia ſub pœna amittendorum feudorum ritè exſolvere tene-

tenebantur, ex Constitutione Caroli III. dicti *Crassi*, si vera est, ut quidem eam pro genuina ejusdem Constitutione habens *Marquardus Freherus* commentario illustravit, teste *Lehmanno Chron. Spirens. l. 2. c. 42.* ubi tenorem ejus quoque exhibet. (Sed vid. *Conring. de Orig. Jur. Germ. cap. 17. Bœcler. N. S. R. I. l. 15. c. 2. Maurit. Diss. de Matricula Imp. thes. 24.* qui probant eam suppositiam esse.) Eumque in finem superiori ævo totius Imperii vires æstimatæ, & certa quantitas cuilibet Statui assignata fuit. *R I. de anno 1521.* §. auch haben uns Chur-Fürsten/ ꝛc. *R. I. Norinb. de anno 1522. pr.* ita ut comitatu illo ad 20000. peditum & 4000. equitum ad 6. menses constituto, unicuique Statuum Imp. juxta conditionem bonorum suorum, certus numerus peditum & equitum, quem ipse mittere, aut pro unoquoque equite 12. florenos & pro pedite quolibet 4. florenos solvere teneretur, definitus fuerit. vid. *Limn. l. 2. cap. 4. & l. 4. c. 7. j. addit.* Ad quantitatem illam in Exped. Roman. cuique assignatam, (nach dem Anschlag deß Römerzugs/) dein & aliæ collectæ pro Imperii necessitatibus, e. gr. bello à Turcis illato propulsando, extruendis ac muniendis fortalitiis, &c. Imperii Ordinibus indictæ aliquandiu computatæ fuere. vid. *R. I. de anno 1544,* §. und damit nun/ ꝛc. *de anno 1576.* §. dieweil aber unsern Königreichen/ ꝛc. *1582.* §. wann dem Heil. Reich/ꝛc. *1594.* §. wiewohl nun Chur-

Fürsten / &c. *1598.* §. so ist doch von ihnen / &c. *1603.* §. nichts desto weniger / &c. ita ut secundum præsentem necessitatem & Comitialis conventionis formam ac modum, vel simpliciter taxata summa præstita, vel etiam duplicata, quandoque autem econtra ex dimidia saltem parte, vid. *text. alleg.* aliquando triplicata quoque, in tot, quot Status consenserunt, menses, soluta fuerit; quod postremum proximo bello Turcico quoque conclusum fuit. vid. Reichs Gutachten über die benöthigte Türcken-Hülffe nach dreyfachem Anschlag / wie solches zur Dictatur gekommen zu Regenspurg den $\frac{8}{18}$. *Januarii anno 1664.* quod legitur *parte XI. Diarii Europæi p. 36. & apud Londorp. Tom. 9. libr. 10. c. 27. N. II. p. m 235.*

10. Alter collectandi modus, qui fit secundum censum communis Denarii, quoque omnibus tàm immediatis, quàm mediatis Imp. civibus & subditis, nullis exceptis, nisi quos vis, antiqua consuetudo, (ut, qui in Italia certo respectu Imperium recognoscunt,) & durum paupertatis telum excipiat, collecta pro viribus patrimonii, (cujus æstimatio sic instituenda, ut primo de annuis reditibus fiat summæ capitalis æstimatio, in collecta imponenda respicienda, also daß ein tausend fl. jährliches Einkommen auff 20000. fl. Hauptguts und Wehrts gerechnet werde/) indicitur, altius ascendit, (ita ut etiam exercitus 200000. militum ex eo legi & sustentari posse dicatur,) obser-

observatus in Comitiis Augustanis *1474*. Francofurtensibus *1486*. Norinbergens. *1486* Francofurtens. *1489*. Wormatiensibus *1495*. August. *1500*. Colon. *1512*. *&c.* *Uter verò ex his duobus modis aequitati magis conveniat, & ob id alteri sit praeferendus?* diversis temporum vicibus, anno scil. 1598. 1603. & 1641. acriter inter Imp. Status contrariis votis disceptatum fuit. vid. *Arum. de Comit. c. 8. num. 38. Speidel. voc.* Gemeine Pfenning. Confer. *Limn. tom. 4. p. 443. seqq.* Frequentior tamen prior tempore nostro, ob adjunctam faciliorem ac promptiorem exactionem, posteriore fuit. Sed vid. *Speidel. d. l. Auth.* deß *Discurses* vom jetzigen Reichstag. *P. 1. lit. G. 4. & P. 2. lit. Z. 1. seqq.*

11. Duobus hisce explicatis modis, nach dem gemeinen Pfenning/ und Römerzug/ quorum ad unum omnes, qui de Jure Publico literis quid prodiderunt, tantùm mentionem hactenus fecerunt, tertium peculiarem & ab utroque distinctum addit Dn. *Maurit. in Diss. de Matricul. Imp. num. 27.* quem vocat gütiger Tractaten mit den Ständen/ cujus als eines besondern Anschlags/ jam meminisse *ait* Carolum V. in *R. I. August. de anno 1530* §. weiter nach dem/73. ibi: vermög eines Anschlags/ so wir Uns mit Ihren Liebden und Ihnen verglichen. Et de hoc Legatus Saltzburg. in eruditissimo voto, quod $\frac{14}{24}$. Julii in Comit. anno 1641. Sess. 152. de modo contributionis tu-

 lit,

lit, hunc in modum disserit: Das dritte Mittel der freywilligen Tractaten / hielten Ihre Hoch-Fürstl. Gn. insonderheit auch den Sachen / und jetzigen Umbständen sehr gemäß / weil doch die Unmögligkeit / weder durch Uberstimmung / noch durch den Zwang / sich in eine Mögligkeit verändern lasse. Ob zwar solcher Modus der Zeit etwas neu und ungewöhnlich / so wäre doch der gegenwärtige Zustand deß Reichs nicht weniger ungewohnt; So werde sich finden / da man primævum Statum Imperii considerire / daß angeregter Modus der willkürlichen Tractaten vor Jahren gemeiniglich / und nützlich gebraucht worden / ꝛc.

12. Solverunt autem initio collectas Imperiales juxta taxam Expeditionis Rom. indictas Principes & Status Imperii ex Cameræ suæ proventibus *R. I. de anno 1542.* §. und nach dem der Chur-Fürsten / ꝛc. & §. es sollen auch / ꝛc. Concessa vero postmodum ipsis est, (1. propter inhabilitatem & nimia onera. 2. Ne hæc soli exsolvendo suos adeò imminuerent reditus, ut postea egere necesse haberent. *R. I. de anno 1548.* §. damit aber gemeine Stände / ꝛc. 3. Daß sie sonsten deß Reichs Frommen desto stattlicher ob und vor seyn möchten. *R. I. de anno 1512.* §. nach den Chur-Fürsten / ꝛc. 4. Weil es männiglich kompt zu Schutz und Trost. *R. I. de anno 1531.* §. und dieweil die eilende. *de anno 1542.* §. dazu sollen jeder / ꝛc.) potestas subditos

suos

suos subcollectandi, eatenus tamen tantùm, quatenus quemlibet sua ab Imperio assignata portio tangit, nicht höher / als jedes Standes Anlag sich erstrecket. *R. I. de anno 1530. 1542. 1548. 1551. 1555. 1557. 1566. 1567. 1582. &c. Limn. l. 4. c. 7. num. 51. seq. ibique Fritsch. in addit.* Quæri solet hic 1. *An Princeps Imperii Vasallum Nobilem ratione feudi collectis Imperialibus gravare possit?* non iniquum autem esse, si Princeps *in casu urgentis necessitatis* à Vasallo suo quoque extraordinariam collationem exigat, pluribus probat *Heig. l. 1. qu. 18. per tot.* & *Modest. Pistor. vol 2. cons. 21. num. 82.* multis rationibus Vasallos Nobiles in casu inopinatæ necessitatis cum aliis collectas solvere teneri docet. add. *Carpzov. lib. 4. Resp. 70. & 71. Klock. de contribut. cap. 14 sect 3.* Sicque in Camera judicatum & per totam Germaniam hactenus observatum refert *Myns. 4. Obs. 70.*

13. 2. *An qui Dynastiam Jure αντιχρήσεως, possidet, interim collectas Imperii solvere teneatur?* Etsi verò *Dn. Myler. de Stat. Imp. c. 97. num. 17. eumq; secutus Dn. Lyncker. in anal. hic* non possessorem, sed proprietatis dominum onus Collectarum sustinere debere, juri & æquitati consentaneum esse existimet, nullus tamen dubito, quin contraria in puncto juris verior, per *l. 42. l. 52. §. 2. de pact. l. 7. de public. & vectig.* & argumento eorum, quæ de usufructuario ac marito ratione rei usufructuariæ

riæ

riæ & dotalis quoad collectarum solutionem tradit *Carpzov. p. 3. c. 16. d. ult. & l. 1. tit. 10. Resp. 105. Besold. voc.* Steuer / *Dn. D. Lauterb. Disq. de Jure antichreseos th. 55. Dn. Ziegler. de Jur. Maj. l. 2. c. 3. n. 36. 38.* modo illæ non perceptos fructus ac reditus absorbeant, imò excedant, tum enim pro modo redituum saltem tenetur, & illas, quæ fructus superant, jure à debitore repetit, sicut, & usufructuarius. *dd. Auth.*

14. Nobiles Imperii Immediati in partem solvendarum collectarum Imperii quoque vocantur, non tamen ut Status, denen ihr gewisser Anschlag aufferlegt / sed à Cæsarea Majestate per literas ad singula corpora emissas requiruntur, umb eine mittleidentliche Hülffe und Reichs-Steuer / welche sie freywillig geben / und schütten sie in die Ritters-Truchen ein / in oblatione Reversales, ut vocant, de non in posterum præjudicando, accipientes. *R. I. de anno 1550.* §. wir / oder der so an Unser statt / rc. *Sprenger. Lucern. mod. Stat. Imper. cap. 3. p. m. 228. Dn. Maurit. de Nobil. th. 51.* (quod munus inde Latinis *Subsidium Charitativum* dicitur) nisi collectæ indictæ sint per communem denarium *R. I. de anno 1542.* §. und nemlich sollen / rc. §. es sollen / rc. *anno 1554.* §. und nemblich sollen / rc.

15. Mittuntur collectæ Imperiales, si in pecunia (nam an in pecunia vel milite præstare eas

re eas veliut, sicut & quanti determinatio, à Statuum Imper. non minus ac ab Imperatoris pendet voluntate. vid. *R. I. de anno 1544.* §. und damit nun solche/ rc. *Burgold. part. 3. Disp. 7. membr. 1. in fin.)* solvantur, ad certas civitates ad id constitutas, Leg. Städte dictas, (vid. *Instr. Pac. art. 16. vers. deniq; pro militia Suedica, &c.* uti sunt Norinberga, Augusta, Francofurtum, Lipsia. Contumaces autem in solvendo puniuntur banno & pœna dupli, procedente contra eos fisco Imperiali. *R. I. de anno 1582.* §. Dawieder auch Unserm Kayserl. Cammer-Gericht/ rc.

CAPUT XXVII.

De Iure Pacis nomine Imperii pangenda & Iure fœderum.

X. JUs *Pacis nomine Imperii pangendæ*, Friedens-Gewalt. Cum bellum geramus, ut pacem acquiramus & sine injuria in pace vivamus, nunc recto ordine succedit jus Pacis Imperii nomine pangendæ, quod Statibus communicatum esse, ita, ut Pax Imperii nomine non aliter, quam Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu constitui queat, dubitare nos non sinit *Instr. Pac. art. 8.* vers. *gaudeant.* add. *R. I. de anno 1641. pr. &* §. nachdem aber/ rc. *Londorp. Cont. part. V.*

l. 1.

l.1. p. 384. seqq. p. 719. seqq. & Part. VI. l. 4. c. 251. Diar. Europ. part. 36. p. 69. seqq. p. 396. & in append. p. 537.

2. Cum autem partes belligerantes ipsæ, ne justitiæ aut viribus suis diffiteri videantur, haud facilè ad pacem petendam, condescendant, alii bello haud impliciti consilia & media, quibus sedato belli furore Pacis tranquillitas reduci possit, suggerentes ac proponentes, indeque Mediatores dicti, ut plurimùm interveniunt.

3. Conventiones Pacis præcipuè ad tria revocantur capita, nempe depositionem inimicitiarum, restitutionem captorum, ac satisfactionem; illud ad animum, hæc ad possessionem rerum referuntur. *Gudel. de Jur. Pac. c. 3.* de priore *Lex amnestiæ* fieri consuevit, quæ Lex dicitur, sicut pacta conventa in usu juris leges vocari solent, estque, juxta *Berneggerum Orat. de amnestia*, irarum, datorum ultro citroque damnorum, & illatarum injuriarum publico decreto sancita (publice conventa) oblivio; Dispescitur in *universalem sive generalem*, & *particularem ac certo modo restrictam*; regulariter autem solet esse universalis sine exceptione, limitatione & conditione, qualis est quæ per *Instrum. Pac. art. 2. anno 1648.* in Imperium est inducta, continens perpetuam oblivionem omnium eorum, quæ ab initio motuum Germanicorum quocunque modo locoque, ab una vel

vel altera parte, ultro citroque hostiliter facta sunt, ita, ut nec eorum, nec ullius alterius causa vel prætextu alteri quidquam hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directè vel indirectè, specie juris aut via facti, in Imperio aut uspiam extra illud inferat, vel inferri faciat, aut patiatur, sed omnes & singulos hinc inde, tàm ante bellum, quàm in illo, verbis, scriptis aut factis illatæ injuriæ, violentiæ, hostilitates absque omni personarum respectu penitus sint abolitæ. II. *Pactum restitutionis*, quo personas & res in bello captas in pristinum statum reponi convenit. III. *Pactum satisfactionis & compensationis*, quo impensas belli tempore in milites & præsidia factas ac damna data, dato aliquo aut facto, parti injuriis illatis provocatæ & sociis ejus resarciri debere placuit. Sic in *Pacificatione Monast.* conclusum, Suecis quinque miriades thalerorum in monetâ per Imperium usitatâ tribus terminis, & Inferioris Hassiæ Principi sexies centena millia intra spatium novem mensium à tempore ratificationis pacis computandum, Cassellis pendenda esse. v. *art. 15. 16.* Et interdum pro militiæ satisfactione quoque totæ regiones, urbes & castra transferuntur, quomodo in *eadem. Pacif.* Imper. & Domus Austriaca Alsatiæ loca cum Episcopatibus Metensi, Tullensi, Verodunen-

dunensi Galliæ Regi certis pactis cesserunt; Suecorum Reginæ, Regnoque Sueciæ aliquot Ducatus, Principatus & Dominia feudi Jure data. *art. 10.* Hæcque tria pacta omni fere paci adjiciuntur, nonnunquam etiam *Pactum inclusionis amicorum, sociorum & fœderatorum,* (quo his ab utraque pacificantium parte copia offertur factâ pace, si in conditiones ejus, quantum eorum interest, consenserint, fruendi; ac *pactum fœderis* adjicitur.

4. Magnam cum Pace affinitatem habent Induciæ, sæpius ad illam viam quasi sternentes, propriè tamen ab ea differunt. v. *Strauch. Diss. de Induciis.* Fiunt hæ vel ad breve, vel ad longum tempus. Ad longi temporis inducias Principis requiritur authoritas; in brevioribus res etiam à belli Duce pendet.

5. XI. *Jus feudorum*, **das Recht sich in Bündniß einzulassen.** Nullum tuendæ salutis adversus hostium impetus ferè majus est præsidium, quam aut potentissimum esse, aut cum potentissimis societatem & amicitiam colere, inquit *Bodinus l. 5. de Rep. c. 6.* nemo enim facilè eum injuria afficiet, aut provocabit, quem intelligit expeditum atque promptum ad vindicandum, & non suis tantum viribus, sed & sociorum auxiliis ad se defendendum paratum fore novit. Hinc *Besoldus Diss. de fœd. c. 1. num. 2.* fœdera, *ait*, faciunt ad securitatem in pace, ad auxilia in bello. Fœdus (quod

(quod Latinis aliàs Liga, Confœderatio, &c. *A. B. c. 15. §. 1. 2.* German. Bund / Bündniß / Vereinigung dicitur,) à fide dictum (quamvis alii nunc ab hædo in fœderis sanctione pro hostiâ cæso, nunc à feriendo scil. pecora mactari solita, dici malint, v. *Besold. de jur. fœd. c. 2. num. 1.*) est *pactum publicum inter Principes, Respubl. vel Civitates fœderum Jus habentes de mutuis auxiliis, aliisque commodis sibi invicem præstandis, solenniter conventum.* Contrahunt illud propriè qui jura Majestatis habent. *Besold. l. 1. Polit. c. 4. n. 28.*

6. In Imperio nostro non est integrum Imperatori fœdus aliquod, sive offensivum, sive defensivum, Imp. nomine, sine Statuum consensu & approbatione, cum aliis inire, sive illi sint sub Imperio, sive exteri & alterius, quam Germanicæ nationis. per *Instrum. Pac. art. 8. vers. gaudeant.* verb. *aut fœdera. Capitul. Leopold. artic. 10.* verbis: Kein Verbündniß oder Einigung mit frembden Nationen / noch sonsten im Reich machen / wir haben den zuvorhero der Chur-Fürsten und Stände Bewilligung hierzu erlangt. add. *Monita Princip.* daß kein Verbündtniß in Reichshändeln / ohne der gesamten Stände auff einem Reichs-Tag erfolgende Bewilligung zu machen. Communem hunc Ordinum consensum ad fœdera cum exteris pangenda jam olim quoque requisitum fuisse, haud obscurè videtur inuere Handhabung deß

Friedens/Rechtens/und Ordnung zu Wormbs sub Maxim. auffgerichtet *anno 1495. tit.* die Königliche Majestät. *R. I. de anno 1512.* §. Item haben wir ꝛc. hincque ipsos etiam Maximiliano Imp. petitum in Comitiis Wormatiensibus 1509. auxilium propterea, quod fœdus cum Pontifice Rom. & Regibus Franciæ & Arragoniæ contra Venetos, citra eorum præscitum ac consensum, contra Imperii recepta jura & consuetudinem, imò propriam Constitutionem, iniisset, denegasse refert *Hulder. Mutius. lib. 30. Chron. German. ap. Pist. tom. 2. German. Script. p. 314.* Ne iterum & sæpius in eundem lapidem impingeretur, & Imperat. de rebus tam arduis, à quibus salus vel damnum Reip. dependet, solus sibi disponendi arbitrium sumeret, Electores sibi vigilantes successoris ejus (*Caroli V.* scil.) *Capitulationi artic. 7.* inseruerunt, ne ipse unquam post hac absque eorum consensu cum exteris fœdus aliquod Imperii nomine iniret. Idem in seqq. *Capp.* repetierunt. vid. *Ferd. I. art. 6. Maxim. I. art. 4. Rudolph. II. art. 6. Ferd. II. art. 4. III. art. 7.* De necessitate cæterorum suorum Con-Statuum consilium & approbationem requirendi nullum verbum addiderunt, ut oppidò ex *alleg. Capp.* patet, quæ omnes solius Collegii Electoralis assensum, exigunt atque desiderant; Cum autem reliqui Status & Ordines hoc modo non parum potestati suæ decessisse animadverterent, anno 1648. Osnabru-

nabru-

nabrugis hanc Majestatis partem sibi quoq; restitui postularunt, neque planè nihil egerunt, uti ex *alleg. Instrum. Pac.* & *Cap. Leop. ac Josephi a. 10.* apparet. Excipit Capitulatio Leopoldi & Josephi *cit. art. 10.* casum, quo salus & utilitas publica celeritatem requirit, tunc enim & Imperatori quoq; citra reliquorum Statuum consensum fœdus inire permittit, si modo omnium Electorum ad certum locum vocatorum collegialem tùm requirat & obtineat consensum. Sed huic limitationi contradicunt Principes in *Monitis ad art. 7. num. 2.* verb. auch von dieser Regul kein casus zu excipiren/ noch unter dem Vorwand einer ob publicam salutem & utilitatem erforderten Beschleinigung der Fürsten und Stände Bewilligung zu übergehen/ also der versic. Es wäre dann daß publica salus &c. außzulassen.

7. Jure fœderum pangendorum in Imperio, antiquo libertatis favore & titulo, etiam Electores, Principes & cæteri Imp. Ordines gaudent, ita ut ipsi non saltem inter se, sed cum exteris quoque, pro conservanda pace publica, ac sua cujusque conservatione & securitate, citra Imperatoris assensum & confirmationem, fœdera licitè inire queant, modo non cedant in Imperii detrimentum ac damnum, & Imperator cum Imperio in iis excipiatur. vid. *R. I. de anno 1529.* §. Vnd als ein Abschied ꝛc. *R. I. de anno 1594.* §. Handhabung deß Friedens ꝛc. *Instru-*

ment. Pac. art. 8. verf. *gaudeant.* verb. *cumprimis verò &c.* quo ipsis hoc Jus expresse confirmatum legitur; atque sic liberius quodammodo hoc fœderum Jure Imperii Status utuntur, quam Imperator, cum ipsi ratione Provinciarum fœdera inconsulto Imperatore inire possint, Imperator verò qua talis, nomine Imperii, iis inconsultis hoc facere nequeat *dd. text.* qui n tamen & ipse suo nomine, qua Archidux Austriæ &c. intuitu Provinciarum suarum hæreditariarum fœdus pro arbitrio, ut cæteri Status, cum aliquo, vel Imperii cive, vel extraneo, juxta Instrum. Pac. Osnabrug. Monast. tamen normam, pangere possit, dubium non est. vid. *Monita Princip. ad art. 7. Capit. num. 3.* Wann auch ein Röm. Käyser seiner eignen Lande halber / sie seyen in oder ausserhalb deß Reichs / Bündniß machen würde / daß doch solches ander Gestalt nicht geschehen möge / als ohngeschadet deß Reichs / und nach Innhalt deß Instrumenti Pacis, *Stranch. Diss. Exot. 4. th. 17. Limn. l. 4. c. 8. n. 29. ibique addit. tom. 2.*

8. Exempla fœderum à Statibus tùm inter se, tùm cum exteris Principibus & Rebuspubl. hoc & superiori seculo contractorum plurima adduci possent, sed sufficiat hac vice adduxisse 1. Fœdus, quod vocant, Electorium de quo infra *part. 2. c. 2.* conf. *Spreng. l. 1. c. 26. p. 126.* 2. Fœdus Suevicum, quod à fœderatorum insigni, quod clypeus cum effigie S. Georgii fuit,

die

die Gesellschafft S. Georgen Schilds appellatum. de quo vid. *Fridberg. in Mantiss. ad Instr. Pac. p. 147. in fin. Strauch. Diss. 10. th. 3.* 3. Fœdus Smalcaldicum de quo vid. *Sleidan. lib. 9. Hortleder. de bell. German. & Disp. pro fœd. Smalcald. ap. Goldast. in Pol. Imp. p. 31. Rumelin. p. 2. D. 4. th. 37. Schuz. v. 2. D. 12. th. 23. Carpz. ad L.R. c. 6. sect. 8.* 4. Rhenanum, de quo *Fritsch. Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 5.* 5. Lipsiense, Heilbronnense, Francofurtense &c. de quibus *Burgold. p. 3. D. 2. th. 4. Spreng. d. l. 1. c. 26. init.* ac meminisse 6. Fœderum, in quæ ipse Sacratissimus Imperator **Leopoldus**, Hispaniæque, Angliæ & Daniæ ac Poloniæ &c. Reges, nec non Unitum Belgium cum Sereniß. ac Potentissimo Electore Brandenburgico, **Friderico Wilhelmo** glor. mem. & hujus Successore Friderico III. Elector. Bavariæ & Saxoniæ, aliisque imperii Principibus, proximis abhinc annis coiverunt.

9. Ratione personarum, quibus cum fœdera ineunda, movetur quæstio: *Num Princeps Christianus, qualis per Dei gratiam est Imperator, & omnis alius Imperii Rom. Germ. Princeps, si ab alio Christiano bello maximè prematur, & se aliter tueri non possit, cum Turca vel alio infideli fœdus inire, & auxilium ab eo petere contra Christianum possit?* de qua quid statuere debeant, multi hærent, plurimi verò negant, quos inter *Reinking. l. 2. cl. 3. c. 3. num. 49. seqq. Schönborn. Alber. Gentilis, Richter.* Nos non

incundum, nisi summa efflagitet necessitas, aliaque sese evadendi eam non offerat occasio, cum *Besoldo*, *Grotio de I. B. & P. 15. numer. 10. Limn. ad Capit. Carol. V. art. 11.* verb. Aller Hülff. *pag. 190. seqq.* ac *Arumao* dicimus. Multis enim periculosa & pernitiosa ejusmodi extitisse fœdera, evincunt exempla adducta à *Besold. 2. Pol. c. 4.* Cæterum per se & absolutè fœdus cum Turcis, Saracenis ac aliis Ethnicis populis inire, haud esse illicitum, si vel pacis publicæ & communis tranquillitatis, vel commerciorum, vel defensionis quoque causa, in extrema necessitate contrahatur, nobis omninò persuademus. Dantur quippe ejusmodi fœderum exempla plurima in ipso *Sacro Codice* à Deo nequaquam improbata. Sic e. gr. Jacob inivit fœdus cum Idololatrico Labano. *Gen. 31. v. 44.* Josua cum Gibeonitis. *Jos. 9. v. 15.* Salomo cum Hieramo Rege in urbe Tyro *1. Sam. 5.* Maccabæus cum Romanis *1. Macc. 5.* vid. *Jun. quæst. Pol. 47. Reinhard. Konig. Theatr. Polit. p. 1. c. 5. num. 82. Henr. Henning. ad Grot. dict. loc.*

10. Conditiones sub quibus fœdera contrahi solent, interdum æquales, quandoque inæquales constituuntur, quarum respectu fœdera vel æqualia sunt, vel inæqualia; perpetua vel temporaria; defensiva in specie sic dicta vel defensiva & offensiva simul. *Schüz. v. 2. D. 12. th. 16.*

11. Ob-

11. Obligat fœdus nomine Imperii ab Imperatore juxta Imperii leges cum Statuum consensu & approbatione initum non Imperatorem tantùm, ejusque successores, (quia quæ Imperator cum Electorum & Statuum Imp. consensu facit, non suo particulari, sed totius Imperii nomine fecisse censetur, unde cum nec Imperium, nec Electorum ac Statuum Collegium moriatur, id quod ita factum, perpetuò servari & per Successorem Imperat. ratum haberi convenit, quia ipsum Electores quoque non aliter elegisse censentur, quam cum conditione, ut rata firmaque maneant, quæ per Antecessorem Imp. nomine ritè gesta fuerunt;) sed & Status ipsos ac totum Imperium. Cujus obligationis hic est effectus, ut si fides de non offendendo data, non ipse Cæsar tantum, sed & Status ab injuriis & offensione abstinere debeant, si promissa auxilia, utrique conferre ea teneantur, ut fœderis conventioni satisfiat.

CAPUT XXVIII.

De Iure mittendorum & recipiendorum Legatorum.

XII. *IUs mittendorum & recipiendorum Legatorum.* Vix est, ut bellum indici, in concordiam coiri, fœdera ici, aut ulla Reipubl. cum exteris negotia expediri sine inter-

ventu Legatorum possint. Rarò enim conducit Reipubl. & Statui communi, ut Magnates & Principes ipsimet de negotiis Reipubl. tractent, & in familiari sint conversatione, id quod memorabili digressione *Cominæus tertio Commentar.* ostendit, in quam supplementa exhibet *Bœcler. Diss. de Congress. & Colloqu. Princip. §. 25. seqq.* quia ita facillimè, levi etiam de causa aut novum odium potest exoriri, aut acceptum vulnus recrudescere, vel unus alterve nimis familiariter sese gerens alteri contemptui esse. Interest etiam Reipubl. ne vires subditorum enerventur, aut nimiis sumptibus Principum æraria exhauriantur. Fieret autem talis profusio, si Principes ipsi semper in diuturnis conventibus coram sese sisterent. Non equidem negari potest, sæpè unico Belligerantium Ducum colloquio, milite jam tum ab utraque parte in procinctu & acie stante, pacem fuisse initam, imò uno die sæpè ab ipsis Principibus decisum, quod per solos Ministros & Legatos pluribus annis fieri non potuit. Verum rara hæc sunt, nec hodiè forsan exspectari facilè poterunt. Experientia quippe docet, dum ad componendas controversias ipsimet Principes convenerunt, ita sæpe exasperatos ipsorum animos, ut postea nunquam reconciliari potuerint. Mittuntur itaque ad prædicta negotia expedienda plerumque Legati.

2. Le-

2. Legatos Germani nostri pluribus insigniunt nominibus, quæ partim in patrio sunt nata solo, partim verò ab aliis mutuata. A Latinis acceperunt 1. nomen Legaten/ quo honorantur *R. I. de anno 1518.* §. Erstlich/ 2c. *1. R. I. Erfurt. 1567.* §. Ferner/ 2c. *55. R. I. de Anno 1576* §. Wir haben/ 2c. *105. R. I. de anno 1598.* §. Und ob wir auch wohl/ 2c. *27.* Illis enim à legando Legati dicuntur, quorum tres Pontifex Romanus constituit classes, alios vocat *Legatos à latere*, Cardinales videlicet, ab ipso ejus, cui adsistunt, latere, cum amplissima authoritate certæ provinciæ administrandæ, pacis inter Principes stabiliendæ, aliorumque majorum consiliorum causa emissos; alios *Legatos Natos*, quod nimirum eo ipso, quo Ecclesiis præficiuntur, & Præsules creantur, Legati Apostolici nomen & dignitatem assequantur, qualis in Hispania Toletanus, in Gallia Rhemensis, in Germania olim Magdeburgensis & Salisburgensis, hodiè hic solùm, in Polonia Gnesnensis, Strigoniensis in Hungaria, &c. alios denique simpliciter *Nuncios Apostolicos*, qui Cardinales non sunt, sed Antistites à Pontifice ad Principes, aliosve, qui Imperium exercent, ut Legati, vel pro aliqua Ambassiada, ut *Bertachinus in Repert.* loquitur, aut denique ut tanquam Apostolici Judices delegati certas causas cognoscant, missi. *Marselaer. de Leg. 2. Diss. 1.*

2. Verbum *Orator* vel *Oratorn/ v. R. I. de anno*

1566. §. und wiewohl unser Orator, &c. *35. R. I. anno 1594.* §. Dieweil aber / ꝛc. *2.* quod Legatis apud Latinos attributum constat ex *l. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* *3.* Ab Italis vel Gallis vocabulum *Ambassador*, quo & vulgus hodiè utitur. vid. *Limn. ad Capit. Matth. art. 40. p. 576.* In proprio solo nata est 1. vox Gesandter à verbo Senden derivata. 2. Abgesandter à verbo Absenden / ablegare, descendens. Inter quæ duo nomina differentiam, quam *Wurmser. Ex. 4. quæst. 4.* constituit, Comitiorum Imperii nostri Recessus non observant, sed passim promiscuè utroque vocabulo utuntur, vide potissimum *R. I. de anno 1570.* ubi qui Gesandten in §. dieweil dann / ꝛc. *7.* §. wiewohl nun / ꝛc. *26.* §. und nach dem / ꝛc. *31.* §. ferners / ꝛc. *35. & aliis seqq.* vocantur, iidem Abgesandten appellantur in §. damit dann / ꝛc. *16.* §. wann auch / ꝛc. *38.* §. nach dem wir / ꝛc. *39.* §. als auch / ꝛc. *41.* §. dieweil dann / ꝛc. *103.* §. als wir / ꝛc. *10.* §. neben / ꝛc. *120.* §. und auß / ꝛc. *147.* Et notanter titulus Abgesandter tribuitur Legatis totius Imperii nomine ad Belgas missis in *R. I. de anno 1603.* §. wie wir dann / ꝛc. *44.* qui in *R. I. de anno 1576.* §. nach dem auch / ꝛc. attribuitur itidem Legatis provincialibus. ibi: der dreyen Landschafften Steyer / Kärndten / Crain / und der Fürstl. Graffschafft Görtz / durch Dero Abgesandten / ꝛc. 3. Pottschaffter / quæ vox rursus promiscuè cum prioribus usurpatur, ita ut S. Cæs. Majestas

ſtas ad alios Reges miſſis Legatis eam tribuat, uti contra *Arumaum* probat *Limn. d. l. p. 578. Speidel. in voc.* Geſandte. Sed ſatis de nominibus. Legatum propriè dicimus mandatarium publico nomine pro negotiis, tabulis mandati commiſſis, expediendis, ab his, qui poteſtatem mittendi habent, ſub fide publicâ Jure Gentium, vel ſolo, vel Civili etiam, innixâ miſſum.

3. Quin verò Jus mittendi, recipiendique Legatos catalogo Jurium Majeſtatis inſerendum veniat, nemo niſi qui Prudentiæ Politicæ ignorantiam profitetur, negare facilè auſus fuerit. *Beſold. de Legat. eorumq́; jure c. 3. pr.* Et licet Jure Gentium una Legatorum ab his, qui Poteſtatis Summæ ſunt participes, miſſorum ſit conditio, moribus tamen noſtris ſuperinducta eſt quaſi Juri Gentium quædam Legatorum diſtinctio quoad externum dignitatis honorem, ita, ut eorum alii *Majores*, alii *Minores*, vel ſi cum publico ſtylo loquendum, alii *primi*, alii *ſecundi Ordinis* Legati dicantur. Illi aliàs *Legati in ſpecie*, Latinius *Oratores*, vulgò *Ambaſſadores* vocantur, & deſcribuntur, quod *ſint Legati charactere repraſentatitio apud alium Principem pollentes.* Hi verò *Ablegati*, & interdum *Prolegati*, communius *Envoyés* appellantur, & ab Ambaſſadoribus non juris poteſtate, ſed tantùm ſpecie dignitatis differunt, quatenus charactere repræſentatitio deſtituti ſuper præcedentia & aliis ceremoniis repræſentationi añexis,

xis, non teneantur tantâ induſtriâ contendere, qui propterea magis idonei cenſentur ad expedienda negotia. Utriq; iterum vel *Ordinarii* ſunt vel *Extraordinarii* v. *Beſold. de Legat. c.* 2. *Auth. Deſcr. part. Regim. Ferd. II. c.* 10. *Limn. ad Cap. Ferd. III. art.* 4. *p.* 681. imprimis *Joh. Georg. Kulpis, tr. de Legat. Stat. Imp. c.* 2. *n.* 4. 6.

4. Imperii noſtri nomine cuinam Legatos mittendi jus fasque ſit, vago alii tractant calamo. vid. *Beſold. de Regalib. c.* 7. §. 3. *Lampad. p.* 3. *c.* 20. *num.* 1. *Stamler.* §. 50. *Hippolit. à Lapide p.* 1. *c.* 14. *ſect.* 2. Nos inter objectum legationis diſtinguimus; aut mittuntur Legati in cauſis, in quibus Imp. ſolus liberum habet arbitrium, aut in aliis, quæ ad Comitia pertinent, communi Statuum conſenſu ibi definiendæ. Hic Legati mittendi ſunt communicato prius cum Statibus conſilio. Ita in Comitiis Ratisbon. 1476. decreta eſt Legatio ad Magnum Moſcoviæ Ducem (1.) pro Livonia (quæ tum adhuc erat membrum Imperii) ab ipſo vexatâ non amplius moleſtandâ, (2.) communi Ordinum conſenſu, (3.) ut Caput Legationis Princeps aliquis Imperii eſſet, cui adjungerentur tres vel quatuor alii. (4.) Inſtructio in Cancellaria Cæſarea conficeretur, & (5.) ſumptus Legationis à Statibus promiſſi Cæſari nominato tempore penderentur. *R. I. de anno* 1576. §. 107. 108 & 109. Ita quoque anno 1594. de Legatione duplici ad Hiſpanos & Belgas mittendâ Cæſar conjunctam Statuum petiit operam.

ram. *R. I. de d. anno* §. *26.* quæ plenis Comitiis decreta. §. *43. 44.* ita, ut negotium Legationis instruendæ & mittendæ Cæsari permissum & relictum. §. *45.* Conf. *R. I. de anno 1598.* §. *28. 50. R. I. de anno 1603.* §. *29. & seqq.* ubi de Legationibus istis continuandis actum. Add de Historiam Legationis describentem *Famian. Strad. dec. 2. lib. 8. pag. 453. Hug. Grot. Annal. Belg. lib. 5. p. 255. l. 6. p. 283. l. 8. p. 380. l. 9. p. 387. l. 12. p. 437.* Aliud specimen extat im Neben-Abschied zu Augspurg. *de anno 1559.* §. als wir/rc. *1.* ubi ad Regem Galliæ Legatio ad repetendum Metim, Tullum, Verodunum, aliaque ab Henrico Rege Antecessore occcupata, decernitur. Et hoc antiquissimis Reipublicæ nostræ moribus conveniens esse testatur *Lehman. lib. 2. Chron. Spir. cap. 39.* Ibi solus mittit Imperator, nec in consortium consilii Status Imperii assumere necesse habet. vid. *R. I. Ratisbon. de anno 1532. art. 1.* Concilium betreffend. §. *2.* Nec obstat, §. darauff dann / rc. *43. R. I. de anno 1594.* à *Lampad. d. l.* adductus. Ibi enim non tantum ad componenda ista negotia bellica, seu non tantum ut Mediatores, & interponentes mittendi erant Legati, sed insuper etiam in Legatione ista ipsius Reipubl. Germanicæ negotia quædam tractanda erant, vid. §. auff den Fall. *& seqq.* conf. *R. I. de anno 1598.* §. *27. & R. I. de anno 1603.* §. *29.* quorum ordinatio solius Imperatoris arbitrio non succumbebat. Hodiè tamen periculo à Turca immi-

imminente, Cæsarem nomine Imperii Legatos ad exteros mittere, eorumque auxilia expetere notat *Friedberg. p. 122.* Sed vid. *Kulpis d. tr. cap. 5. num. 8. in fin. add. n. 11. seqq.*

5. Legatos ab exteris de rebus totum Imperium concernentibus ad Imperatorem missos quidem mandata sua primum coram ipso exponere, sed deinde ab eo Statibus Imperii communicari, ex *Schüzii prælect. Jur. Public. lib. 2. tit. 2. p. 34. Stamlerus* §. 50. notat, sicque Imperatori quidem Jus recipiendi & audiendi tales Legationes integrum esse, nihil tamen de communibus ejusmodi negotiis absque consensu Ordinum & prævià omninò necessarià communicatione cum Legatis missis concludere vel contrahere licere tradit, subjiciens, malè illa duo ab *Hippol. à Lapide p. 1. c. 14. sect. 2. num. 10.* confundi, dum scribit, quod sicut nullos de re communi Legatos solus mittere possit Imperator, ita nec missos privatim solus audire debeat, sed in publicis Imperii conventibus, præsentibus universis Ordinibus. Et negari quidem non potest, Legatos in Aula Cæsaris eo tempore, quo universalia celebrantur Comitia, advenientes, aliquando illuc remitti, cum de tali agitur negotio, quod non in solius Cæsaris est arbitrio; (Exemplo est Legatus Turcicus anno 1641. mense Augusto pacis faciendæ causa Viennam veniens, atque Ratisbonam ire & res suas ibidem agere jussus.)

Non-

Nonnunquam etiam exteros suapte sponte, præterita Aula Cæsarea, statim ad Comitia, si qua habeantur, suos dimittere, (cujus rei specimen præter alia Legatio Caroli Britanniæ Regis iisdem Comitiis pro amica causæ Palatinæ compositione, & nepotis sui Caroli Ludovici restitutione in Electoratum facta præbet;) atque ita seorsim quandoque adornatis ad Status Credentialibus instructos venire Legatos, vid. *Londorp. Cont. p. 8. l. 9. c. 112.* Illisque casibus diversimodè iidem audiri solent, quandoque in pleno ab universis Ordinibus, ut in Legatione Turcica modo nominata factum constat ex formula Propositionis, apud *Londorp. Cont. p. 4. l. 2. c. 21.* aliàs per Deputatos trium Collegiorum, (specimen in Legato Gallico superioribus in Comitiis anno 1653. ap. *Auth.* der Grundfest. *p. 2. c. 7. circa fin.* extat,) interdum etiam soli Moguntino Directorio negotium hoc committi notat *Hagemeier. de Comit. Imp. German. c. 9. p. 62.* Verum hæc ita ex necessitate Juris Publici fieri, aut Imperat. ad id præcisè adstringi, nondum est evictum; Modumque à *Schützio* ac *Stamlero* descriptum, & Juri & Praxi omnino convenire probant ab ipsis tradita, collata cum his, quæ habet *Londorp. Cont. p. 5. l. 5. c. 65. 68. 69. & p. 7. l. 6. c. 159. 160.* add. *Kulpis d. tr. c. 23.* Statuum Legatos (nam & Statibus Imperii nostri Jus Legationis est communicatum, ita, ut non tantum ad alium

Imp.

Imp. Statum aut Principem extraneum, ſed Imperatorem ipſum quoque Legatos mittendi jus habeant. vid. *Otto de Jur. public. cap. 14. Strauch. Diſſ. 7. th. 8.* imprimis cit. *Joh. Georg. Kulpis, qui docto tractatu hoc Statuum Imp. jus deſcripſit.)* Imperator quoque recipit, tam in his, quæ ab ipſo ſolo pendent, quam in iis, quæ comitialiter definienda, poſt verò ad Comitia hæc ipſorum deſideria pariter remittit.

CAPUT XXIX.

De Iure munimenta nomine Imperii intra Statuum ditiones exſtruendi, exſtructis Præſidia imponendi.

XIII. JUs *extruendi munimenta*, das Recht Feſtungen zu bauen. Uti in amore & prono affectu ſubditorum maximum Imperantibus eſt munimentum, ita, ubi ipſorum animos intravit parendi dedignatio, nullum ad inſolentiam ac petulantiam illorum frenandam paratius eſt remedium, quam munitas in territorio excitare arces.

2. Eſt autem apud omnes in confeſſo Jus extruendi munimenta, ſive arces, caſtella & fortalitia erigendi, regium eſſe Jus, & ad ſolum Principem, vel eum, qui Jura Majeſtatis, habet, pertinere. *Fritſch. de jur. Fortalit. cap. 4.* Et in Imperio noſtro hoc ipſum Jus penes Impera-

pera-

peratorem & Imperii Status conjunctìm residere, ita, ut ubi nova munimenta nomine Imp. intra Statuum ditiones sint exstruenda, aut vetera etiam præsidiis militaribus firmanda, mit einer Guarnison zu belegen oder zu besetzen/ nam Jus Præsidii, Besatzungs-Recht/ est consequens & effectus Juris Fortalitii. *Fritsch. de Jure Præsidii cap. 2.)* id prævio Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu fieri debeat, itidem nunc inter omnes ferè constat ex *Instrum. Pac. art 8. vers. gaudeant.* verb. *nova munimenta, &c. Capitul. Leopold. art. 11.* ibi *Monita Princip.* daß künfftiger Röm. Kayser in der Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände Land/ ohne der gesampten Stände/ insonderheit der interessirten Vorwissen und Bewilligung/ keine newe Vöstung bawe/ noch die Alten ernewern lasse. *Fritsch. d. c. 2. n. 3.*

3. Cæterum & singulis Imp. Statibus Superioritatis territorialis Jure in ditionibus suis munimenta exstruendi Jus est, *an vero illud liberè sine Imp. consensu exercere queant?* maximè inter J. P. Doctores controvertitur. Negant *Coler. de Jur. Imp. Germ. sect. 26. Arnis. de jur. maj. l. 2. c. 5.* quibus etiam subscribit *Dn. Lyncker. in analect. hic.* Econtrà, rectius quidem meo judicio, si munitiones exstruantur defensionis gratia, non ad alterius æmulationem aut molestiam, nec contra alterius Status

Tt pri-

privilegium, affirmant *Limn. lib. 4. I. P. cap. 8. num. 236. ibi addit. Burgold. p. 3. D. 2. th. ultim.* Enimverò ſententiam hanc oppidò firmat. 1. *arg.* §. wiewohl. *R. I. de anno 1567.* ubi ſpecialiter prohibetur, daß zu G. keine Vöstung wiederum ſolle gebauet werden/ cujusmodi ſpeciali prohibitione opus non fuiſſet, ſi generaliter omnibus prohibitum eſſet, absque Imperatoris conceſſione fortalitia exſtruere. 2. *text. Inſtrum. Pac. art. 10.* verſ. *Secundò &c.* ubi Reginæ Regnoque Sueciæ conceditur portum Wismarienſem & cætera loca pro lubitu munimentis & præſidiis, ſumptibus ſuis, firmare, iisque de cætero uti frui, ut aliis Imperialibus feudis. 3. Quotidiana Praxis & obſervantia Imperii; quam dies & exempla à *Limnæo d. l.* adducta probant, ut ſic eam fruſtra neget *Stamler.* vid. *Fritſch. de jur. fortal. c. 4.*

4. Elegans etiam quæſtio eſt: *Num bellum gerenti munimentum in ſolo pacato ſitum, ſi vereatur, ne illud hoſtis invadat & irreparabilia inde ipſi inferat damna, invito domino occupare liceat?* affirmat *Grot. 2. 2. 10.* Si 1. non imaginarium, ſed certum ſit periculum. 2. nihil ſumatur, quod non ad cautionem ſit neceſſarium, puta loci cuſtodia, relicta domino vero Jurisdictione & fructibus. 3. Id fiat animo reddendæ cuſtodiæ, ſimulatque neceſſitas illa ceſſaverit. Sed vid. *Ziegler. Henr. Henning. ibid. in not. Fritſch. de Jure Præſid. cap. 3. num. 2.* Affinis huic eſt

illa:

illa: *an, si Princeps castrum meum durante bello muniverit, pace factâ à me castrum repetente sumptus repetere queat?* quam negativè decidit *Natta Cons. 554. n. 20.* quia in utilitatem suam & totius regionis eos sumptus fecit.

CAPUT XXX.

De Comitiis Imperii Universalibus.

EXplicavimus singillatim sic Jura Imperatori Reservata, nec non Jura ipsi cum Electoribus communia, ac deniq; Jura inter ipsum & Status Imp. universos communicata, cum vero hæc ultima Comitiali, liberoque omnium Imp. Statuum suffragio & consensu sint expedienda, indeque *Jura Comitiorum* dicantur. v. *a. 8. Instrum. Pac.* haud alienum ab hoc loco fuerit, si de *Comitiis* hic pauca subjiciamus.

2. Vocabulum autem *Comitiorum*, à coëundo sic jam olim dictorum, à translato ad Carolum M. Imperio ad Maximilian. I. Imp. usque rarò usurpatum, utplurimum vero ejus loco verbum Curiæ, (Hoff) Congregationis, (Versamlungs-Tag) Conventus, Dictæ, Placitorum, Conciliorum Imperialium, tàm in Constitutionibus Impp. quam Historicorum & Poëtarum monumentis positum deprehendes. vid. *Arum. de Comit. c. 1. num. 30. seqq.* Describit eadem in genere *Bernhard. Bertram. de Co-*

mit. num. 8. quod sint conventus totius corporis Imperii, ad aliquid deliberandum, decernendumve Reip. causa instituti. Et constituuntur vulgò duplicia: *Generalia sive universalia* & *specialia. Universalia* sunt Imperatoris, Electorum, Principum & universorum Optimatum Imperii ad deliberandum de bono publico institutus conventus: de his hoc cap. agere est animus.

3. Indicit ea, quoties exigit publica Imperii utilitas & necessitas, *Instrum. Pac. artic. 8. vers. gaudeant.* Imperator, (illo vero absente, Rex Romanorum, exemplo Ferdinandi I. anno 1542. & si vacante Imperio necessitas Comitia exposcat, Vicarii Imperii, utut nullum ejus rei extet exemplum, nec impediri eos arbitror Unione Electorali §. 8. secus ac *Dn. Lynckerus analect.* hic putat.) prævio Electorum consensu, (vid. supra *c. 24.*) qui formæ instar requiritur, ut sic eo deficiente actus indictionis sit ipso jure nullus; Uti verò Electores, cum causas ad Comitia cogenda sufficientes cognoscunt, Imperatori adsensum haud difficulter accommodant, imò eidem ad Comitia cogenda, necessitatibus urgentibus, quandoque ipsi authores existunt. *R. I. August. de anno 1555.* §. und so abermahls die versamleten Chur-Fürsten/ ꝛc. *R. I. de anno 1641. pr. Cap. Ferd. IV. art. 14. Capit. Leop. art. 17. Joseph. 16.* ita si aliud visum, eundem rectè denegant. Conscribit hodie Cæsar consensu Electorum impetrato Status

Status Edicto, non uno aliquo generali, ut olim fiebat, sed singulo singulis insinuato, cum enim ad illud pauciores Status comparerent (vid. *Goldast. tom. 3. Const. Imper. fol. 436.*) ita ut propter paucitatem comparentium etiam aliquando Comitia differre oportuerit, ut Friderico III. Conventum Francofurti anno 1442. & alterum Norinbergæ anno 1479. celebrare volenti contigit, subinde per speciales literas vel manu exaratas, vel temporis lucrandi causa typis impressas, singuli (Prælatos & Comites tamen, qui non viritim, sed curiatim hodiè in Comitiis suffragia ferunt, non singulos, sed sub compellatione Directoriorum vocari notat. *Fr. Iren. ad Burgold. p. 3. p. 18.* cum *Spreng. in Luc. mod. Stat. Imp. cap. 1. p. 2.*) compellari cœperunt, quæ, ut vocati in antecessum de obventuris deliberare, ac se suosque Legatos eò pleniùs instruere possint, non tantum locum & diem, sed & causas habendorum Comitiorum comprehendere solent. v. earum formulam apud *Arum. de Comit. c. 5. num. 7. Gotl.* von Hagen/ *Comitiol. Ratisb. p. 3. p. m. 94.* Cumque magna Juris Comitiorum pars ad Status pertineat, æquum est, ut verbis compellentur non adeò imperiosis. Hinc ab antiqua vocandi forma, quæ quandam jussionis duritiem præ se ferre videbatur, posteriori tempore recessum fuit, & cum Cæsares vetustiores verbo gebieten / heissen / befehlen / uterentur, noviores suam ad Comitia vocandi auctoritatem

non sine maximâ insignis clementiæ laude blandiori alloquio nunc temperant. Reiteratur aliquando vocatio, aliis literis familiaribus ab Imperatore ad certos Status scriptis.

4. Primis ab Imperatore recens inaugurato habendis Comitiis certus est præstitutus locus *A. B.* ut quæ *tit. 28.* §. *5.* eadem Norinbergæ vult celebrari, quod quidem non amplius attendi, sed in desuetudinem abiisse scribit *Betram. de Comit. num. 22.* Ast omninò salvum hactenus Civitati Norinbergensi jus suum mansisse autumo, quando enim alibi, quam Norinbergæ, ex causâ prima Comitia habita sunt, id salvo jure Civitatis & citra *A. B.* (generaliter quævis legitima impedimenta excipientis) violationem factum esse in Recessibus cautum esse reperimus. Ita Carolus V. in *R. I. de anno 1521. pr.* paucis equidem significat: Er habe seinen ersten Reichs-Tag gen Wormbs (dieweil er ihn der sterblichen Lufft halben zu Nürnberg nicht habe halten mögen) angesetzt. Sed satis curiose Maximil. II. in *R. I. de anno 1566.* §. wiewol dann leglich nach altem Herkommen / rc. *181.* Consimile factum à Matthia *R. I. de anno 1613.* wiewohl dann leglich / rc. *16.* Ferdinando III. *in R. I. anno 1641.* §. *2. vers.* so sind jedoch / rc. conf. *Dn. Hagemejer de Comit. c. 1. p. 2.* Cætera quæ post primam Curiam Comitia habentur, certum ac destinatum locum hodiè non habent, sed ejus determinatio à libero Impe-

Imperatoris & Electorum dependet arbitrio vid. *Capitul. Leopold. artic. 17. in med.* deligitur autem plerumque civitas Imperialis. Sic Norinbergæ *anno 1356. 1522. 1524.* Francofurti *1442.* Wormatiæ *1495. 1521. 1545.* Augustæ *1507. 1518. 1530. 1548. 1551. 1555. 1559. 1566. 1582.* Coloniæ *1512.* Constantiæ *1507.* Esslingæ *1526.* Spiræ *1526. 1529. 1542. 1544. 1557. 1570.* Ratisbonæ *1507. 1527. 1537. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1594. 1598. 1603. 1613. 1641. 1652. 1662.* Comitia celebrata reperimus, in municipiis tamen anteriori tempore sæpius etiam coacta testantur *Recessus & Historici.* In specie vero de Comitiis extra fines Germaniæ non agendis noviter electi Impp. in Capitul. jurant. vid. *Capit. Carol. V. art. 12.* qui in subsequentium Imperatorum Capitulationibus repetitus. *Capit. Ferdin. I. artic. 11. Maximil. II. artic. 12. Rudolph. II. artic. 11. Matth. artic. 12. Ferdin. II. artic. 10. III. art. 13. Leopoldi 17. Joseph. art. 16.* Fines autem Germaniæ quousque in hoc casu se extendant, & *an Bohemia quoque pars sit Germaniæ?* item *Belgium? adeò ut jus sit Comitia illic indicere?* inter Jur Public. Dd. controvertitur. A plurimis verò hic Germaniæ nostræ fines decem Imperii Circulis determinantur. v. *Arum. de Comitiis c. 5. n. 32. & seqq. Spreng. l. 1. c. 23. Schütz. C. I. P. v. 1. disp. 10. th. 6. l. E.*

5. Intimanda sunt Comitia hæc universalia omnibus Imperii nostri Ordinibus, iique omnes & singuli ad eadem vocandi, præter Bo-

hem. Regem, qui, licet certo respectu sit Status Imperii, ad Comitia tamen Imperii generalia non vocatur. *Conring. de Comit. num. 17.* Si qui vero Principes, Comites, in minori ætate sint constituti, illorum Tutores aut Curatores ipsorum nomine ad Comitia vocantur, ac jure dicendæ sententiæ fruuntur, (quod non minus in Electorum, quam aliorum Principum filiis usuvenit, quanquam illi septennio citius his majores fiant, ut suo dictum loco.) Exempla in Domo Brandenburgica *anno 1551.* Domo Badensi *an. 1582.* Domo Saxonica utriusque lineæ, Pomeranica item, Lotharingica *anno 1594. 1598.* & *1603.* Bavarica *anno 1654.* aliisque exstant. vid. *Subscript. Receß. de d. annis. An & Tutrices?* Affirm. Sic Maria Belgii Gubernatrix in *Rec. anni 1551.* & Maria Lotharingiæ Ducissa tutorio nomine (vid. *Limn. tom. 2. addit. ad l. 4. c. 8. num. 179. Myler. de Statib. Imp. c. 29. num. 10.*) filiæ suæ unicæ Franciscæ subscripsit. *R. I. de An. 1603.* add. *R. I. de ad 1654. subscr.* Majorennes autem post facti ipsimet sessionem occupant. Si Princeps Imp. decedat pluribus relictis heredibus, hique Ducatus vel Marchionatus feudum inter se dividant, Imperatore divisionem approbante, & unumquemque de sua portione investiente, singuli ad Comitia vocandi sunt, & singuli votum & sessionem in iisdem obtinent, de quo nos Domus Saxoniæ & Brandenburgicæ exempla dubita-

bitare non ſinunt. Si verò ex conſuetudine, privilegio, vel teſtamento jus primogenituræ introductum in familia vigeat, primogenitus ſolus vocatur; quodſi nec diviſio facta fuerit, nec juri primogenituræ locus ſit, ſed eas pro indiviſo poſſident, non tanquam ſinguli, ſed tanquam univerſi vocandi ſunt, indeque non ſingulis ſeſſionis, ſuffragiique jus competit, ſed nomine omnium mandatarius vel Legatus in Comitiis ad ſedendum, votandum, ſubſcribendumque Receſſus admittitur. Cujus recentiſſima exempla aliquot in ſubſcriptione *Receſſus anni 1641.* videre licet in Familiis Saxonica Vinarienſi, Anhaldina, Fuggerorum, Schœnburgenſi, atque Limpurgica. *Limn. tom. 1. addit. l. 1. c. 7. in fin. pag. 76.* Poſſuntque ex *ſubſcript. R. I. de anno 1654.* alia facili negotio adjungi. Et cum inſolens non ſit in Imperio, ut Principes plures habeant ditiones, quæ ipſis jure ſucceſſionis vel ſimili quopiam titulo obvenerunt, ſic hos vocari convenit, ut omnium, quos poſſident, Ducatuum nomine adeſſe jubeantur. *Bertram de Comit. n. 42* Principes Seculares Majorennes cum *Bertram d. l. num. 40. Schütz. v. 1. D. 2. th. 11. lit. D. & D. 10. th. 9. lit. C. Limn. 9. 1. 52. Bechmanno ad A. B. tit. 12. Ex. 7. num. 58. ſeq. Auth.* der Grundfeſt. *p. 1. c. 5. §. 2. obſervantiam Imperii multis exemplis oſtendentibus*, etiam ante petitam ab Imperatore intra annum inveſtituram, de jure vocandos exi-

ſtimaverim,(quia renovatio inveſtituræ non eſt feudi, cujus fructus eſſe dicitur, vocem in Comitiis dare, cauſa procreans, ſed conſervans, & inde fructus ante inveſtit. petitionem ad Vaſallum pertinent. *Rümel. ad A. B. Diſp. 7. coroll. 2.)* Sicut & Eccleſiaſticos à Pontifice nondum infulatos atque confirmatos, ac nec tum à Cæſare etiam inveſtitos evocandos; quin & Capitulum quoque, ſede aliquâ vacante, univerſalium horum Comitiorum jure gaudere, rectè tradunt *Bertram. d. tr. th. 35. 37. Limn. l. 3. C. 3. num. 40. 41. 42. l. 9. c. 1. num. 49. 50. & ad A. B. c. 1. §. 18. Obſ. 10. num. 4.* poſtremum (de quo, ſi theoreticam diſputandi rationem ſequeremur, maximè dubitari poſſet, ſicut etiam diſertè, ſcrupulo hoc non carere, dixit *Schütz. v. 1. D. 6. th. 26. l. B.* qui non minus & intermedium in dubium trahit *Diſp. 7. th. 7. lit. H. I.* ſed poſt multam diſceptationem Obſervantiam ſuæ opinioni contrariam ſententiam heic dixiſſe, fateri ipſe tandem cogitur,) per exempla Decani & Capituli Mindenſis *anno 1555.* Friſingenſis *anno 1559.* Halberſtadienſis *1576.* Receſſ. ſubſcrib. confirmantes, quo & facere videtur *Inſtr. Pac. art. 5. §. 4. circa fin.* verb. *libera ſit ubique Capitulo, ſede vacante, & quibus adminiſtratio & jurium Epiſcopalium exercitium. &c.* & §. 6. verb. *iidem, aut ſede vacante, Capitula, & quibus adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales æque ac particulares*

res Deputationum Visitationum, revisionum, aliosque conventus Imperiales literis solitis evocentur, & jure suffragii fruantur &c. quo ipso §. Archi-Episcopi & Episcopi Augustan. Confeß. per intervallum temporis haud exiguum de facto à Jure Comitiorum exclusi, vel, ut propius ad rem dicam, in exercitio Juris Comitiorum universalium (in aliis enim & nominatim Circularibus Conventibus jus sessionis & suffragii constanter exercuerunt. v. *Limn. tom. 1. addit. ad l. 9. c. 1. p. 428.*) impediti, (vid. *Transact. Pragens. 1635.* §. Anlangend die Sessiones & vota &c.) restituuntur, ac ad Comitia Imperii generalia quoque admittuntur, singulari ipsis inter Principes Ecclesiasticos & Seculares intermedio & transverso scamno concesso, quod statim in sequentibus Comitiis *anno 1653* eos etiam occupasse notat *Author* der Grundfeste. *p. 1. c. 5. §. 3.* Notandum hic, quod & Vice-Marschallus Imperii tàm à Cæsare, quàm Electore Saxoniæ ad Comitia vocetur, non tamen ut suffragium ferat, sed munia sua obeat, scil. Statibus comparentibus hospitia assignet ac nomina adscribat, rei annonariæ curam habeat, nocturnas vigilum excubias indaget, &c. *Rümel. p. 2. D. 3. th. 14. ibique addit. Limn. l. 9. c. 1. n. 65. seqq. ibique addit.*

6. Statuum præfato modo ad Comitia vocatorum est comparitione sua Imperatori obsequium, patriæ laboranti auxilium, suppressis deni-

denique consilium exhibere, adeoque vel ipsos sese sistere, vel Legatos suos mittere. Est enim *hodie* cuilibet Statuum (exceptis tamen Civitatibus Imperialibus & Abbatissis, quæ non nisi per Legatos comparere possunt vid. *Limn. l. 9. c. 1. n. 104. ibiq; tom. 2. add. ad d. l. pag. 351.*) integrum, velitne personaliter accedere, an Legatum vel Legatos mittere (quodnam autem hic utilius vid. *Bœcler. Diss. de Congress. Princ.* §. 13. Grundfest *p. 1. c. 6.*) Quin à temporibus Maximiliani Imperat. imò jam ante, Ordines hanc potestatem sibi sumpsere, ut neque ipsi comparuerint, neque Legatos miserint. Quo tamen casu sic emanentes iis, quæ in Comitiis decreta sunt, perinde ligantur, ac si præsentes fuissent *R. I. de anno 1500. rubr.* wie man mit etlichen Ständen / 2c. verbis: nachdem auch etliche merckliche Stände / 2c. *R. I. de anno 1512.* §. es sollen auch die Chur-Fürsten / 2c. Quando autem extrema Reipubl. necessitas exigit, ut ipsi Ordines præsentes sint, nihil impedit, quominus Imperator illos ad personalem comparitionem seriò adhortetur. Ita Ferdinandus I. Rex Rom. *anno 1555.* tum per literas, tum missis internunciis, Principes hortatus est; ut ipsi ad Comitia venirent, nec rem per Legatos agerent, sic enim causæ magnitudinem postulare. *Joh. Sleid. de Stat. relig. lib. 25. p. 766.* Idem confirmare videntur *R. I. de anno 1545.* §. dem allen nach / 2c. *anno 1546.*

§. die.

§. dieweil wir aber / 2c. *Literæ denunciatoriales ad Comitia Rudolphi II. in anno 1594.* ap. *Arum. c. 5. num. 7.* conf. *Limn. l. 9. c. 1. num. 99. Myler. ad Rümel. p. 2. Disc. 3. thes. 11.* Grundf. deß H. R. R. *p. 1. c. 2.* Si tamen prægnans & justa causa præsentiam & comparitionem personalem impediverit, licitè, etiam in extrema Reipubl. necessitate, Legatos, ampliori tamen mandato instructos, mittunt. *dd. text.*

7. Quando jam Status vel eorum Legati locum Comitiorum accesserunt, nihil prius habere debent, quam ut prævia literarum Credentialium oblatione aditum ad Imperatoriam Majestatem, vel ejusdem Commissarium sibi per Secretarios suos concedi petant. Cui voto si annuitur, ad Palatium Cæsareum se conferentes Legati à quibusdam Nobilibus in imâ scalarum parte excipiuntur, & in Anti-Cameram deducuntur: ubi parumper præstolatos, Principalis Cæsaris Commissarius aliquot passibus ante Conclave Audientiæ excipit, & in locum Audientiæ deducit. Exponendis expositis, & una vel altera causa personalis Dominorum suorum absentiæ etiam allegata, rursus eo comitatu, quo introducti fuere, stipati recedunt. Plus autem honoris hic à Commissario & ipso Cæsare præsente Electorum, quàm Principum, plus itidem Prælatorum & Comitum, quam Civitatum Legatis exhiberi notes velim vid. *Author.* Grundf. *p. 1. c. 6. p. 49. seqq.*

seqq. Secundò etiam Mareschallum Imperii, de adventu suo certiorem facere debent, ut hospitium idoneum possit assignare, quale nec istis proprio auspicio occupare, nec ulli civium ad id ædes suas locare licet, sine consensu Mareschalli, jus istud assignandi Legatis hospitia inter præcipua sui muneris potestatisque exempla referentis. Quamvis enim aliquando à Civitate, in qua Comitia celebrata, super hoc ei controversia mota, transactione tamen *d. 26. Octobr. 5. Novembr. anno 1614.* inter Mareschallum & Civitates Imperiales Augustæ initâ ea lis composita est, Mareschallo ista facultate denuo cessa. Et hinc indictis Comitiis, maturius ad constitutum locum ipse proficiscitur, hospitia in certas classes distribuit, Principibus advenientibus ipsemet, Legatis verò Substitutus ejus hospitii assignatioonem offert, & dein tabulam, in quâ cujusque Legantis, Legatique nomen, generatim creta alba inscriptum, ad ostium domus suspendendam Latrunculatori, dem Reichs Profoß/ tradit; Accipit uterque illorum pro assignatione honorarium aliquod, exigit & hic pro opera munusculum, prout notat *Sprenger. Luc. mod. Stat. c. 1. p. 54.*

8. Denique ipsis incumbit, ut præsentiam suam Directorio Moguntino per unum è ministris significent, eidemque pro personis suis ad publicas consultationes habilitandis ac legitiman-

timandis, non tantùm Credentiales, sed & Mandata omnes offerant. Num autem ipsi Legati Principum in persona Directori Moguntino, præstita simul visitatione, Mandata exhibere teneantur, an vero illa per Secretarium submisisse sufficiat? in modernis Comitiis *anno 1677.* cum Ducis B. Z. & G. (cui & aliorum Principum Legati inprimis S. G. B. C. & M. G. accesserunt,) mandatum cum credentialibus per Secretarium transmitteret, Director Moguntinus vero remitteret, prætendens observantiam Imp. requirere, ut ipsimet Legati in ædibus Directorialibus se legitiment, controverti cœpit, tandem autem *d. 6. April. anno 1678.* lis ita composita, ut Principales Legati per Secretarios in ædes Directoriales legitimationes miserint, Director Moguntinus verò illos ad se non admiserit, neque legitimationes ex manibus eorum immediatè, sed vicissim per suum Secretarium acceperit, eique dederit in mandatis, ut responsi loco apud Secretarios Principum, legitimationum allatores, protestaretur, ne in præjudicium Directorii Imperialis actus iste vergeret. Quemadmodum paulò ante quoque contentio super eodem cum Cæsaris Con-Commissario *Dn. Franc. Matthia May, Consil. Aulico* in *Dn. Joh. Henr. Schützii, &c. defuncti locum suffecto*, ita sopita, ut Con-Commissarius Credentiales ab Imp. ideo acceptas Directori M. submiserit,

ab-

ab hoc deinde primam acceperit visitationem, & in revisitatione denique legitimationem suam exhibuerit. *Dn. Kulpis de Legat. Stat. Imp. c. 13. num. 16.* Superiori anno gravis iterum de legitimatione subnata controversia, nondum decisa ac sopita. Neque ab exhibitione mandati, (ut sibi falso persuadet *Author* deß Berichts/ wie es auff Reichs-Tagen gehalten wird/ ꝛc.) Civitatum Imp. Ablegati sunt immunes, teste *Knipschild. de jur. & privil. Civit. Imp. l. 2. c. 2. num. 126. Sprenger. l. 1. c. 23. p. 100. & in Lucern. Imper. p. 7.* quod etiam convenit *R. I. Wormat. 1545.* §. dem allen nach/ ꝛc. *R. I. de anno 1546.* §. dieweil wir aber/ ꝛc. Solent Principum Legati & illos, quos jam tum præsentes esse audiunt, adventus sui certiores reddere, quo primum ab ipsis salutentur, *Visite* geben/ hodie vocamus. Comitum vero Prælatorum & Civitatum Legati adventum suum Legatis Electorum & Principum haud indicant, Legati tamen Principum Electorum Legatis præsentiam intimant; At hi non ipsimet solenniter visitant illos, sed tantum per Secretarium suum pro certificatione gratias agunt. vid. *Sprenger. Lucern. Imp. pag. 52. & pag. 72.*

9. Cum Imperatori consultationum capita Ordinibus exponere placet, (vid. *Auth.* der Grundfest. *p. 2. t. 1.*) solet Vice-Mareschallo injungi, ut Statibus Imperii præsentibus ac absentium Legatis horam audiendæ Propositioni

ni destinatam denuntiet. Quod si fecerit, stato tempore in Cæsaris Palatio omnes comparent, eundemque, vel si ipse absens, Commissarium à Palatio in Ecclesiam comitantur, (v. *Dn. Joh. Georg. Kulpis de Legat. Stat. Imp. c. 17. n. 4. 5. 6.*) & ibidem pro felici Consiliorum augurio preces ad DEUM fundunt, Legatis Protestantium, cum Missa celebratur, in aliud conclave secedentibus, pro felici consultationis successu DEUM ibi invocantibus, prout initio præsentium Comitiorum *anno 1663.* factum fuisse testatur *Auth.* der Grundfest / in subnexo actu Processionis & Propositionis, qui quoque in *Diar. Europ. part. 10. p. 5.* legitur, licet in proximè præcedentibus Comitiis *anno 1653.* contrarium observatum fuisse annotet idem *Author* der Grundfest *p. 2. cap. 2. p. 71. & Comit. Ratisbon. p. 3. §. 27. 28. p. 123.* Peractis sacris Imperator solenni pompa cum Electoribus, Principibus & Ordinibus in Curiam pergit, tumque Cæsar, aut ejus Commissarius, solium sive thronum pro ipso confectum conscendit, Electores paulò depressiori loco circumsident, à dextro Mogunt. Bavar. Brandenburgensis, à sinistro Colon. Sax. Palat. ex opposito autem Trevirensis, at si Rex Rom. adsit ipse in eo, quo Trevirensis sedet loco, subsellia occupat. Deinde alia subsellia ad longitudinem Curiæ uno gradu Electorum inferiora viridi panno vestita (tres priores Scamni Eccle-

Uu siasti-

siastici sessiones autem in præsentibus Comitiis pariter ut Electorum rubro serico fuere ornatæ) conspiciuntur, in quibus Principes, absentiumque Legati sessiones suas subintrant, ita ut à dextris sedeant Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Archi-Episcopi, Magister Ordin. Teutonici, Episcopi, Abbates, duo Prælatorum Directoria; à sinistris Principes Politici, eorumque Legati, & quatuor Comitum Directoria, Scamno transverso A. Conf. Postulati Episcopi. Civitatum Imperialium verò Legati extra limites horum Collegiorum, ausser den Schrancken/ womit solcher Kayser- Chur- und Fürstliche Consess umbgeben/ consistunt, referente *Authore* der Grundfest. *p. 2. c. 2. & in adjecta descript. actus Processi. & Propositionis in præsentibus Comit. quæ anno 1663. initium habuerunt. num. 13. 14.*

10. Occupatis ita sedibus, Imperator per aliquem ex ordine Principum Statibus gratias agit pro obsequio præstito, & simul petit, ut percipiant, quæ mox propositurus sit. Qua oratione finita, succedit ipsa Propositio, & ut de propositis capitibus sedulò deliberent adhortatio. Consurgunt hinc Ordines & Legati, per classes suas de responso consultantes, quod ut plurimum per Moguntinum vel ejus Cancellarium reddunt, Cæsari pro cura & affectione paterna erga Imperium gratias agen-

agendo, simulque promittendo, se nihil in consultando prætermissuros, quod ad salutem & dignitatem Imperii pertinere visum fuerit *vid. supra cap. 19.* Ac ut de rebus propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, copiam recitatæ Propositionis sibi edi, eâ, quâ decet reverentia, petunt. Quâ impetratâ, Imperator de throno surgit, eodemque, quo ingressus est, comitatu ad Palatium suum revertitur.

11. Descripta Propositione incipiunt deliberationes, (non præcisè eo, quo Cæsar in proponendo usus est, ut quidem *Stamler. de Reservat.* §. *29. num. 4.* existimat, sed mutato quoque ordine vid. *Limn. l. 9. c. 1. num. 153. Arum. de Comit. c. 7. num. 65. seqq.*) quas Imperii Ordinibus ad jussum Cancellariæ Moguntinensis Vice-Marschallus de Pappenheim, cui prædicta Cancellaria Moguntinens. eapropter schedulam sequentis tenoris: Der Reichs-Marschalck soll den anwesenden Chur-Fürsten/ Fürsten und Ständen/ der abwesenden Räthen/ Botschafften und Gesandten morgen N. den N. (Mens.) zu N. Uhren Vormittag auff dem Rath-Haus zu erscheinen/ ansagen.

Mayntzische Cantzley.

transmitttere ſolet, (an idem obtinere ſede Moguntina vacante debeat? quæſtio eſt in præſentibus Comitiis mota. vid. *Fritſch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 1. num. 131. Dn. Kulpis ad Monzamb. p. 2. c. 5. §. 26. pag. 163. ſqq.*) pridie ſemper denunciat, Electorib. & Principib. per Vicarium, den Reichs-Quartiermeiſter / Legatis verò per Secretarium vel Scribam. Si autem Elector Saxoniæ ipſe præſens eſt, illa ſchedula Vice-Mareſchallo tradenda, ipſi exhiberi conſuevit, quamvis in Comitiis de *anno 1613.* Legatis ejus quoque transmiſſa ſit. Si Vice-Marſchallus officio ſuo eſt perfunctus, Ordines ſtato tempore ad ferenda ſuffragia reverſi, in tria ſeparata diſcedunt conclavia, pro triplici Collegiorum aut Claſſium (in quas *anno 1489.* imperante Friderico III. ita Status Imp. diviſos communiter opinantur. vid. *Lehman. l. 7. Chron. cap. 120. Diſſert. Bœcler. Notit. Imper. l. 21. c. 1.*) numero, Directores menſis adpropinquant, ac conſultanda proponunt.

12. In Collegio Electorum autem Directorium, quod in proponendo ac referendo conſiſtit, tenet Moguntinus, qui & primum hoc in conclavi occupat locum, à dextro ipſius latere prima vice ſedet Trevirenſis, ſecundâ Colonienſis, deinde Elector Bavariæ & Brandenburgenſis; à ſiniſtro poſt unum ex dictis Electoribus Eccleſiaſticis Elector Saxoniæ

xoniæ & Palatinus conſpiciuntur, quod ſic ab Electorum Collegio in Comitiis Ratisbonenſibus *anno 1653.* determinatum, uti ex Decreto ab *Authore* der Grundf. *p. 2. c 4.* relato liquet. Eodem ordine etiam Legati abſentium ſedere ſolent. Si verò unus vel plures Electores ſunt præſentes, abſentium Legati illis cedunt, etſi Principales eorum, ſi ipſi adeſſent, illos præcederent. *vid. d. Decretum.* In votando hic ſervatur ordo, ut Elector Moguntinus vota Co-Electorum ſuorum exquirat, & primo omnium à Trevirenſi incipiat, abinde ad Colonienſem, dehinc ad Electorem Bavariæ, Saxoniæ, Brandenburgenſem, Palatinum veniat, ultimo verò à Saxone interpellatus ſuum addat, hicque ordo illæſus ſervatur, etſi qui ipſi præſentes, alii autem per Legatos tantum adſint. Quodſi contingat, ut ſimul votis omnium exploratis, neque omnes, nec major collegii pars conſentiant, ſecundâ, tertiâ & tot vicibus vota de novo requiruntur, donec vel omnium ſuffragia conſpirent, (quod hodiè in puncto conceſſionis vel prorogationis vectigalium requiritur *Cap. Leopold. a. 21.*) vel majora rem decidant, *Author* der Grundf. *part. 2. c. 4. p. 97. 98.*)

13. Senatus Principum duo habuit ſcamna, Eccleſiaſticum & Seculare, Geiſtliche und Weltliche Banckh/ hiſce hodiè tertium tranſverſum pro Archi-Epiſcopis & Epiſcopis

A. C. addictis adjectum. vid. *Instrum. Pac. artic. 5. §. 6. Histor. Pac. Osnabr. Monast. l. 2. num. 42.* In spirituali consident Archi Duces Austriæ & Duces Burgundiæ, (quibus in signum præeminentiæ, licet sint Principes Seculares, locus in eo concessus) Archi-Episcopi, qui non sunt Electores, Magister Ordinis Teutonici, Episcopi, Abbates, Prælati, Abbatissæ. Ad Seculare pertinent omnes Imperii Principes, Comites & Barones. Vota hoc in conclavi colligit Vice-Marschallus Imperii, in medio angulo inter duo Scamna, Ecclesiasticum & Seculare, à tergo Directorii sedens, eo autem absente Directorium, in hujus vero absentia Mag. Ord. Teut. Legatus juxta *Fritsch. p. 2. Elect. J. P. c. 14. Obs. 4.* per alternationem ab uno scamno ad aliud transeundo, donec ex Episcopis vel Abbatibus Principum dignitate præfulgentibus quisquam superest, in Prælatis enim minoribus subsistit, quoad in seculari scamno, ubi major Principalium votorum numerus est, ad Comites pervenit, ante quos illos Prælatos, mox Comites ad dicendam sententiam evocat. *Hagemeier. de Comit. cap. 5. pag. 24. 25.* Et Principes, tam Ecclesiastici quam Politici, Magister Ordinis Teutonici, Abbatesque Principali dignitate pollentes quidem viritim sua suffragia proferunt; Ast Prælati Principibus non adscripti, in duo scamna,

Sue-

Suevicum ſcil. & Rhenanum, diviſi, curiatim duo tantùm vota habent. (v. *Limn. tom. 2. addit. ad lib. 9. car. 1. numer. 143. Author* der Grundſ. *p. 2. c. 5.* Sicut Comitibus ac Baronibus hodie in 4. tribus, Wetteravicam, Suevicam, Franconicam & Weſtphalicam, ſcil. diſtinctis, quatuor itidem tantum vota Collegialia competunt. vid. *Limn. d. l.* Directorium hujus claſſis olim ſolus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis tenuit, ſed orta tempore Caroli V. inter ipſum & Archi-Duces Auſtriæ lite de præcedentia, alternatio inter ipſos tàm in ſedendo, quam dirigendo, recepta eſt, quæ adhuc usque durat, interim Archi-Ducis partes in omnibus primæ ſunt. vid. Grundveſt deß Heil. Römiſch. Reichs / *p. 2, c. 5. p. m. 119. Limn. tom. 1. addit. l. 9. c. 1. n. 142.*

14. Senatus Civitatum Imperialium in duo Scamna dividitur, Rhenanum nimirum, & Suevicum, die Rheiniſche und Schwäbiſche Banckh / in illo conſident Legati Civitatum Imp. tractus Rhenani, Wetteraviæ, Alſatiæ, Saxoniæ, Thuringiæ; In hoc Sueviæ & Franconiæ. vid. *Lehman. l. 7. c. 113.* Directorium regulariter eſt penes illam civitatem, in quâ Comitia celebrantur, hæc peculiari aſſidet menſæ, & alternatim civitatum Legatos à Scamno Rhenano incipiendo, de votis dandis interpellat, data cum civitatis Ulmenſis & Spirenſis Regiſtratoribus, (quorum hic ci-

civitatum Rhenensium, ille Suevicarum acta custodit, quibus ante aliquot annos etiam Secretarium civitatis Norinbergensis, ex speciali favore civitatum, accessisse tradit *Hagemejer. de Comit. cap. 4. p. 35.)* in Protocollum refert, suum ultimo loco subjungens calculum. Quamvis autem civitatum singulæ hoc in Senatu suam sententiam dicant, respectu tamen totius Imperii corporis, quod in Comitiis præsens est, jus duorum suffragiorum tantùm omnes obtinent: De Extraordinario Supplicationum Senatu pro expediendis negotiis & gravaminibus Statuum particularibus, olim ex selectis trium Collegiorum Legatis constitui solito, & communiter Supplications-Rath appellato, cum hodie exoleverit, cum summâ tamen Statuum Evangelicorum displicentiâ, non attinet multa dicere. vid. interim si vis, quæ de eo *Sprengerus in Lucern. mod. Stat. Imp. c. 1. p. 40. Hagemejer. de Comit. c. 10. & Gottlieb von Hagen/ in Comitiol. Ratisbon. p. 3. p. 179. seq.* annotarunt.

15. Ut autem L. eo melius constet, quinam ordo in sedendo ac votando in duobus hisce Collegiis (nam quo ordine sedeant ac vota ferant Electores, supra *cap. 10. num. 11. & præsentis capitis 30. num. 12.* dictum) inter Principes Seculares & Ecclesiasticos, Prælatos, Comites ac Civitates servetur, hæc subjiciam schemata.

PRIN-

PRINCIPUM
Scamnum Ecclesiasticum.

Circuli

Austriac. 1. Oesterreich } *alternant*
Bavar. 2. Saltzburg } *ut* Oester-
Burgūdici 3. Burgund } reich *semper ante* Saltzburg *dirigat primò*
Rhen. sup. 4. Bisantz
Francon. 5. Teutsch Meister
Francon. 6. Bamberg/ *protestatur contra præcedentiam* Teutsch M.
Franc. 7. Würtzburg } *alter-*
Rhen. sup. 8 Wormbs } *nant.*
Franc. 9. Eichstatt } *obti-*
Rhen. sup. 10. Speyer } *nuit præced. per Decr. Cæs. cont.* Speyer.
Rhen. sup. 11. Straßburg
Suev. 12. Costnitz
Suev. 13. Augspurg
Saxon. inf. 14. Hildesheim
Westph. 15. Paderborn
Bavar. 16. Freysingen
Bavar. 17. Regenspurg
Bavar. 18. Passaw
Austriac. 19. Trient
Austriac. 20. Brixen } *alter-*
Rhen. sup. 21. Basel } *nant* — *Vesont.*

(Left margin bracket, nos. 1–21: *Episcopi*. Right brackets: *Suffrag.*; nos. 7–14: *Mog.*; nos. 16–19: *Salisb.*)

	Westph.	22. Lüttich	*Colon.*	
	Westph.	23. Münster	*Mog.*	
	Suevici	24. Chur		
Abbates	*Rhen. sup.*	25. Fulda	*competunt*	
	Suev.	26. Kempten		
	Suev.	27. Elwangen		
	Rhen. sup.	28. Murbach		
	Rhen. sup.	29. Luders		
	Rhen. sup.	30. Johanniter-Meister *competit cum anteced.*		
	Bavar.	31. Berchtesgaden		
	Rhen. sup.	32. Weissenburg	*competunt*	
	Rhen. sup.	33. Brinn		
	Westph.	34. Stablo	*competunt*	
	Westph.	35. Corvey		
Præl.	*Suev.*	36. Schwäb. Prälaten		
	Rhen. sup.	37. Rheinische Prälaten / *pervenere ad votum 1653.*		

Postulati, qui [illegible] sion. in Scamno transverso hab.

1. *Archi-Episc. Magd. Circ. Saxon. infer. hactenus, nunc verò El. Brandenb. ut Dux Magdeburg. in Scamno seculari post Bavarum sessionem occupavit.*
2. *Osnabrug. Circ. Westph. Anno 1663. etiam in Scamno transverso sedit, aliàs alternat cum* Münster & Lüttich.
3. Lübeck *Circ. Saxon. inf.*

Scamnum

Scamnum Seculare.

Circ.		
Bavar.	1. Bäyern	
Sax. inf.	2. Chur-Brandenburg *ratione* deß Hertzogthumbs Magdeburg	*a*
Rhen. sup.	3. Pfaltz Lautern / *ad Elect. Pal.*	*b*
Rhen. sup.	4. Pfaltz Simmern	
Bavar.	5. Pfaltz Neuburg	
Sax. inf.	6. Bremen *ad Reg. Sueciæ*	*c*
Rhen. sup.	7. Pfaltz Zweybrücken / 8. Pfaltz Veldentz und Lautereck /	

a Magdeburg. Archi-Episcopatus per obitum Reverendiß. ac Serenißi Dn. Administratoris AUGUSTI *Ducis Saxon. &c. qui in d. 4. Junii Ann. 1680. incidit, in nomen Ducatus & Sereniß. ac Potentiss. Dn. Electorem Brandenburg.* FRIDERICUM WILHELMUM *ejusque Familiam transiit, juxta dispositionem Instrum. Pac. art. 11.*

b Palatini protestantur ratione præcedent. cont. Bayern / *sed* Bayern *est in possessione.*

c Bremen *antè Archi-Episcopatus, factus Ducatus an. 1648. per Instr. Pac. art. 10.*

Circ.

Sax. sup.	9. Sachsen Altenburg 10. Sachsen Coburg 11. Sachsen Weimar 12. Sachsen Gotha 13. Sachsen Eisenach/	d
Francon.	14. Brandenb. Culmbach	e
Francon.	15. Brandenb. Anspach	e
Sax. inf.	16. Braunsch. Wolffenbüttel 17. Braunsch. Zell 18. Braunsch. Grubenhag *ad* Zell 19. Braunsch. Calenberg	f
	Hic olim sedit Jülich/ *nunc ob controvers. voto carens.*	
Westph.	20. Verden *ad Reg. Sueciæ*	g
Sax. inf.	21. Halberstatt *ad El. Brand.*	h

d *Saxones protestantur ratione præcedentiæ contra Palatin. & Bavaros.*

e *Brandenburgens. cont.* Sachs. *& Palat. quærendo alternativam.*

f. *Brunsuicens. præcedunt semet invicem juxta ætatem.*

g Verden *factus ex Episcopatu Ducatus anno 1648.*

h Halberstatt *ex Episcopatu Ducat. factus anno 1648. & prætendit præcedentiam, contra* Verden / *sed hic Ducatus allegat Decretum Cæsaris.*

Suev.

Circ.			
Suev.	22. Würtemberg		
Rhen. sup.	23. Hessen Cassell		
Rhen. sup.	24. Hessen Darmst.		
Suev.	25. Baden Baden 26. Baden Durlach 27. Badē Hochberg	*alternant*	i
Sax. inf.	28. Mechelb. Suer.		
Sax. inf.	29. Mechelb. Gustr.		
Sax. sup.	30. Vor-Pomern		
Sax. sup.	31. Hinter-Pommern, *ad El. Brand.*		
Sax. inf.	32. Sachs. Lauenburg		
Westph.	33. Minden		k
Sax. inf.	34. Holstein Glückstatt 35. Holstein Gottorff	*competit item* Holstein *cum* Sachsen Lauenb.	
Rhen. sup.	36. Savoyen		
Bavar.	37. Leuchtenberg *Beneficio Ferdin. II. ad Bavaros pervenit.*		
Sax. sup.	38. Anhalt		
Franc.	39. Henneberg *ad Saxon.*		
Sax. inf.	40. Schwerin		l
	41. Camin		
Sax. inf.	42. Ratzenburg		

i Baden *in subscriptione contra* Mechlenb. *praetendit praecedentiam.*

k Minden, *ex Episcop. Ducatus factus anno 1648. competit cum* Sachsen Lauenburg.

l Swerin & Camin ac Ratzenburg } *ex Episc. fact. Ducat. 1648.*

Rhein

Circ. Rhen. sup.	43. Hirschfeld	
Rhen. sup.	44. Lothringen wegen *Numeni*	
Null. Circ.	45. Mompelgard	
Dubii.	46. Arnberg. *Alii enim referunt ad Circ. Rhen. inf. alii ad Westph. sed contrib. Circ. Rhen. inf.*	m
Suev.	47. Hohenzollern	
Bavar.	48. Eggenberg	
Bavar.	49. Lobkowitz	
Rhen. sup.	50. Salm	n
Rhen. sup.	51. Dietrichstein /	
Westph.	52. Nassau Hadamar & Siegen	
Westph.	53. Piccolomini, *nunc non amplius*	
Westph.	54. Nassau Dillenberg	p
	55. Auersperg	*
	56. Porcia, *hodie non amplius*	

m *Prætendit* Arnberg *præced. contra* Mompelgard.

n Salm *prætendit contra* Lobkowitz & Eggenberg.

o Nassau *contra præcedentes ex antiquitate familiæ.*

p Nassau Dillenberg *contra* Nassau Hadamar.

* Auersperg *habet partem Comitatus* Tengen *appellati, in Suevia siti, eaque ratione potest collocari in Circulo Suevico.*

Circ.	*Westph.*	57. Ost-Frießland	*alternant*	
	Suev.	58. Fürstenberg		
	Francon.	59. Schwartzenberg		
	Westph.	60. Fürst von Waldeck		q
	Comites	Schwäb. Grafen	*alternant.*	
		Wetterau Grafen		
		Fränckische Grafen		r
		Westphalische Grafen		ſ

q *Qui d. $\frac{6}{16}$. Nov. 1686 in Senatum Imp. Principum introductus, Monitum v. à plerisque Statuum, ne isthæc Waldeccensis introductio Principi Oetingensi tot jam annis antea ad dignitatem Principalem evecto præjudicio foret, quale quid nec ipse Waldeccensis Princeps desiderasse visus est, declaratione singulari, sub dato Arolsen d. 12. April. 1686. adornata & per Dictaturam d. $\frac{21}{31}$. Maji communicata Principem Oettingensem quoad præcedentiam securum reddens.*

r *Franc. restituti anno 1641.*

ſ *Westphal. introducti ann. 1654.*

CIVITATES.

Rheinische Banck.

Cölln	Circ.	*Westph.*
Aach/ *cum solita protestatione contra* Cölln		*ejusd.*
Straßburg/ *jam a Gallo detinetur.*		*Rhen. sup.*

Lübeck

Lübeck } alterniren		*Sax. inf.*
Worms } alterniren		
Speyer		
Franckfurt		
Hagenaw		*Rhen. sup.*
Collmar		
Schlettstatt		
Goßlar		
Bremen/*cujus immedietati contradicit Rex Suec. Vid. rationes ap.* Limn. t. 4. l. 7. c. 7.		*Sax. inf.*
Müllhausen	Circ.	
Nordhausen		
Weisenburg am Rhein		
Landaw		
Ober Ehenheim		
Keysersberg		*Rhen. sup.*
Münster in S. Gregorien-Thal		
Roßheim		
Türckheim		
Dortmund		*Westph.*
Friedberg		*Rhen. sup.*
Wetzlar		*ejusd.*
Gelnhausen/ *cui contradicit Elect. Palat. & domus Hanov.*		*Rhen. inf.*

Vult & Hervord *admitti, sed repugnat Elector Brandenburgensis ob rationes, quas exhibet* Limn.

Limn. Jur. publ. tom. 5. lib. 7. c. 25. p. 210. usque 254.

Et Hamburgum illam immedietatem, quam obtinuit per Decretum An. 1618. prætendit, sed à Domo Holsatiæ petita fuit An. 1619. revisio. Limn. Jur. publ. tom. 4. lib. 7. c. 23. n. 7. add. Oldenburger in Limn. Enucl. lib. 4. c. 25. ibique in addit. pag. 225.

Schwäbische Banck.

Regenspurg	Circ.	*Bavar.*
Augspurg		*Suev.*
Nürnberg		*Franc.*
Vlm		*Suev.*
Eßlingen		
Reutlingen		
Nördlingen		
Rotenburg an der Tauber		*Franc.*
Schwäbisch Hall		*Suev.*
Rothweil		
Vberlingen		
Heilbron		
Schwäbisch Gemünd		
Memmingen		
Lindaw		
Dünckelspiel		
Biberach		

Ravenſpurg		*Suev.*
Schweinfurt		*Franc.*
Kempten		*Suev.*
Winsheim		*Franc.*
Kauffbeuren		*Suev.*
Weil		
Wangen		
Iſny		
Pfullendorff		*Suev.*
Offenburg	Circ.	
Leutkirchen		
Wimpffen		
Weiſenburg im Nord-gau		*Franc.*
Gingen		
Gengenbach		
Zell am Hammerbach		
Buchhorn		*Suev.*
Aalen		
Buchau am Federſee		
Bopfingen		

16. Cum omnes ergò vota ſua in ſingulis Collegiis ordine expoſuerunt, (quod faciunt aperto capite, & ſtantes, multa ſua libertate & cæterorum ſilentio; (vid. *Hagemejer de Comit. c. 5. p. 24.*) exulantibus titulorum ſolennitatibus, & Mareſchallo in evocando non niſi nomen *Domus* ac *Familiæ*, ſique in plures ramos ea diſtincta, & *Lineæ*, v. gr. Sachſen

Wey-

Weymar/ Sachsen Gotha/ &c. in Ecclesiasticis verò Archi-Episcopatus, Episcopatus, sedem, v. gr. Saltzburg/ Bamberg/ &c. absque ulteriori elogio appellante; Legatis verò Principum suorum mentionem facientibus, interdum *Serenitatis*, *Celsitudinis*, plerumque autem generali *Principalium* vocabulo utentibus (vid. *Limn. tom. 1. addit. ad l. 5. c. 7. p. 877. Arum. de Comit. c. 3. num. 46.*) Civitatensibus autem mittentes suos Superiorum ac Committentium titulo appellantibus; & linguâ quidem Germanicâ, Principum Circuli Rhenani Superioris Legatis exceptis, Bisontino scil. Sabaudo, Lotharingico, qui in proferendis votis Latino utuntur sermone, quod facere possunt, etiamsi Germanicam linguam calleant, v. *Hagemeier d. l. Limn ad Capit. Carol. V. art. 14. & ad A. B. Obs. Prælim. 1. Arum. de Comit. c. 7. num. 138. seqq.*) Directores ex iisdem, juxta majora, conclusum Collegii formant, formatum prælegunt. Hinc Collegium Principum per Præfectum metatorum, Reichs-Quartiermeister/ Directorio Moguntino se ad re- & correlationem paratum esse denuntiat. Conveniunt igitur initio hæc duo Majora Collegia in majori atrio, quo Propositio facta, & sessionibus occupatis, Directores cujusque Curiæ sententiam aperiunt. Si sententiæ discrepantes inveniantur, utraque Classis in peculiarem locum concedit, & ulterius de materia controversa deli-

berat. Post hanc deliberationem iterum congrediuntur, & Directorium Principum, quid Principum Senatui videatur, Electorum Collegio refert, hocque rursus illi, in quibus sibi cum eo conveniat, in quibus vero priori sententiæ adhuc inhæreat, nec ab ea recedere queat, fore sperans, ut & Principes in idem nunc sint consensuri, exponit. Sicque tam diu conferunt, donec vel commune Conclusum eliciatur, vel manifestè appareat, hæc duo Collegia nulla ratione conciliari posse. Utroque casu Civitates Imp. per Secretariũ Cancellariæ Moguntinensis ad comune Buleuterium (den Re- und Correlations-Saal appellant) vocantur, ægrè ferentes se hactenus à simultanea Re- & Correlatione, quæ primo inter duo ista Majora Collegia habetur, excludi, eoque ipso effectu suffragii decisivi contra *Instr. Pac. art 8 §. tam in universalibus &c.* inique frustrari, conquerentes. vid. *infra sect. 2. c. 9.* Vocatæ veniunt ac stando (reliquis ex Electorali & Principum Collegiis interim, ut indicetur aliqua dignitatis differentia, sedes suas tenentibus) majorum Collegiorum Conclusa, inque quibus Electores & Principes consentiant vel dissentiant, percipiunt. Mox & ipsæ Conclusum suum per Directorium suum exponunt, quo facto manifestum evadit, an duobus superioribus adstipulentur, an diversam ab illis opinionem amplectan-

ctan-

ctantur. *Sprenger. in Luc. mod. Stat. Imp. cap. 1. p. 35. 36. Hagemeier. de Comit. c. 7. p. 55. 56.*

17. Hæc Statuum ſive concors ſive diſcors ſententia in Concluſum Comitiale, vulgò Reichs-Gutachten vocant, per Moguntinum redacta vid. *Hagemeir. d. l.* per Deputatos, (qui vel Ordinarii vel ambulatorii vid. *Auth.* der Grundfeſt. *p. 2. c. 9. Limn. tom. 2. & Fritſch. tom. 3. addit. ad l. 9. c. 1. num. 167. & 168.* ubi lites circa hoc negotium proxime agitatas diligenter exponunt,) Cæſari vel ejusdem Commiſſario refertur, expectantibus interim Statibus Cæſaris reſponſum, quod Directorio Moguntino mitti, & ab hoc reliquis Statibus per dictaturam communicari conſuevit. *Sprenger. d. l. p. 39. Hagemeier. d. tr. cap. 8.* Si hoc à Concluſo Statuum diſcrepat, nova in tribus prædictis Collegiis inſtituitur Conſultatio, & inter Cæſarem ac Status res replicando, duplicando, triplicando, &c. tamdiu diſceptatur, donec alterutra pars in alterius ſententiam concedat. Si vero Cæſar & Ordines componi non poſſint hac ratione, exiſtimant nonnulli, Imperatoris ſententiam prævalere, eamque Ordinibus legem conſtituere; alii, non obſtante Cæſaris arbitrio, Statuum concluſionem vim decreti Comitialis ſortiri opinantur. (vid. *Dn. Maurit. Diſſ. de Receſſib. Imp. th. 10.* ubi utriusque ſen-

tentiæ patronos adducit.) Sed neutrum regiminis nostri formæ congruit. Neque enim Imperator solus, neque soli Imperii Status absque Imperatore decreta & leges Imp. sancire possunt. *Instrum. Pac. art. 8.* vers. *gaudeant.* Nec obstat, quod ipsi Status Cæsarem ex plenitudine potestatis tali casu emergente, legem Comitialem facere posse, agnoscere videantur, in Comitiis Ratisbonensibus *anno 1576.* Imperatori hunc in modum supplicantes: Ist demnach Unsers unterthänigsten erachtens gantz unvonnöthen/ auff eines oder andern Theils Bewilligung zu sehen oder zu warten/ sondern Ew. Kayserl. Majestät haben dißfalls vollkommene Macht und Gewalt/ zu Verhütung grössers Unraths/ Ihr Kays. Ambt zu interponiren. *Bertram. th. 74.* Hoc enim procedit, si Status suo juri renuntient, remque de qua inter ipsos conveniri nequit, decisioni Imperiali permittant, quod dictis Comitiis factum. Alii semissem Comitiorum Imperatori, semissem Statibus tribuunt. vid. *Lamp. 3. 8. 13.* sed hac stante sententia, Imperatoris semissi Electorum sextante accedente, irritum fieret reliquorum Statuum Jus, Summaque Imperii hoc pacto ad solum Cæsarem & Electores devolveretur. Quare recentiores quidam hac forma loquendi meritò abstinent, & quicquid in Comitiis concluditur, instar contractus sive transactionis inter Imperatorem

ex

ex una, Statusque Imperii ex altera parte initum malunt. vid. *Herm. c. 36. §. 78.*

18. Regulariter autem in Comitiis Imper. ſtandum eſt majoribus, *quæ num ex numero vel ratione æſtimari debeant?* otioſa eſt quæſtio, ac infinitæ litis fomes, cum neutra conſultantium pars facilè velit ſine ratione ſententiam dixiſſe videri. Excipiuntur tamen ab iſta regula in *Inſtr. Pac. art. 5. §. 19.* cauſæ religionem ſive directè ſive indirectè concernentes. 2. Omnia alia negotia, in quibus Status tanquam unum corpus conſiderari nequeunt. 3. Catholicis & A.C. addictis in duas partes euntibus ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attentâ votorum pluralitate. Conf. *Dn. Strauch. Diſſ. 7. th. 2. 3. add. Cap. Leop. art. 21.* In materia collectarum quid obtinere debeat. *d. art. Inſtr. Pac.* in ſequentia Comitia rejectum. Aſt in Comitiis proximis *anno 1653.* mota quidem rurſus eſt ea quæſtio, ſed indeciſa remanſit. vid. *Burg. p. 2. Diſc. 19. membr. ult. in fin.* Nam Senatui Electorum quodammodo majoritas votorum in materia collectarum placuit, eique etiam in Senatu Principum Catholici certâ tamen conditione adſtipulati, ſed Civitates in contraria ſententia perſtiterunt ex rationibus pluribus *à Limn. tom. 5. J. P. l. 9. c. 1. n. 182.* adductis. Evangelici autem in Senatu Prinpum inter collectas voluntarias & neceſſarias diſtinguend. eſſe arbitrati ſunt. Etſi verò di-

ſtinctio illa ab aliis planè rejiciatur, tamen judice *Conringio* non omni caret fundamento. Alias plures cauſas, in quibus locus numero vincentibus non fiat ſuffragiis, addit *Bertram. th. 73.* Si tamen ex his demas eas, quibus alicui lege, pacto, conſuetudine, poſſeſſione vel aliter quæſitum jus eſt, in reliquis tutius ſequeris regulam, quæ pluralitate ſtare jubet. *Strauch. Diſſ. 7. thes. 3. add. R. I. de anno 1654.* §. in Crayß-Handlungen ſollen / ꝛc. *183.* & §. den zweyten Puncten/ꝛc. *191.*

19. Si Cæſar & Ordines in idem placitum conſenſerint, Concluſum à Directorio Moguntino in conceptum alicujus Receſſus redigitur, quod in conclavi Electorum Cæſareæ Majeſt. Commiſſariis ac cæterorum Statuum Deputatis (quorum in nuperrimis Comitiis longè plures, quam olim, fuiſſe refert *Author* der Grundfeſt deß Heil. Röm. Reichs. *p. 2. c. 10.)* publicè prælegitur, examinatur, & ſi ita viſum, caſtigatur, corrigitur. *Limn. tom. 4. J. P. l. 9. c. 1. num. 195.* qui ex actis Comitialibus *anni 1641.* refert, Principes in dictis Comitiis, ut in omnibus ac ſingulis Collegiis prælegatur, deſideraſſe. Ubi rectè ordinatus eſt Receſſus in formam redigitur authenticam, ejusque duo pergameno inſcribuntur exemplaria, quibus Imperator & Status Deputati nomina ac ſigilla apponunt. vid. *Lehman. l. 7. cap. 124.* Grundfeſt. *p. 2. c. 10. Limn. l. 9. c. 1. num. 205. & ſeqq.*

& seqq. ubi ostendit, quod varia ut subscriptionis sic & obsignationis abhinc sit observata ratio. Quæ in ultimo Recessu *de anno 1654.* servata fuerit, ex ipso *§. f. d. Recessus* apparet, quem ubi quis contulerit cum schemate ab *Herm. Herm. c. 36. num. 84.* exhibito, facilè animadvertet, ibidem omissam esse Saxonicam & Brandenburgicam subsignationem, ac in Bavarica pro Comite Wolfeghensi Maximiliano Wilibaldo ibi legi Hermannum Egonem Comitem Curtium. add. *Limn. tom. 5. l. 9. c. 1. n. 210.*

20. Sequitur post Recessus publicatio, ita ut Imperator Status omnes denuo in Curia comparere jubeat, quod si factum, ipse vel Commissarius ejus paucis repetunt, quod', quæ post maturas deliberationes conclusa fuerunt, in scripturam redacta ac modò prælegenda sint. Moguntinus deinceps Cancellarius in consessu Imperatoris ac Statuum publicè Recessum prælegit, quam lectionem excipit admonitio Imperatoris ad Status ut singula Recessus per dictaturam à Directorio Moguntino communicandi capita sarta tecta servare velint. *Arum. c. 8. num. 103.* Publicati Recessus Originale unum Imperatoris, (in die Reichs-Hoff-Cantzley/) alterum Moguntinæ Cancellariæ in deß Reichs-Cantzley/) infertur. Dein Moguntinus ad jussum Cæsaris copiam ejus Cameræ Imperialis Judicio transmittit,

 ut se-

ut secundum eam Processus dirigatur, ac causæ litigantium determinentur, ante quam insinuationem, & quod eam excipit, commune Decretum, ut vocant, quo litigantes Advocati, Procuratores de observantia admonentur, Cameram ad observationem Recessuum non adstringi nuperrimè monuit *Notator ad Rhoding. p. 2. t. 1.* Sic tandem peractis Comitiis Cæsar & Status discedunt. Sed *an hi prius Cæsari valedicere tenentur?* Ita tradit *Arum. de Comit. c. 8. num. 108.* Sed vid. *Auth.* der Grundfest. *p. 2. c. 10. p. 184.* ubi solennem valedictionem, finitis penitus Comitiis, nec jure necessariam, nec Praxi receptam esse, adeoque assertum illud, & *R. I. de anno 1546.* §. dieweil wir aber/ rc.

5. De discessu unius vel alterius Status, qui fit durantibus adhucdum Comitialibus consultationibus, accipiendum esse, docet, ad quod discessus genus procul dubio etiam pertinet Moguntini prærogativa apud *Bœcler. Not. S. R. Imp p. 98. num. 13.* recensita, quod discessuri ab ipso veniam petant.

CAPUT XXXI.

De Comitiis Imperii Particularibus.

COmitiorum Imperii Particularium Species sunt *Conventus Electorum*, qui duplicis sunt generis. Aut enim Electores de novo Rege Romanorum eligendo deliberaturi conveniunt,

veniunt, & illi Conventus dicuntur Wahltäge / de quibus supra *cap. 2.* egimus: aut de aliis Imperii negotiis, prout tempus & necessitas exigit, v. gr. Pace, bello, tuenda Collegii Electoralis authoritate, deliberationes ab eis instituuntur, & Churfürsten-oder Collegial-Täge appellantur, de quibus infra *sect. 2. cap 2.* agimus II. *Comitia Deputatorum Imperii*, gemeine Reichs-Deputations-Täge / Ordinari Reichs-Deputations-Convent. Decreto Augustano *anno 1555.* primitus pro salute Germaniæ, ut motus graviores, quibus compescendis Circulorum vires non essent pares, in illis componerentur, instituta, quæ Comitiorum Universalium quasi Epitome sunt; Describimus ea cum *Fritschio*, quod *sint conventus Imperii particularis ab Electore Moguntino Francofurti vel alibi indictus, in quo Commissarii Cæsarei, Electores & Deputati Ordines Imperii, ut de certis negotiis salutem Imperii cumprimis concernentibus deliberent, conveniunt.*

2. Numerus horum Deputatorum, (qui deß Reichs Deputirte Stände hodie vocantur. *R. I. de an. 1641.* §. über dieses. *92.*) primum quidem ad pauciores restrictus fuit; *anno 1555.* enim tantùm Deputati fuere sex Electores, quatuor Principes, Archidux Austriæ scil. Episcopus Würzburgensis, Monasteriensis & Dux Bavariæ; Prælatus unus Weingartensis

scil.

ſcil. Comes unus, Fürſtenbergicus ſcil. & duæ Civitates, Colonia nimirum ac Norinberga; & quidem pro illa tantùm vice; nam ut munus perſonale ipſis tum deferebatur ſaltem dignitas illa Deputatoria. *R.I. de anno 1555.* §. So ſich dann abermals ꝛc. Sed poſtea iis adjecti ſunt; Dux Juliacenſis, Landgravius Haſſiæ, anno 1559. Epiſcopus Conſtantienſis, Dux Burgundiæ, Dux Brunſuicenſis, & Dux Pomeraniæ, anno 1570. inſimulque Ordinatio, quæ initio perſonalis tantùm erat, ad ſucceſſores & heredes translata. vid. *R.I. de anno 1559.* §. Nachdem ſich ꝛc. *49. de anno 1570.* §. Und damit ſolches ꝛc. *20.* Numerus hic ita auctus ſtetit, donec inter Imperium & Regnum Sueciæ Pax *anno hujus ſeculi 48.* iniretur (vid. *Bertram de Comit. th. 12.* ubi notat, extra ordinem ob peculiares, de quibus tum actum, cauſas factum eſſe, quod in Conventu Deputat. *anno 1571.* Francofurti inſtituto plures comparuerint.) Tum enim *Inſtr. Pac. art. 5. §. 18.* ſancitum fuit: In Conventibus Deputatorum Imperii ordinariis numerus ex utriusque religionis Proceribus æquetur. De perſonis autem vel Statibus Imperii adjungendis in Comitiis proximis ſtatuatur. Cui Conſtitutioni in proximis Comitiis *aliqua ratione* (necdum enim exacta eſt paritas, Catholicis in Principum Claſſe uno voto adhuc præponderantibus, ſi accederet loco Gülich Neoburgicus Palatinus, vid.

vid. *Sprenger. Luc. mod. Stat. Imper. c. 1. p. 48.* add. *R. I. de 1654. §. 91.* ex quo patet, temperamentum pro obtinenda religionis paritate in Senatu Electorum, ut nim. tribus Evangelicorum suffragiis quartum ex illorum ordine alternatim adderetur, de quo ibi agitur, itidem temporale tantum in proximo Conventu Francofurtensi saltem observandum esse;) satisfactum fuit. vid. *d. R. I. de anno 1654.* §. Und dieweil ꝛc. *195.* Juxta quem Ordinarii Deputati præter Imperatoris Commissarios, Electores, eorumque Legatos, hodie sunt Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Episcopus Würzburgensis, Constantiensis, Monasteriensis, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ in Altenburg, non sine contradictione Saxo-Vinariensis, & Gothani, antequam Linea Altenburgensis in Friderico Wilhelmo *anno 1672.* defecit. vid. *Author.* der Grundfest. *p. 3. c. 6. pag. 282. c. seq. Fritsch. de Convent. Deput. Ordin. cap. 3. th. 7. ibique adject.* Illa autem in dicto Principe, qui solus supererat, & *die 14. April. 1672.* adhuc minorennis est mortuus, extinctâ, controversia nunc cessat, Ducique Saxo-Gothano à Vinariensibus locus inter Ordinarios Deputatos Imperii sponte relictus mansit, ex Transactione de Successione Altenburgensi inter Domum Saxo-Gothanam & Vinariensem *anno 1672.* inita, (ut patet auß dem Receß zwischen denen Fürstl. Häusern / Gotha und Weinmar / we-

gen

gen der Altenburgischen Succession *anno 1672. §.* Zum Dritten / nachdem auch biß anhero Wir allerseits auff Reichs- und Creyß-Tagen wegen deß Fürstenthumbs Eysenach / dessen Aempter Wir Herzog Ernst (von Gotha) in hiebevorigen Landstheilungen zur helffte erlangt / ein Fürstlich Votum miteinander in commun geführt / nunmehro aber Uns Herzog Ernsten mit dem Fürstenthumb Altenburg und Coburg zwey Vota, und zugleich die bißher Altenburgischen theils gehabte Stelle unter denen Ordinari-Reichs-Deputirten zukommet: So wollen Wir Uns hingegen Unserer Vettern Ld. Ld. Ld. und Dero Nachkommen zum Besten solches halben Eysennachischen Voti begeben haben / also daß Ihre Ld. Ld. Ld. solches sampt oder sonders / wie Sie Sich dessen vergleichen möchten / allein und ohne fernere Unsere Concurrenz führen mögen; Wormit die drey Gebrüdere wohl zufrieden / und hingegen von den obigen Votis deß Altenburgischen und Coburgischen Fürstenthums auff Reichs-Crayß- und Deputations-Tägen gänzlich abstehen /) Marchio Brandenburgensis in (Culmbach / contradicente Marchione Brandenburgensi in Anspach / vid. Grundf. *d. p. 3. c. 6. circa fin.* Dux Brunsuicensis in Wolffenbüttel, Dux Pomeraniæ, communicante Sueco cum Electore Brandenburgensi ratione Pommern / Dux Megapolitanus in Suerin / (ita tamen ut Domus

mus Mecklenburg Güstraw / in hujus consortium etiam admitti velit) Dux Würtemb. Landgravius Hassiæ, alternante Linea Cassellana & Darmstadina, Prælatus Weingartensis, Comes de Fürstenberg, Comites Wetteraviæ, qui comparent per Directorem, de cujus lite cum Furstenberg vid. *Fritsch. de Convent. Deput. c. 3. th. 8. ibique adject. p. 123. seqq.* Civitates: Colonia, Aquisgranum, Norinberga, Argentoratum, Ratisbona, Uberlingen. Desiderarunt plures alii Principes Imp. in præsentibus Comitiis in numerum Deputatorum Ordin. recipi, ut Saltzburg / Teutsch-Meister / Passaw / Bamberg / Baden-Durlach 2c. nihil tamen obtinuerunt. vid. *Balth. Venator. relat. Comit. IV. num. 11. Fritsch tr. de Convent. Deput. c. 3. th. 9.*

3. Causæ ac negotia, de quibus deliberationes in hujus generis Conventibus instituuntur, sunt vel ordinaria vel extraordinaria. Interea est compositio internorum motuum Imperii. *R. I. de anno 1555. §.* So sich dann 2c. Hæc varia sunt v. gr. punctus securitatis publicæ, justitiæ, restituendorum ex capite Amnestiæ, & gravaminum, Reformationis Ordinationis Politicæ. vid. *Fritsch. tr. de Convent. Deput. Imp. Ordin. cap. 5. th. 1. 2. 3.* ubi *seqq. num. 5.* quoque subjicit, acriter inter sttatus Imp. in nuperrimis Comitiis disceptatum fuisse: *Num punctus moderationis matriculæ etiam in Conventu*

Deput.

Deputatorum Ordinario: an verò in Circulis, juxta priores Imperii Constitutiones, tractari deberet? Pro Circulorum autem jure Principes contra Collegium Electorale pugnasse, quorum rationes ad longum ipse ibidem adducit.

4. Locus ordinarius horum Conventuum equidem est Francofurtum ad Mœnum, ex causa tamen alius constitui potest, idque non modo text. in *R. I. de anno 1570.* §. derhalben solches &c. 19. sed & exemplum Recessus Deput. Spirensis evincit, (Sed v. *Fritsch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 1. num. 235. p. 340. seqq.* & *in tr. de Convent. Deput. Ordin. c. 4. c. 4. ibique addit.*) & Jus Deputatos convocandi, si non jam tum ab Imperio certus dies assignatus, vid. *R. I. de anno 1654. §. 94.* est penes Moguntinum, sicut Jus in Conventibus proponendi penes Commissarios Cæsareos. *Fritsch. d. tr. c. 6. num. 2.* Modus autem suffragandi hic est: Ordines in duas Classes, Electorum & Principum, discedunt (quanquam Principes *A. C.* sese huic Electorum separationi acriter opponant; an Comitia hodierna plenam controversiæ definitionem sint datura, dies docebit, utriusque partis rationes exhibet Responsum Collegii Electoralis ad monita Principum, quod exstat apud *Limn. tom. 5. l. 1. c. 1. num. 230. p. 368. seqq.* Conf. *Fritsch. d. tr. c. 6. th. 4. Londorp. contin. p. 7. l. 6. c. 333. & c. 368. add. Speidel. voc. Deputations-Tag.*) In singulis classibus singuli Status ad provoca-

vocationem Directoris, qui inter Electores Moguntinus, in Principum classe Archi-Dux Austriæ est, viritim sententiam dicunt, jus tamen omne suffragiorum inter eosdem hoc deinceps modo dividitur, ut Electores unam, cæterique Principes & Status alteram constituant partem. Et ut in universum in Deputationis Conventu quid statui possit, necesse est, ut duæ Curiæ scil. der Chur- und Fürsten-Rath/ inter se & cum ipsis Legatus Cæsareus consentiant, ita ut nec Legato Cæsareo, nec Ordinum classibus separatim aliquid statuere liceat, nec classis una cum Cæsareo Legato quidquam possit, sed vel inter sese convenire, vel rem indefinitam manere, necesse sit. *R. I. de anno 1555.* §. und im Fall/ ꝛc. vers. alsdann sollen die Chur-Fürsten/ ꝛc. Quod autem ab ipsis consentientibus constitutum est, à Directorio Moguntino in formam Recessus, deß Reichs Deputations-Abschied/ redactum, eundem cum communibus totius Imperii Decretis obtinet valorem. *R. I. de anno 1594.* §. was und so viel/ ꝛc. 97. ibi: und an statt allgemeiner Stände deß Reichs beschließlich zu erörtern/ ꝛc. quando scil. decidendi facultas iis ab Imperio concredita, prout factum *anno 1594. R. I. de d. A.* §. wen und so viel/ ꝛc. aliàs autem decidendi facultate eos *per se*, ex lege haud gaudere, sed saltim suffragio consultativo frui, consiliumque suum cum voto plenis Comitiis referre teneri,

Yy notat

notat *Sprenger. Luc. mod. Stat. Imp. c. 1. p. m. 47.* ac *Fritsch. d. tr. c. 7. th. 1.* allegantes *R. I. de anno. 1555.* §. und im Fall/ 2c. *66. & seqq. anno 1654.* §. den zweyten Puncten / 2c. *191.* ibi: und in ein Gutachten verfassen.

5. Ab his Conventibus Deputatorum Imperii, quos Ordinarios dicunt, omnino distinguendæ sunt Deputationes Comitiales, quas Extraordinarias vocant, quando scil. in Comitiis universalibus aliqui ex Senatu Imperii deliguntur, qui rem, quæ in pleno Senatu, scil. tribus Ordinum Imp. curiis, sine magnis sumptibus non potuit expediri, aut specialem peritiorum requirat cognitionem, pro suo pondere examinent & componant, qui deß Reichs Außschuß vocari possent. Putatur rebus concludendis propter Statuum multitudinem hæc Deputatio celeriorem exhibere terminationem, hinc utplurimum, quando in Comitiis novus in deliberationem venit punctus, principio, an Status de eo in pleno Senatu, vel coram certis ejusdem Deputatis (durch ein Außschuß) deliberare velint, quæri solet. Et Electores quidem ægrè hunc modum admittunt, cum prærogativæ eorum non parum deroget, quia hic ipsorum vota cum votis aliorum Deputatorum ejusdem sunt tantùm valoris, ipsaque facilè superari queunt. Pariter plerumque A. C. Statibus, quoties quæstio hæc mota, & modo in nuperis Comitiis, plurimis plenum con-

silium

silium placuisse refert *Speidel. voc. Deputation. &c.* ubi elegantes pro eo rationes. Id etiam in Senatu Principum ratione horum Deputatorum sæpius in Comitiis disputatum fuit, utrum ex Scamnis aut ex Circulis eligi debeant? vid. *Arumaeum de Comit. c. 7. n. 122.* ubi decidit. In *Instrum. Pac. art. 5. §. 18.* de hisce Deputationibus ita cautum: *In horum* (Deputatorum scilicet Ordinariorum) *conventibus*, itemque Comitiis universalibus sive ex uno, sive duobus aut tribus Imperii Collegiis quacunque occasione aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex utriusque religionis Proceribus. *Ubi extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter A. C. Status versatur, eidem religioni addicti deputentur, si inter Catholicos, soli Catholici, si inter Catholicos & A. C Status utriusque religionis pari numero Commissarii denominentur.*

6. *An Cæsare moriente Conventus Deputatorum Ordinar. imprimis, exspiret?* aliquando quæsitum ac disputatum fuisse meminit *Sprenger. in Lucern. mod. Stat. Imp. p. 46.* testatur autem, quod plurimi eo inclinarint, quod cum Deputatio formam habeat delegationis, delegatorum vero munus per mortem delegantis non nisi re integra exspiret, Deputatorum Con-

ventus Cæsaris morte nequaquam dissolvantur, quia vices mortui Imperatoris Vicarii Imperii repræsentant. Et hanc negativam quoque Imperii usum & Praxin comprobasse testis est *Fritsch. d. tr. c. 7 th. 2.* In dem daß Chur-Maintz *anno 1657.* im *Sept.* ein Schreiben pro continuatione deß Ordinari-Reichs-Deputations Convents an die Herrn Mit-Churfürsten abgehen lassen / und post mortem Ferdinandi III. Imp. noch immerzu Memorialia an die Reichs-Deputirte zu Franckfurt abgegeben und angenommen worden.

7. III. *Conventus Circulares* de quibus supra *parte General. Cap. ult.* agere antevertimus. IV. *Conventus Visitatorum Cameræ*, (Visitations-Täge / Cammer-Gerichts Visitation) in quibus à Commissariis Cæsaris ac Statibus Imperii, eorumve Deputatis Consiliariis, defectus, vitiaque tùm personarum, tùm Processus Judicii Cameralis investigantur ac corriguntur. Dividitur vulgò Visitatio Cameræ in Ordinariam & Extraordinariam. Ordinaria dicitur, quæ peragitur ab illis Statibus, quos ordo inter se communi consensu receptus visitandi Cameram, juxta modum in Constitutionibus Imperii præscriptum, tangit. Extraordinaria verò, quam perficiunt illi Status, quos alias ordo ille non tangit. Ultima Ordinaria Visitatio *anno 1582.* peracta est, ut ex *R. I. de anno 1654.* §. Nach dem nun rc. *132.* patet, quæ ergò sequen-

quentibus *annis 1583. 84. 85. 86. 87. 1595. 1651.* habitæ, extraordinariæ omnes fuerunt.

8. Debebant autem ex publica legum dispositione ejusmodi Conventus singulis annis celebrari, vel Visitatio Cameræ quotannis fieri, & ex præscripto Ordinationis Cameræ *(p. 1. t. 50.)* quidem Calendis Majis annuis primò Imperator vel Rex Rom. suos Commissarios, dein Elector Moguntinus tanquam Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam suos Consiliarios, reliqui item Electores vicissim Consiliarium mittere: Porrò bini Principes, unus ex Secularibus, alter ex Ecclesiasticis, hic quidem primo anno personaliter, ille verò per Consiliarium, secundo autem anno ille personaliter, hic verò per Consiliarium sese sistere, juxta ordinem sessionis, quam in Comitiis Imp. universalibus obtinent; Denique Prælati unum, Comites unum, ac Civitates unum Consiliarium juxta præmemoratum ordinem suis sumptibus ad locum Cameræ, ejus visitandæ causa, mittere debebant. Sed quemadmodum paulatim à necessitate Ordinationis Cameralis est recessum, ut non præcise ein Fürst/ sed etiam ein Fürstenmässige Person in locum absentis Principis constitui potuerit, ita *noviss. Rec. Imp. Ratisbon. de An. 1654. §. 128.* æquè ut cæteris Statibus, eidem Principi, cujus præsentia ante fuerat necessaria, Legatum vel Consiliarium mittendi licentia indulta est,

ut sic in arbitrio ejus nunc sit, ipsemet venire, an Legatum dimittere velit, his verbis: Soll nun hinführo dem Fürsten/ den sonsten vermög der Reichs-Constitutionen den Visitationen in Person beyzuwohnen jedesmals die Ordnung betrifft/ solche persöhnliche Erscheinung in seine Willkuhr gestellet/ und ihme aus seinen qualificirten Räthen / gleich den andern beschriebenen Ständen / jemand / jedoch zu mehrem Respect, auffs wenigste einen von seinen vornehmsten Ministris, an seine Stelle zu verordnen / erlaubt seyn. Compositæ quoque sunt certæ Visitatorum Classes, in fine Recessus exhibitæ, ut sic diu intermissi Conventus Visitatorum restituerentur, sed nondum licuit videre exemplum vid. *Part. General. cap. 3. num. 3.*

9. Habent Visitatores isti 1. plenum jus ac potestatem Cæsaris Statuumque Imperii nomine omnes à summo ad imum Camerales visitandi, corruptelas cognoscendi ac corrigendi, Processum Judiciarium, aliaque reformandi. 2. Personas inidoneas & inobedientes removere, ac remotarum loco alias juxta Ordinationem nominari à quibus oportet exigere possunt. 3. Quæ de Personis Cameralibus compererint arcana, nulli, præterquam Imperatori ac Dominis suis, à quibus delegati, revelare debent. 4 Dispositionem de Visitatione sub fide juramenti suis Dominis præstiti strictò sine

ſine ullo reſpectu aut affectione obſervare debent. 5. Judicem & Aſſeſſores juxta veterem Juramenti formulam, Advocatos vero & Procuratores juxta novam jurare curent. 6. Querelas denegatorum Proceſſuum ad ipſos delatas, causâ denegationis prius ab Aſſeſſoribus cognita, vel petentes repellendo, vel Proceſſus decerni Cameræ imperando dirimant. 7. Statuum de Camera querelas ſub Calendas Martias ad Commiſſarios Cæſaris delatas, hi cum reliquis Viſitatoribus decidant. 8. In qualibet ſequenti Viſitatione ſpecialiter inquirant, utrum Receſſus ac Memorialia Viſitationum quovis præcedenti anno publicata, Judex in pleno Senatu Aſſeſſoribus cunctis præſentibus quamprimum prælegi, illisque à ſingulis debitam obedientiam præſtari, aut inobedientibus commeritam pœnam infligi curaverit *Jacob. Blum. Proc. Camer. tit. 24.* 9. Si petita Actorum reviſio, ſolent quoque Viſitatores Reviſorum Vice fungi, ſicuti conſtat ex *Ord. Cam. p. 3. tit. 53.*

10. V. *Conventus Principum*, Fürſten-Täge/ quando nimirum vel Eccleſiaſtici & Seculares Principes ſimul, aut ſeorſim, Catholici & Proteſtantes invicem aut ſeparatim quilibet, de utilitatibus ſuis deliberaturi, congrediuntur, quales Conventus ſuperiori & præſenti hoc ſeculo Lipſiæ, Naumburgi, Torgaviæ &c. celebrati.

11. VI. *Conventus Comitum Imperii*, Gra-

ven-Tåge/ de quibus extat *Ahasveri Fritschii Discursus peculiaris de Conventibus Comitum Imperii inscriptus.*

12. VII. *Conventus Civitatum Imperii*, Stådt-Tåge. Nam & Civitatibus Imperialibus, æque ut cæteris Statibus, liberè Conventus inter se, etiam absque veniæ specialis impetratione, instituere licere, dubitare nos non sinit *Capitul. Leopoldi art. 6.* Sunt autem Conventus Civitatum Imperialium vel Universales vel Particulares. Universales sunt quando omnes & singulæ Civitates ex omnibus Circulis simul conveniunt, & de rebus ac causis communibus ad totum Collegium Civitatum spectantibus deliberant. Particulares sunt iterum *vel* Circulares, *vel* duodecim Deputatarum, *vel* Convocantium, **der außschreibenden Stådte.** Circulares sunt, ubi unius tantum Circuli Civitates conveniunt & de rebus eas specialiter concernentibus deliberant. Deputatarum Conventus sunt, ubi illæ tantùm Civitates, quæ ex reliquis omnibus ad hoc specialiter sunt deputatæ, vel earum Legati conveniunt, & de rebus communibus consultant. vid. *Knipschild. de Jur. Civil. l. 2. cap. 11. n. 14.* Denique Convocantium Civitatum Conventus sunt, ubi tantum quatuor primariarum, quibus Jus cæteras ad Conventus convocandi concessum, indeque Conscribentes, **außschreibende Stådte/** vocantur, Legati conveniunt & de re-

de rebus vel ad totum Civitatum Collegium, vel quasdam duntaxat Civitates pertinentibus, vel de aliis generalibus vel specialibus Conventibus instituendis deliberant.

13. Hodie Civitates conscribentes sunt: Straßburg/Nürnberg/Franckfurth/und Ulm. Earum Officium in eo potissimum consistit, ut reliquarum Civitatum gravamina audiant, ipsis quandoque in causis gravioribus consilia sua suppeditent, de iisdem vel aliis causis conventus necessarios instituant, alias Civitates conscribant, proponant, vota colligant, consulta & conclusa referant, in chartam conjiciant, publicè legant & à reliquarum Civitatum Legatis monita vel corrigant, vel addant, vel alia necessaria expediant.

14. VIII. *Conventus Nobilium Imperii Immediatorum*, de quibus infra *sect. 2. cap. pen.*

CAPUT XXXII.

De modis, quibus Potestas Imperatoris concidit ac finitur.

ET hactenus quidem de Imperatoris legitimè constituti Potestate pro instituti ratione egimus, reliquum est, ut videamus, quibus modis ea concidat ac finiatur. Cadit autem Imperator potestate sua 1. in fata concedendo, 2. sponte Imperium deponendo, 3. ob trans-

greſſiones remotionem procurando, indeque tres reſurgunt modi, quibus finitur Imperatoris poteſtas; Mors, Reſignatio, & Depoſitio. Primus modus cæteris eſt frequentior. Nam & Imperator & omnes Reges terræ reverà ſub mortalium degunt cœtu, ac pariter ut cæteri moriuntur, agnoſcunt hoc & ipſi Galli, alia plane mente Reges ſuos nunquam mori gloriantes, vid. *Gramond. lib. 1. Hiſtor. Gall. ab exceſſu Henrici IV. p. 4.* ubi refert: Poſt obitum Henrici, metu & horrore perculſis animis, Reginam Viduam Brulardum (Brulard de Sillery) Cancellarium acciri juſſiſſe, eum autem, cum viduam ejulantem & Regem occubuiſſe clamantem audierit, extemplo infractâ conſtantiâ lacrymas inhibuiſſe, ac ſubjeciſſe: *Reges in Gallia nunquam mori. Henrico in caſum dato, ſtare Ludovicum, cujus ſaluti modo proſpiciendum, non lacrymis, ſed authoritate & conſilio.* Quisnam vero ſit genuinus Paradoxi illius ſenſus, his exprimit *Charron l' hiſtoire univerſ. chap. 91. p. 637. parce que tout ausſi toſt que l' un eſt tres paſſè, on ne s' amuſe point à en eslire un autre, ains le plus prochain heretier masle ſuccede, & eſt recognu Roy au mesme inſtant ſans autre ſecours, que de Dieu & de ſon propre Royaume, qui luy attribue cette prærogative.*

2. Ut primum autem Imperatoris fatum annunciatur Sereniſſimis Dnn. Vicariis Imperii,

rii, ipsi Edicto publico illud in ditionibus ad Vicariatum suum pertinentibus omnibus significant, intimatâ simul Vicaria sibi competente Imperii administratione & cura. Archi-Episcopo Moguntino quoque, postquam eidem innotuit, ex *A. B.* ordinatione incumbit, intra mensem continuum à die notitiæ obitûs computandum Co-Electoribus suis illud notificare, simulque eos monere, ut in termino ab *A. B.* expresso Francofurti compareant Imperatorem sive Regem Rom. electuri. vid. *cap. 1. §. 18.* Interea temporis parantur Imperatoris exequiæ, aliaque solennia per Imperium luctus argumenta. Solent & à Galliæ, aliisque exteris Regibus nonnunquam Imperatori mortuo Castra, ut vocant, Doloris solennitate summa erigi, inque defuncti memoriam & honorem exequiæ solennes & magnificæ celebrari.

3. Plus dubitationis habet alter, quo Imperat. potestas concidit, modus, Resignatio scil. quæ *est actus, quo sponte Cæsar ex certis causis fasces Imperii deponit, titulisque ac officiis renunciat.* Rara hactenus fuit, & indubiè semper erit, Cæsareæ aut Regiæ dignitatis resignatio sive renuntiatio, ut leges positivæ expressæ de ea latæ haud sint, nec quas ferri sit necessum, judice *Conringio in not. ad Lamp. p. 3. c. 2. n. 7.* Suffecerit ergò hic stare 1. jure illo, quod merè est naturale. 2. Memorabili resignationis exem-

exemplo, quod ſuperiori ſeculo edidit Carolus V. cujus integram hiſtoriam, à Principe Hiſtoricorum noſtri ævi, Illuſtri *Thuano*, deſcriptam legiſſe, te nunquam pœnitebit. Primò verò ponendum cum *Clariſſ. Conring. d. l.* quod renunciatio omnis tunc demum ſit juſta, quando eſt rei propriæ ſpontanea refutatio. Secundò quoniam id, quod eſt proprium vel omni ex parte tale eſt, vel ex aliqua ſaltem; Illius quidem refutatio ſita eſt in mero refutantis arbitrio; hujus autem non item, ſed neceſſum eſt, ut accedat conſenſus ejus, cui ex parte illud, quod renuntiatur, competit. Jam munia imperandi alia meri arbitrii, alia vero quaſi *ſuſpenſa* ſunt, ſive ex ſuperioris committentis voluntate, ſive ex pacto cum conſtituentibus inito; Quæ prioris ſunt generis, abdicari liberrimè poſſunt: quæ poſterioris non item, cum non ſint omnino propria, atque adeò non ſimpliciter in poteſtate abdicantium. Videndum nunc cujus generis ſit Jus adminiſtrandi Imperium noſtrum Rom. Germanicum, ſi enim primi fuerit ordinis, planum eſt, haud neceſſum eſſe, ut in cujusquam manus Imperialis regiminis fiat reſignatio, ſed ſatis eſſe, ſi indicata fuerit; ſin ſecundi, longè alia fuerit renunciationis ratio. Et verò nequaquam dubito, jus adminiſtrandi Imperium noſtrum poſterioris eſſe generis, aſſerere, quis enim adeò in Jure Publico eſt hoſpes, qui neſciat, Impe-

rato-

ratorem ſtatim in Electione & ad ſolium Imperatorium promotione cum Sereniſſ. Dnn. Electoribus quaſi contrahendo ſalutis Imperii curam jurato promittere, ſicque ex contractu quaſi ad omne id, quod exigit ſalus Imperii, (cui ſane regiminis reſignatio, cumprimis ſi intempeſtiva fuerit, plurimum obeſt, ruit enim in præceps exitium Rectore orbata civitas, & in Anarchia iſta ſua pleraque nutu ſuo incipit belua multorum capitum: ardet omnibus animus & alter alterum conatur opprimere, quo minus evehatur ad illud faſtigium, unde Remp. concidere neceſſe eſt. *Schönborn. 5. Pol. 5.*) ipſis obligatum eſſe, ut adeò in ipſorum ſit poteſtate, renuntiationem admittere, nec ne, & ſimpliciter iis voluntatem ſuam indicaſſe à parte Imperatoris minimè ſufficiat. vid. *Capitul. Caſ. princ. & epilog.* Paulus IV. Papa Gregorii VII. & aliorum nonnullorum rigidiſſimas ſententias ex orco reducens ſuperiore ſeculo Imperatorem & ſubditum & hominem ſuum, cui ab ipſo munus Imperiale ſit commiſſum, rurſus venditare non dubitavit, hincque & ſuas in manus reſignari illud debere, ſuſtinere voluit, meritò ob id deriſus; nunquam enim in Germania quiſquam ſanus illas agnovit, ſed omnes ſemper ſunt deteſtati.

4. Debet ergò Imperator, ſi ex gravi & urgente cauſa (vid. *R. I. de anno 1559. pr.* verb. auß mercklichen/ groſſen/ tapffern/ und trefflichen

Urſa-

Ursachen/ rc. ubi adducuntur tres præcipuè causæ cessionis Imperii à Carolo V. factæ. 1. Sein obligendes Alter/ (erat autem sexagenario minor.) 2. Immerwehrende Leibes Schwachheit. 3. Augenscheinliche Unvermögenheit.) Imperio sese abdicare constituerit, id Collegio Electorali literis aperire, ut tempestivè in medium consulere queat, an resignationem approbare velit, an non, Debet enim, ut innui, abdicatio Imperii cum consensu & ratihabitione Electorum fieri, quod apertè etiam insinuat alleg. *R. I. d. l.* verb. mit Vorwissen deß H. Reichs Chur-Fürsten verlassen/ resignirt und übergeben. vid. *Limn. ad Capit. Ferdin. I. p. 454. num. 19. Fritsch. tr. de resignat. Imperator. Regum, Principum, Officialium, &c. num. 26.* qui tamen sententiam suam mutavit in *addit. ad Limn. l. 2. c. 11. num. 14.* Colligi ex dictis facilè quoque jam potest in cujus manus ex sententia nostrâ Imperium ejusque regimen resignare debeat, in Electorum scil. à quibus accepit, vid. rursus *Limn. d. l. p. 457. n. 24. 25.* Exprimit id *Jac. Lampadius p. 3. c. 2. num. 9.* his verbis: *Quoniam resignatio nihil est aliud, quam debita obedientia & subjectionis remissio, intelligitur iis faciendam esse, qui obedientiam debuerunt. Ii vero procul dubio immediati sunt Imperii Status, quorum partes in Cæsaribus eligendis perpetuo privilegio sustinent Electores, coram his igitur Imperatoriam dignitatem ejurandam*

dam esse efficitur. In quibus tamen nonnulla desidero, si enim pro principio hoc ponendum: resignationem iis esse faciendam, qui obedientiam debuerunt, sequetur, quod ita non solis Statibus sit facienda, cum non soli Status sint Imperatoris subditi, quodsi verò occurras distinctione subditorum mediatè & immediatè subjectorum, regero, esse quosdam immediatè Imperio subjectos, qui non sunt Status, urgeo Imperium nostrum esse Monarchico-Aristocraticum, ut in ejusmodi negotiis publicis Status potiùs pro coimperantibus, quam subditis habendi sint, frustra repugnante *Dn. Linckero* & aliis. Nec obstat, resignationem nihil aliud esse, quam debitæ obedientiæ remissionem; Non enim solum hoc & unicum caput est resignationis remittere obedientiam, sed imò consequens duntaxat resignationis est, quam rectius ipsemet *Lamp. n. 7.* definit, esse *abdicationem aut spontaneam depositionem potestatis.* Unde sic argumentari lubet: A quo Imperator suam potestatem non habet, illi etiam non potest eam resignare. At à subditis quà talibus, &c. E. Exemplo res fiet clarior: Si subditis facienda est resignatio, Magistratus subordinatus non in manus superioris, sed subditorum resignabit, nam & hæc resignatio remittit subjectionem. At verius est per resignationem eo reverti potestatem, unde profecta est, ut omnia ad priorem

Sta-

Statum, quod hunc articulum attinet, reduci videantur. Electoribus ergo (qui, ſicut in eligendo, ita & in reſignando, Statuum vices obtinent) reſignationem faciendam adhuc aſſerimus, aſt non quatenus ſunt ſubditi, (vid. enim ſupra *c. 9. num. 8.* & infra *ſect. 2. c. 10. pr.*) ſed quatenus ab iis accepit Imperium Imperator.

5. Articulus tertius de Depoſitione difficilior adhuc eſt ſecundo, nam definitio ejus non minùs periculoſa, quàm difficultatis plena eſt, juxta illud: *Periculoſum eſt de iis ſcribere, qui poſſunt proſcribere, ac diſputare contra eos, qui poſſunt amputare.* Deſcribimus eam quod ſit *actus, quo Cæſar ex graviſſimis cauſis jure, poteſtate ac dignitate Imperii privatur.* De Impp. ſolio deturbandis in legibus Imperii ninihil rurſus apud nos definitum reperimus, cum in Arragonia, Hungaria, Polonia, Suecia teſte *Joh. Skyte in Orat. ad Reg. Angl. p. 33.* alibique talia non deſint. Si tamen ad exempla provocare licet, non deerit conſuetudo. Ne enim adducam tempora veterum Cæſarum Romanorum, quorum quàm plurimi cæſi ſunt, aut ad privatam conditionem redacti, non tantùm militari tumultu, ſed interdum etiam ex Conſulto Senatus, Populique Romani; Sanè & Francorum communi conſenſu Reges aliquot dignitate ſua exuti ſunt, non Merovingicæ tantùm, ſed etiam Carolinæ familiæ.

Con-

Constat namque eos, ne ipsi quidem Pio Ludovico pepercisse, Carolum Crassum verò de solio planè dejecisse, ut Carolum Simplicem prætereamus. In eorum quoque, qui Germaniæ nostræ seorsim imperarunt, Regum Historia, aliquot itidem infortunium hocce incidisse offendemus. Quæ omnia jure facta, nemo tamen facile dixerit. Sanè statum Imperii nostri Electitii non repugnare Imperatoris, qui statum publicum ita violat, ut nec monitis, nec precibus flecti se patiatur, & si pergat, Resp. corruat necessum sit, destitutioni, omnes ferè agnoscunt, eoque & *Dn. Dietericus in not. ad A. B. p. 44.* denique inclinat: *Quodsi verò casus*, inquiens, *adeò funestus & insperatus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut à contraveniendi scopo averti queat, nec saluti Reip. aliud, nisi mutata Imperatoris persona, remedium applicare utile ac necessarium sit, hoc extremo demum casu Electoribus Imp. adhibito, propter gravitatem negotii, Statuum Imper. Consilio, jus deturbandi à solio Regem competere, nullus dubitarem, &c.*

6. Cæterum eam non nisi ex urgentissimis causis fieri debere requirit Justitia, poscit rei, ut quæ plerumque cum magno Reip. discrimine conjuncta, gravitàs, quia autem illæ pariter certa lege ac regula non definitæ, in exemplis & formulis factarum depositionum quærendæ sunt. Adolphus Nassovius Imperio pri-

vatus est, quia Principes Imp. neglexerat, indignos extulerat, publicè adulteria patraverat, virgines, moniales & viduas constupraverat, fidem literis & sigillo roboratam violaverat; ut *Cuspin. in ejus vita* tradit, seu ut *Lehman. in Chron. Spirens. L. 5. c. 18.* Weil Er das alte Herkommen hindangesetzt/ der Chur-Fürsten und Stände Rath in deß Reichs/ und dessen fürnehmer Glieder Sachen nicht gepflogen/ vor Sich selbst mit anderer Leuthe Rath/ nach seinem Gefallen gehandelt/ Krieg und Blutvergiessen im Reich angestellt/ desselben nothwendige Sachen/ dadurch Fried und Gedeyen erbauet werden können/ unverricht ersitzen lassen/ und damit in Feindschafft und vielfältiger Empörung deß Reichs Ursach gegeben/ und den mehrern Theil gegen seine Persohn zu Widerwillen und offentlicher Feindschafft veranlaßt/ daß auch etliche ihre Absags-Brieffe demselben zugeschickt/ ꝛc. Wenceslai depositio quibus ex causis facta, deprehenditur ex ipsamet sententia apud *Goldast. tom. 1. Const. Imp. p. 379.* ubi sequentes notantur 1. quod Pacem in Ecclesia non promoverit. 2. Quod Imperium membris aliquot pernitiosè mutilarit, & mutilum reddi permiserit, &c. 3. Quod membranas perplures, nudas rasasque, suo tamen sigillo munitas, amicis pecunia vendiderit, in quibus cum illis, tum aliis, in quorum manus istiusmodi membranæ venerunt, sub Regio sigil-

ſigillo, quæ ſcribere voluerint, licuerit. 4. Quod controverſias, bellaque, quæ Germaniam, aliasque S. Imperii terras miſerè afflixerunt & peſſundederunt, nil unquam curæ habuerit. 5. Quod cùm propria, tùm aliorum facinoroſorum, quos ſecum habuit, manu, reverendos Sacrorum Antiſtites, Sacerdotes, & Spirituales perſonas, alios item plures honeſtæ notæ homines, contra juris normam neci dederit, aquis ſubmerſerit, igne cremaverit, miſerabiliter ac truculenter peremerit, &c.

7. Ejusdem depoſitionis proceſſum laudatus *Goldaſtus* ſic deſcribit: I. Electores Principes Eccleſiaſticos ac Politicos, aliosque Imperii Ordines, ardentibus precibus Wenceslaum, tùm ſuâ, tùm amicorum operâ, literis denique perſæpè admonuiſſe officii ſui, eique privatim ac publicè diligenter ob oculos poſuiſſe indecentes & deteſtabiles ejus mores & actiones. II. Auditis tamen illius reſponſis, reiteratisque ſeriis Electorum adhortationibus, nunquàm eò Electores deprehendiſſe Wenceslaum, ſicut Regem Rom. decet, mores compoſuiſſe. III. Itaque ob inſtantes ſupradictorum Ordinum preces, maximè verò Sacramenti ratione, quo Electores, ceu Sacri Imperii proximè ſuperiora membra, eidem obſtringuntur, nec reticere, nec ſuſtinere diutius potuiſſe, ſed ex officio debito cogitandum annitendumque ſibi fuiſſe, ut S. Imperio re-

ctius & salubrius provideretur. IV. Electores Wenceslaum sufficienter & seriò vocasse, citavisse, eique significasse, nisi loco & die definitis præsto esset, fore, ut, cum exhibitarum illi precum, tum juramenti sui respectu, ejusmodi consilia capere & inire cogerentur, quibus S. Imper. melius constitueretur. V. Eapropter loco & tempore præscriptis, Electores, cæterosque Sacr. Imp. Principes & Civitates comparuisse, exspectantes Dominum Wenceslaum: at illum non comparuisse, nec quenquam Procuratorio nomine misisse. IV. Quare cum tot prægnantium & pernitiosorum defectuum causa eum crebrius privatim & benigne, inde verò, cum nil proficerent, coram Principibus, Optimatibus & Civitatibus Imp. in diversis conventibus, non sine magnis, gravibus expensis, absque tamen ullo fructu admonuerint, & redarguerint, ideò comemorata omnia ad Sacram Sedem Roman. detulisse. VII. Cum nec tunc quoque cuncta hæc quicquam pensi habuerit, nihil aliud inde Electores conjicere potuisse, quàm eum & Ecclesiæ & Christiani Orbis, imprimis autem Sacr. Imp. curam deposuisse. VIII. Ideoque malum hoc toti Christiani Reip. exitiale minimè diutius ferendum & tolerandum censentes, animo bene confirmato, post multos variosque tractatus, consultationes tum inter Electores ipsos, tum etiam cum aliis Principibus & Optimatibus

bus

bus Sacri Imp. seriò habitas, pro Ecclesiæ salute, Christiani Orbis consolatione, Sacri Imp. honore & utilitate, præfatum Dn. Wenceslaum tanquam negligentem & destructorem Imperii, eoque indignum, à S. Rom. Imperio, omnique ejus dignitate, penitus removendum duxisse ac removisse.

8. Ex quibus quidem patet frustra horum duorum Impp. exauthorationem à *Stamlero tr. de Reserv.* §. *20.* & *Bœclero in Notit. S. R. Imp. l. 4. c. 1. & in not. ad Grot. l. 1. de J. B. & P. p. 280.* injustitiæ accusari, ac Sacratissimum Electorale Collegium, aliosque Sacr. Imp. Status, quod non legaliter & ordinariè in iisdem destituendis processerint, argui. Quid autem de privilegiis à Wenceslao concessis dicendum, an pro validis, vel invalidis habenda. vid. apud *Limn. t. 1. addit. ad l. 2. c. 11. num. 33.* Si exauthoratio ob id tantum, quod quis à Papa fulmine Ecclesiastico petitus fuerit, fiat, ab iniquitatis nota vix vindicari posse videtur, nec ob quamvis pactorum violationem sive actionem Capitulationi contrariam eandem justè fieri, quisquam sanus docuerit.

9. In Quæst. *quibus Jus Imperatorem fascibus & dignitate Imperii exuendi competat?* mirum Dd. variant. Primò Clerico-Politic. Romanenses à *Buxtorff. Disc. ad A. B. concl. 11. lit. G. & Quir. Cubach. in Epit. Jurispr. Rom. Germ. c. 28. num. 4.* allegati, id Pontifici Rom.

tanquam VICE-DEO, ut omnia, asserunt; Sed hi risu magis, quam refutatione digni sunt vid. *Limn. 2. d. J.P.c.11. num. 18. seqq.* II. Quidam etiam hoc in casu Comitem Palatinum Judicem esse opinantur, ob generalitatem *text. A.B.c.5.§.3.* Sed ut jam non disputemus, an jus judicandi Imperat. Palatino competens etiam quoad causas criminales verificari possit, vel non, certè illud constat, eos ipsos, qui ob generalitatem *text. alleg.* illud in criminalibus etiam locum habere statuunt, communiter distinguere inter causas, quæ singulos, & quæ universos Imp. Ordines junctim consideratos, sive ipsum Imperium respiciunt, ut in iis Palatinus, in hisce verò, quibus utique accensenda licentia deponendi Imperatorem, minimè solus, licet cæteroquin potiores fortassis ipsi partes debeantur, judicandi hoc officium arrogare sibi queat. *Carpz. ad L. R. c. 14. sect. 6. num. 23. & 25. Schütz. C. I. P. vol. 1. Disp. 3. th. 30. l. E. Rümelin. ad A. B. p. 1. D. 5. th. 2.*

10. III. Alii Collegio Electorali, exclusis etiam reliquis Imper. Statibus, jus Imperatorem destituendi competere volunt, quos inter *Bertram. de Comit. th. 11. Sinold. Schütz. de Vicariis. concl. 8. lit. B. & v. 1. D. 3. th. 30. l. D. Rümel. ad A. B. p. 1. D. 2. th. 9. Arum. D. 3. num. 45. Otto de J. P. c. 10. pag. mihi. 302. Carpzov. de L. R. G. c. ult. sect. ultim. Limn. J. P. l. 2. c. 11. num. 23.* Pro ratione communiter adduci

ci solet. 1. quod iis competat facultas degradandi, quibus potestas eligendi competit. 2. Illud Moguntini effatum: Quem meritum investimus, quare immeritum non devestiâmus. Verum à rei constitutione ad ejusdem destructionem argumentum non perpetuò procedit, præsertim ubi adest diversitatis ratio, quam hic subesse, ex mox dicendis patebit.

11. IV. Alii hanc depositionem ab Electoribus & cæteris Imp. Statibus simul fieri debere contendunt, præsupponentes. 1. Antehac, ut eligendorum, ita & deponendorum Regum ac Imperatorum Jus penes universos Imper. Ordines fuisse. 2. Quod Electores jam præcipui habent circa Impp. constitutionem, eos ex Ordinum consensu & insecuta Caroli IV. confirmatione habere. 3. Nullam reperiri legem scriptam, qua deponendi potestas Electoribus solis sit tradita, nam in *A. B.* de hac altum esse silentium, adeoque consuetudinem hic esse consulendam. 4. Si nulla consuetudo vim illam Electoribus vindicet, tum priscum omnium Ordinum Jus persistere etiamnum integrum. Jam verò 5. Historias omnium, quæ circa depositionem Adolphi, Ludovici IV. & Wenceslai (nam aliorum destitutorum ætatem Collegium Electorale non attingit) contigerunt, liquidò docere, sola authoritate Electorum neminem Imperii Ordinum in eorum sententiam tractum,

 mul-

multo minus ad ipsorum jussa quenquam obsequium Impp. illis denegasse, sed alios suasionibus quidem inductos consensisse, alios tamen omnino non passos esse se ad violandum sacramentum flecti, donec illo soluti fuerunt vel ab ipsis Impp. quod spontè fecit Wenceslaus, vel illorum morte, ceu factum Adolpho & Ludovico defunctis. Cum ergò hoc Jus Electoribus Ordines neque expreße neque tacitè cessisse probari possit, ipsis adhuc competere concludunt vid. *Conring. ad Lampad. l. 3. c. 2. num. 11. Rachel. Diss. de Capitulat. c. 7. th. 10.* Facere huc videtur quoque *Instr. Part. art. 8.* verb. *Gaudeant sine contradictione Jure Imperii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii.*

CAPUT XXXIII.

De Vicariis Imperii.

NE, cum Imperator fatis concessit, vel fasces resignavit, aut legitimas ob causas de solio motus est, funestis illis calamitatibus, quæ Respubl. moderatore suo destitutas manere solent, (ut Germania nostra ab interitu Friderici II. Gallia intercepto per nefandum sicarium Henrico III. & Geldria post excessum Caroli Ducis, suo malo expertæ sunt,) obnoxium viduatum Imperium fiat, salutari providentia Principes quidam ordinati sunt, qui dum

dum alius legitime constitutus fuerit, Vicaria potestate Imperii onus interim sustineant, ac oppositâ virtute improborum molitiones eludant; qui & inde Vicarii plerumque appellantur, suntque nihil aliud, quam Provisores (ita ipsa *A. B. c. 5. §. 1.* vocat, versio Germ. ap. *Goldast. l. 1. Constit. p. 126.* reddidit Fürmunder/ Moguntina Verweser/ und Pfleger/ quorum tamen utrumque etiam prædicatur de ipso Imperatore vid. *Limn. ad Cap. Car. V. art. 1. p. 129.*) Imperii administrationem tempore interregni (quod est illud spatium temporis, quousque in locum Regis mortui, adde Imperio abdicati, alius ordinatur, finiente *Festo*, perperam verò cum ἀναρχία confunditur à *Bodino l. 6. de Rep. c. 5. Eberhard. à Weihe problem. Reg. de Elect. & Success.* ideò correctis à *Georg. Gumpelzheimero Dissert. de Interregno. §. 9. seqq. tom. 2. D. Arum. de I. P. Disc. 25. inserta*) ad tenorem Legis ac Privilegii gerentes.

2. Dividuntur vulgò in *Universales sive generales & Particulares sive speciales.* Particulares dicuntur, qui in suis provinciis & territoriis Vicariatum exercent, maximè in Italia, (quales Dux Mediolanensis, cui ab Adolpho Nassovio Privilegium perpetui Vicariatus in suo territorio primo datum (*Carol. Sigon. l. 2. de Regn. Ital.*) Carolus IV. confirmavit. *Cuspin. in Carol. IV. p. 384.* 2. Dux Sabaudiæ, cujus familiam in Amadæo IV. *Ranchinus* in tota

 Italia

Italia accepisse dicit ab Henrico VII. Imp. Vicariatum Imp. generalem & perpetuum, ast rectius alii eum certis limitibus describunt. v. *Limn. t. 5. in addit. ad l. 5. c. 14. num. 4. p. 439.* Oppugnant hanc Sabaudi Vicariatum *Bodinus l. 1. de Republ. c. 10. num. 129.* & *Cassanus in defensor. lib. 2. c. 2. p. 46.* Sed v. *Conring. de fin. Imp. c. 25.* ubi & Philippum Regem Hispaniæ, Vicariatum in propriam ditionem Burgundici Circuli à Ferdinando Cæsare conferri sibi petiisse, subjungit. 3. Dux Mantuæ, cui Ferdinandus III. Vicariatum obtulit, *Dietrich. in not. ad A. B. tit. 5. p. 38.* quem tamen auxilio Regis Galliarum Sabaudus, ut in præjudicium juris sui, ac citra unanimem Electorum Imp. consensum concessum, oppugnavit, (vid. *Auth. Diar. Europ. p. 710)* & *Capit. Leop. art. 4.* planè obtinuit. 4. Dux Modenæ & Rhegii *Frid. Schott. tom. 1. l. 6. Resp. 78. num. 134.* Hi enarrati speciales an universalibus substituti, ut tam latè extensi generalis Vicariatus onera supportent, sicque ipsorum Jurisdictioni interregni tempore subsint, ut vult *Bechman. ad A. B. Exerc. 4. ad c. 5. pag. 90. Dietr. ad A. B. p. 37. Schuz. C. I. P. v. 1. Disp. 5. th. 9. l. E.* non sine causa ambigunt *Limn. ad Capit. Carol. V. art. 3. circa fin. pag. 150. Strauch. Inst. Jur. Publ. lib. 1. c. 11. num. 9. Rhet. Inst. Jur. Publ. lib. 1. t. 5. num. 3. Phil. Reinh. Vitriar. Inst. J. Publ. l. 1. cap. 11. n 6. in fin.* ob verba *Capit. Leop.* Die Hertzoge von

Savoya

Savoya bey ihrer in Italien Vicariats-Gerechtigkeit und Privilegien gebührend schützen und handhaben etc. *art.* 4. Universales dicuntur, qui ad universum Imperium, (Teutonicum, juxta *Limn. l.3. c.12. num. 18. seqq.*) divisis partibus, Vicaria potestate in Interregno administrandum legaliter constituti sunt, quales Elector Palatinus & Saxo juxta *A. B.*

3. Quando & qua lege generalis horum Principum Vicariatus primum sit constitutus, non est in aperto, nam etsi quidem *A. B.* Lex (*c.5.*) nota sit & certa, quia tamen ibi antiquioris instituti fit mentio, eam tantùm confirmatoriam esse, hinc consequitur, & dubium subinde remanet 1. unde illa antiquitas sit repetenda? 2. an ad utriusque Vicariatum, an ad alterius, Palatini scil. tantum illa pertineat? Ad Palatini enim Vicariatum tantum, antiquitatem istam restringit. *Limn. l.3. I.P. c.12. num.33. 34. & ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 3.* Electoris Saxoniæ Jus à Carolo IV. cum ipsa *A. B.* modò cœpisse docens, in quo non paucos ex ipsis JCtis Saxon. consentientes habet. vid. *Arum. Disc.3. th. 25. Strauch. Inst. Jur. Publ. l. 1. cap. 11. num. 6.* Ad utriusque verò probabilius extendunt *Clutten. in Syllog. rer. quot. concl. 24. lit. L. Speidel. in Spec. voc. Vicarii. ac voc.* Pfaltz. *Besold. in Th. Pr. voc. ead. additionator ad Rumel. p.1. D.4. th. 11.* Vicariatum hunc ex jure Præfecturæ Palatii, cujus hos duos Principes ab antiquo partici-

ticipes fuisse dicunt, derivantes. *Goldasti in rationali ad tom. I. Constit. & rescript. Imper. p. 99.* primum Rudolpho Comiti Palatino Rheni circa *annum Domini 1250.* Vicarii munus communi Principum voluntate ac consensu collatum esse asserentis, & *Authoris* deß kurtzen Gegenbedenckens und Berichts von der Churfürstl. Pfältzischen Vicariats-Gerechtigkeit. *pag. 13.* Es sey unwidersprechlich war/ daß solches Pfältzische Vicariat allererst mit der Guldenen Bullen Käyser Carls deß Vierten *anno 1356.* zu Nürnberg auffgerichtet/ seinen Anfang fang genommen habe/ scribentis, sententias ipse refutat *Limn. ad A. B. cit. Obs. 6.*

4. Sed cum expreßè Jus ex antiqua consuetudine quæsitum duobus hisce Imperii Principibus *d. A. B. text.* confirmetur, frustraneus est conatus Pontificis, sibi hoc Jus provisionis perfricta fronte arrogantis, ac terreni simul & cœlestis Imperii jura à Deo sibi commissa impudenter prætendentis. *Limn. de I. P. lib. 3. cap. 12. num. 11. 12. & ibi in addit.* Quoad alios Elector Saxoniæ quietè jure suo gaudet, ast Palatini à Bavaro, illud Electoratui cum omnibus Regaliis, officiis, præcedentiis, insigniis & juribus quibuscunque in se translato adhærere contendente, contradicente Palatino & non Electoratui, sed imò Palatinatui annexum esse defendente, in controversiam vocatum. Cum verò post obitum Gloriosiß. Imp. Ferdinan-

dinandi III. moderatore suo destitueretur Imperium, Bavarus Palatinum prævenit, re citius de sigillo Vicariatus cum Saxone communicata possessionem arripuit, priusquam fere aliquid de morte Imperatoris Palatino innotesceret. Causa pòst scriptis tum jam ante *anno 1614. &* *1615.* editis & nunc recusis, (quo pertinent *Gevvoldi tr. de Septemviratu*, *Freheri Origines Palatinæ,)* tum novis iis additis, (huc spectat Kurtzer und Summarischer Bericht / daß das Vicariat in Landen deß Rheins / Schwaben und Fränckischen Rechtens deß Herrn Pfaltzgraffen und Vicarii Carl Ludwigen Churfürstlicher Durchl. von Rechtswegen / zustehen und gebühren thut / gedruckt zu Heydelberg *anno 1657.* Chur-Bayerischer Gegenbericht / & alia Scripta relata *à Gastel. de Stat. Europ. noviß. p. 2. c. 8. p. 373. Dn. Thulemar. in Octovir. c. 22. num. 33.* per indicem nempe, quoad tenorem ipsum autem à *Londorpio cont. tom. VIII. l. 8. cap. 41. 66. 67. 68. 189.* Item Tract. Latinus, qui inscribitur: Vicariatus Imperii Palatinus defensus, cujus author *Herm. Conringius*; uti *Gratiani Philaci* nomen præferentis *Johannes Freinshemius*, ac tr. Gallici, quo tecto nomine Vicarii munus Palatino asseritur, *Ezechiel Spanhemius* verus Author est,) acriter est disputata, sed adhuc indecisa, Imperatoris exspectans sententiam. Summatim utriusque partis fundamenta repetit

tit *Dn. Strauch. Diss. Exot. 3. §. 2. 3. Burgold. p. 1. Disc. 26. Spreng. l. 2. c. 30.*

5. Finium, quibus cujusque Vicariatus Jurisdictio distinguitur, demonstratio in *A. B. c. 5. §. 1. & 2.* his continetur verbis: *Illustris Comes Palatinus Rheni Sacri Imper. Archi-Dapifer in partibus Rheni & Sueviæ, & in Jure Franconico esse debet Provisor Imperii, &c. Eodem jure Provisionis Illustrem Ducem Saxoniæ S. Imperii Archi-Marschallum frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura servantur.* Ubi notant Dd. 1. quod Regnum Teutonicum olim duplici saltim jure, Saxonico scilic. & Franconico seu Suevico sit usum, indeque duo illi Palatini, ceu Primarii judices, locorum his juribus utentium Vicariam administrationem nacti sint. 2. Quod quia simpliciter Rheni mentio facta, ideò ab ejus prima origine usque ad finem & ostium sitæ Provinciæ sub hoc Palat. Vicariatu comprehensæ intelligantur. *Arum. D. 3. th. 28.* 3. Quod non dicatur in Franconia, sed in Franconico jure, (quæ verba in versionibus Germanicis diversimodè expressa. vid. *Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. Observ. 4.*) ideoque etiam aliæ Provinciæ extra Franconiam sitæ, in quibus aliquando illud Jus observatum ad Vicariatum Palatini spectent. 4. Quod locorum, ubi jura Saxonica viguerunt, nullus disertè exprimatur *A. B.* forsan, quia res tùm temporis notissima. 5. Quod licet Cameræ Ju-

ræ Judicium sit Spiræ, adeoque in tractu Rhenano, nihilominus tamen ab utroque Vicario exerceatur, quoniam Judicii istius Jurisdictio tr. Rhenano non circumscribitur, sed per totum Imperium extenditur, quin imò Spiræ aliò Cæsaris & Statuum voluntate transferri potest. *Limn. l. 3. cap. 12. num. 51. seqq Blum. Proc. Cam. t. 27. §. 126.* 6. Quod juris Franconici & Saxonici observantia in textu non ut conditio, sed ut demonstratio finium ponatur, adeoque etsi Provinciæ quædam passæ sint prædicta jura à foro suo recedere, illibatum tamen nihilominus constitutis Provisoribus in iis manserit Jus Vicariatus. Quæ autem Carolus IV. ibi concise, *Goldastus*, extensius in der Vorred deß ersten Theils der Reichs-Satzungen exprimit. vid. *Limn. ad Cap. 5. §. 1. Observ. 3. & §. 2. Observ. 4. 5.* verum hodiè non omnes ibi enumeratæ terræ amplius Vicariatui Imperii parent. In Regno Arelatensi ex speciali privilegio Vicariatum Palatinus quoque obtinet, ex *A. B.* ibidem Vicarius non futurus. vid. *Limn. ad Capit. Carol. V. art. 3.* verb. Pfaltz und Sachsen. *n. 50. 51. p. 147.*

6. De scopo, consilioque Vicariatus satis apparet ex dictis *num. 1.* scil. ad pericula interregni præcavenda, & tranquillitatem publicam tuendam in Imperio, salutare hoc remedium excogitatum esse. Incipit ergò Sereniss. horum Principum Vicaria Imperium administranda

ſtrandi poteſtas ſtatim atque incipit interregnum. h. e. Imperium vacare contingit, quod tribus modis fieri, præcedenti capite monuimus. Et de hiſce caſibus, ac potiſſimum quidem mortis, (ad cæteros tamen duos veræ vacantiæ caſus hic extenſio benè fieri poteſt) Carolum IV. in *A. B. c. 5.* loqui, colligitur 1. ex *§. 1.* verbis: *Ut præmittitur.* in præmiſſis enim expreßè tantùm dictum de vacantia, quæ per mortem Imperatoris contingit. *c. 1. §. 18. & 19.* 2. ex verbis: *ad manus futuri Regis;* horum enim ſenſus eſt, Palatinum vacante Imperio Proviſorem ejus eſſe debere, usque dum poteſtas providendi Imperio futuro h. e. noviter electo Regi Roman. ſit collata. 3. ex verbis: *Juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendi.* 4. Verbis: *quæ tamen per Regem Rom. poſtea electum &c. Limn. ad d. c. Obſ. 1. 2. 15.* Ut adeoque quid de quæſtione: Numne Imperatore vivente & ſaltim abſente Sereniß. hiſce Principibus idem Vicariatus jus in ipſius abſentia competat? dicendum ſit, appareat, ſc. *ex A. B.* verbis haud competere. Neque exempla aliorum ab Imperatoribus in Italiam vel aliam extra Germaniam Provinciam concedentibus, in iſtum caſum abſentiæ, tàm poſt, quam ante *A. B.* conſtitutorum Vicariorum deſunt. Sic namque Fridericus I. cum Italiam petiit, Uladislaum Bohemum. *Dubrav. hiſt. Bohem. l. 12.* cum verò expeditionem in Terram

Sanctam

Sanctam suscepit, Henricum filium. *Sigon. l. 15. de Regn. Ital.* Fridericus II. bellis Italicis implicitus Albertum Magdeburgensem. *Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 251.* Henricus IV. coronam Imperialem petiturus à Pontifice Johannem filium: *Dubrav. histor. Boh. l. 28.* Ludovicus Bavarus Edwardum III. Angliæ Regem *Cuspin. in Lud. Bavar.* Sigismundus bellum contra Bohemos movens Cunradum Archi-Episcopum Moguntinum *Nicol. Serrar. l. 5. rer. Mogunt.* Carolus V. Imp. Ferdinandum fratrem Vicarios reliquerunt ac constituerunt. Palatino tamen & hoc in casu competit ex speciali anteriori privilegio à compluribus Impp. præsertim Carolo V. & Maxim. II. Rudolp. II. post confirmato. vid. *Freher. de Orig. Palat. p. 1. c. 16.* ad quod quoque *A. B. cap. 5. §. 1.* in casu veræ vacantiæ Imp. sese refert, non ac si altero, absentiæ scil. Imperatoris, denegare idem Vicariatus Jus ipsi vellet, aut alias non agnosceret, sed quia de illo Carolus IV. ibi agere non constituerat; at non Electori Saxoniæ, quamvis enim Saxoniæ Electori à Carolo IV. *A. B. c. 5. §. 2.* idem provisionis jus, sub omnibus modis & conditionibus, quibus eo gaudet Palatinus, competere dicatur; attamen, quia disertè additur: *Sicut superius id expressum:* Superius autem (*§. 1. scilic. illius capitis,*) tantum casus, quo, ut in antecedentibus Bullæ ejusdem locis præmissum, Sacrum vacare contingit Impe-

rium per mortem (adde resignationem & destitutionem) Imperatoris, expressus, de casu autem absentiæ, & cui tunc provisio Imperii incumbat, nec in §. *1. d. c. 5.* nec ullibi vel in præcedentibus, aut sequentibus capitibus *A. B.* vel verbum est, quod loquatur, minimè inde inferri potest ac debet, Ergò & ipsi, sicut Palatino, etiam in casu absentiæ Imp. Vicariatus exercitium competit. Patebit dictorum veritas ex diversis reversalibus vel declaratoriis literis à Carolo V. Electori Palatino & Saxoni *an. 1521.* datis à *Goldasto part. 1.* der Reichs-Satzungen/ *p. 243.* exhibitis, si eas attentius inspexeris; vid. *Limn. l. 3. c. 12. n° 35. seqq. & ibid. in addit. it. ad Capit. Carol. V. art. 3. p. 141. & seqq.* Diss. *Bechman. ad A. B. Exerc. 4. ad c. 5. p. 99. seq. Strauch. Inst. Jur. Publ. l. 1. c. 11. num. 8. Rhet. Inst. Jur. Publ. lib. 1. tit. 5. §. 4.* Quoties autem ab impetrato Consilio illo Imperator extra Germaniam concedens alium quam Palatinum constituit Imperii Vicarium, id ipsius consensu factum fuisse, præsupponendum est. *Limn. d. l. 3. c. 12. n. 46. seqq.*

7. De potestate horum Vicariorum in *A. B. c. 5. §. 1.* duæ constituuntur regulæ: Prior permissa, posterior interdicta continet. Illa est: Vicarii Imp. habeant administrandi potestatem Imperii vice ac nomine; quæ declaratur exemplis & limitatione. Exempla sunt, 1. in potestate Judicia Imp. universalia exercendi. Exer-

cet autem eorum quilibet Judicium Aulicum in Aula ſua, habita ratione locorum ipſi aſſignatorum, (quod Judicium quidem Regimen Vicariatus appellatur,) hocque intuitu concurrentem cum Camera habent Jurisdictionem, jus citra provocationem litigantibus dicentes, ut Imperator ipſe. *Arum. ad A. B. D. 3. th. 31. & 33. Rumel. ad eand. D. 4. th. 16. Hermes. c. 20. q. 8.* Camera vero utriusque nomine Proceſſus decernit, communique inſignia utriusque referente utitur in expediendis actis ſigillo. *Limn. l. 3. c. 13. num. 51. ſeqq. Hermes c. 20. qu. 7.* Et pertinent vi text. generalis *in A. B. d. c. 5. §. 1.* ad illorum cognitionem omnes omnino cauſæ, quæ alias ad Imperatorem devolvi poſſint, etiam criminales, & feudales, ſive majora, ſive minora regalia feuda concernant. *Limn. l. 3. c. 12. numer. 52. ſeqq. Carpzov. de L. R. c. 11. ſect. 15. num. 9.* Diſſ. *Struv. S. I. F. c. 16. aph. 5. num. 4. ibique alleg. & Dn. Lyncker.* ſc. ita tamen ut eorum poteſtas major non ſit, quàm Imperatoris in illis. 2. In poteſtate præſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica, non vi juris primariarum precum, ut communiter quidem traditur, ſed vi juris patronatus. vid. ſupra *c. 5. num. 16. Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. Obſerv. 11. Hermes d. c. 20. q. 10.* 3. In poteſtate colligendi reditus & proventus, quos tamen non in proprios, ſed Imperii uſus, impendere

debent, oblato Imperatori post electo quod ex illis superest. *Arum. d. D. 3. th. 36. Rumel. ad eand. D. 4. th. 18. Herm. d. c. q. 11.* 4. In potestate investiendi de feudis, & à Vasallis (quorum nomine non intelligimus ante etiam ab Imperatore investitos, illos ad renovationem investituræ à Vicariis petendam propter mutatam domini personam adstringentes, sed novos Vasalli successores ab Imperatore nondum investitos, quibus annus præfinitus elapsurus esset, nisi investituram peterent) juramentum fidelitatis, vice & nomine Sacri Imp. recipiendi. vid. *d. c. 12. num. 70. seq.* quæ tamen investitura post per Electum Imp. præstito ipsi novo juramento innovanda, quia juramentum, quod Vicario interregni tempore præstatur, saltem fidelitatem Imperii continet, Imperatori autem præstitum simul fidelitatem Imperio & Imperatori debitam includit. *Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 15.* Limitatio pertinet ad hoc ultimum exemplum, eâque à potestate investiendi Vicariis concessa excipiuntur feuda Principum, & illa quæ Fahn- und Scepter-Lehen vocantur, quorum investitura & collatio soli Imperatori & Regi Rom. specialiter reservatur, Vicariis autem hisce, etiam ubi annuum spatium Vicariatus tempore Vasallo elapsurum denegatur. *A. B. c. 5. §. 1. ubi Limn. Ob. 18. seqq. Itter. de feud. Imper. cap. 9. num. 11. p. 451. seqq.*

8. Po-

8. Posterior interdicta continens est: Vicarii nullas res Imperii alienare sive obligare tempore Vicariatus debent. *d. §. 1. in fin.* ubi notanda diversitas in versione Germanica, quæ invicem allatæ regulæ habet: Und derselbe Pfaltz-Grafe hat auß Kayserl. Güte zu verbieten alle Veräusserung und Verpfändung der Güter/ so zum Reich gehören/ Zeit seiner Verwesung. Verum text. Latinus, utpote fons, præferendus. Hæc de potestate in A. B. Sereniß. Vicariis expressè concessa ac prohibita. Quid verò de aliis nec speciatim permissis, nec tamen etiam prohibitis statuendum? *Limn. d. c. 12. num. 82. seqq. ad Cap. Caroli V. art. 3.* verb. Pfaltz und Sachsen. *num. 16. seqq. & tom. 2. add. ad d. c. 12. num. 40.* putat in A. B. contineri mandatum speciale, non igitur intelligi plus concessum, quàm ibidem expressum. Alii tamen contra docent, Vicarios hosce tantum posse, quantum Imperator ipse, extra casus *d. c. 5. §. 1.* specialiter exceptos, cum Imperatorem repræsentent, ergò ut ille habet generalem potestatem, ita & ipsis eandem omnino extra casus exceptos, concedendam; præsertim quia in text. generaliter quoque dicitur: CUM POTESTATE, non autem additur particula restrictiva HAC, ut determinetur ad subsequentia *Buxtorff. ad A. B. th. 71. Schütz. v. 1. Disp. 5. th. 12. & v. 2. Disp. 10. th. 2. lit. E.*

lit. E. ac. D. 13. thes. 2. Bechm. ad A. B. cap. 5. Quod aſſertum *Quirin. Cubach. l. 2. Juris Prud. Publ. cap. 30.* ita ampliat, ut dicat in tantum extra caſus ibi exceptos illorum poteſtatem poteſtati Imper. circa jura Imperii æqualem eſſe, ut etiam exercitium actuum Imperatori reſervatorum ipſis competat, cui conſentire videtur *Buxtorff. th. 72.* qui *th. ſeq. 73.* idem quoque de iis, quæ meræ gratiæ ſunt, ſtatuit. Et hinc Sereniß. Imperii Vicariis attribuunt 1. poteſtatem confirmandi Academias, quam & ipſe *Limnæus l. 8. c. 1. num. 3.* iis vindicat. 2. Jus naturales & ſpurios, etiam Illuſtrium, Ducum, Principum, Comitum, &c. legitimandi. *Freher. Orig. Palat. l. 1. c. 16. & in not. ad Petr. de Andlo, c. 10.* 3. Poteſtatem creandi Equites, Nobiles, &c. quam uterque hoc ſeculo exercuit, Palatinus enim *anno 1619.* tempore Vicariatus Doctorem D. W. equeſtri dignitate ornavit, teſte *Sinold. Schütz. Diſſ. de Vicar. concl. 12. l. B.* & Saxon. Elector. modò proximo interregno *(anno ſcil. 1657.)* Doctorem quendam Juris Nobilem Comitemque Palatinum creavit. 4. Facultatem inducias moratorias concedendi. *Schütz. d. l. l. F.* earum à Palatino indultarum exemplum afferens. 5. Jus aliquem in Protectionem Imperii recipiendi. *M. Mager. à Schönberg. de Advocat. arm. c. 9. num. 3.* 6. Jus Comitia indicendi. *Schütz. v. 1. D. 10.*

th. 2.

th. 2. l. D. Poſterior ergò ſententia, ſi non A. B. tamen obſervantiâ Imperii comprobatur.

9. Finitur Vicariorum adminiſtratio finita Imperii Vacantia, Sceptrum capeſſente novo Imperatore. Si itaque adhuc alicubi extra Germaniam electus ſit, ad ejusdem adventum continuatur. *Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. O. 8.* Facta reſignatione ſolent Vicarii, pro ſecuritate ſua, interregni tempore geſtorum confirmationem ab Electo Imp. petere, cujus etiam expreſſa fit mentio in Capitulatione. vid. *Cap. Caroli V. art. 26.* ubi *Limn. ad verb. confirmiren p. 287.* notat confirmationem illam non conjunctim unis literis, ſed ſeparatim & diverſis cuilibet eorum fieri. *Cap. Leop. art. 36.*

PARTIS SPECIALIS SECTIO II.

CAPUT I.

De Statibus Imperii in genere.

MEmbra Imperii præcipua constituunt Status Imperii, die Stände deß Reichs / vel à stando, quod scil. legitimam in Comitiis Imp. habeant standi personam, Stimme / und Stand in Reichs-Versammlungen haben. *R. I. de anno 1548.* §. wenn auch ein / ꝛc. *Inst. Pac. art. 8. vers. gaudeant, &c.* vel à statuendo, quod cum Imperat. in Comitiis de iis, quæ ad summam Reipublic. (versatur autem circa pacem & bellum, circa leges communes rogandas vel abrogandas, circa fœdera cum peregrinis, circa vitam, mortem & exilium civium, circa bona civium aut confiscanda, aut verò in commune distribuenda, &c.) pertinent, statuant; vel denique à sistendo, quod Remp. firment atque sistant, seu quod in illis ceu membris, i. e. basibus & columnis ipsum Imperium stet & subsistat,

ſiſtat, ſic dicti; qui alias Cives Imperii, item Ordines & (ſtylo Curiæ antiquiore) Proceres ac Senatores Imper. vocantur, hinc *Arumæus vol. 1. Diſp. 33. th. 26.* Reichs-Räthe idem eſſe quod Reichs-Stände affirmat. Quod concedi poteſt, ſi Reichs-Räthe Senatores interpretemur eo ſignificatu, quo in Republ. Ariſtocratica, ex qua Imperium noſtrum omninò aliquid participat, Optimates dicuntur. (Diſſentit *Dn. Lyncker.* ex hypotheſi ſua à nobis improbatâ, quaſi Respubl. noſtra eſſet purè Monarchica.) Alias autem id vocabul. etiam nudis Conſiliariis ad deliberandas publicas Imperii utilitates conſtitutis tribui, vel ex *R. I. de anno 1512. §. 5.* apparet. Cum his verò, vel cæteris etiam Imperatorum Conſiliariis Aulicis, Status Imp. conferre velle, (ut facere non eſt veritus *D. Otto de J. P. cap. 13. pr.*) non modo ipſis injurioſum, ſed & manifeſta in LL. Imp. publicas calumnia eſſet. Magna enim utique foret audacia & prævaricatio adverſus jura publica, participationem Imperii Statuum, legibus fundamentalibus præſcriptam ac in hunc diem tot repetitionibus, confirmationibusque roboratam, quâ dudum *Conſortes Imperii (Gail. 1. Obſ. 21. 9.)* Partes Principales und Mit-intereſſenten an dem ſtatu & forma regiminis (*Auth.* der Grundfeſte. *p. 1. c. 1.*) fuerunt habiti, in nudam ſuadendi authoritatem reformare.

2. Notandum autem hic non idem esse, *Membrum*, & *Statum Imperii esse*, sed hæc differre ut terminos magis & minus communes. Enim verò Status omnis Membrum est Imperii, sed non omne Membrum est Status. Sic Nobiles Imp. Immediati non minimum repræsentant Imperii Membrum, nec tamen Status sunt, quia jure Comitiorum destituti. Differunt porrò Statum esse & Imperio immediatè esse subjectum. Non enim in sensu absoluto inferre licet; *Est immediatus*. E. *est Status Imperii* prout perperam sentit *Dan. Otto de Jur. Publ. c. 17. p. m. 540.* id quod iterum exemplo Nobilium Imp. Immediatorum patet. add. *R. I. de anno 1555.* §. Dieweil aber 2c. ibi: so dem Reich ohne Mittel unterworffen / und Reichs-Stände seyn. & *R. I. de anno 1564.* §. Und wollen Wir 2c. *ibi:* gegen denen / so nicht Stände deß Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen 2c. Necessarium equidem Status Imperii requisitum est, Imperio immediatè subjectum esse, (dem Reich ohne Mittel unterworffen seyn/) non modò ratione personæ, sed etiam ratione bonorum, (v. *Capit. Ferd. IV. art. 45. Leop. art. 44. Joseph. 43.* nec non *R. I. de anno 1654. §. 1654. §. 197.* ibi: Und solle forthin ohne vorgehende real Erfüllung 2c.) ita ut mediatus Imperii subditus, quatenus talis, non possit in Statuum numerum cooptari, aut pro tali haberi, non obstante *Inst. Pac. art. 16.*

§. 14.

§. *14. R.I. de A. 1654.* §. Und gleichwie dieses ꝛc. *180.* (Contrarium asserere aliquando voluit *Limn. l. 1. c. 7. num. 99. & seqq. & l. 5. c. 10. n. 6.* ubi putatitio exemplo Ducis Würt. motus, expressis verbis concludit, etiam mediato nomen & qualitatem Status Imperii competere posse, & uti non omnes immediati sunt Status Imperii, ita nec omnes Status Imperii esse protinus immediatos. Verum secutis temporibus lubricam hanc suam esse sententiam cognoscens (verè autem lubricam fuisse constat ex traditis *Strauchii Diss. Exot. 10. th. ult.*) mentem quodammodo mutavit *tom. 1. add. ad l. 1. c. 7. num. 99. & tom. 2. ad l. 5. c. 16. num. 7.*) nec qui Status fuit, talis maneat, cum immediatis Imp. bonis omninò excidit sua voluntate, culpâve, quia τὸ jus sessionis & suffragii in Comitiis habere, quod est essentiale constitutivum Status in bonis immediatis est radicatum, adeoque non potest non eo deficiente deficere, (Dissent. rursus *Limn. l. 1. c. 7. num. 96. ibique in addit. tom. 1. Sprenger. l. 2. Inst. Jur. Publ. c. 1. Dan. Otto d. c. 17. Myler. de Stat. Imp. c. 11.* Statum Imperii remanere etiam, cum nihil amplius in Imperio possidet, præter titulos tumulosque majorum, statuentes) attamen sola Immedietas Statum non constituit, sed tum demum, si cum respectu ad Jus suffragii consideretur. In quocunque enim immedietas & jus sessionis ac suffragii conjunctim reperiuntur.

tur, in eo qualitatem Status Imperii adesse rectè dixeris, etiamsi ratione certorum bonorum alteri Statui juramento fidelitatis vel subjectionis quoque devinctum esse contingat, id enim non impedit, quo minus respectu cæterorum immediatorum bonorum etiam Immediati qualitatem retineat. Siquidem una eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa quoque rectè haberi, diversoque jure censeri potest. *R. I. de anno 1548.* §. Wiewohl auch ꝛc. 66. & §. Auch der Graffen von Tübingen ꝛc. 71. *Capit. Leopold. art. 44. in fin. Joseph. 43. Dn. Rhet. in Comm. ad Jus Feud. Comm. lib. 1. t. 1. §. 5. p. 127. seqq.* add. *Limn. 2. de J. P. c. 10. n. 6. ibique in add. tom. 1. & ad Cap. Carol. V. art. 8. p. 158.*

3. Sunt ergò Status Imperii, qui jus sessionis & suffragii in Comitiis habent, superioritate territoriali gaudentes. Exprimit hæc Statuum Imperii definitio essentiale Statuum constitutivum & consecutivum. Quorum illud in jure sessionis & suffragii in Comitiis Imp. collocatur, hoc in Superioritate Territoriali ponitur. Jus sessionis & suffragii propriam Civium verorum notam characteristicam sive formam internam esse, atque adeò verorum Ordinum & Statuum essentiam unicè constituere, ut nunquam ab iis abesse possit, probant *R. I. de anno 1548.* §. Wann auch ein ꝛc. ibi: nicht Stimm und Stand in Reichs-Versamlungen hat ꝛc. ex quo, ducto argumento à contrario

trario sensu, infertur: E. Welcher Stimm und Stand in Reichs-Versammlungen hat / der ist ein Reichs-Stand. *R. I. de anno 1509. tit.* Wie die Irrung der Session ibi: daß alle und jede Stände deß Reichs / weß Würden / Stands oder Wesens die seyen / so der Session oder Standes halben rc. *R. I. de A. 1544.* §. Und als sich im Anfang rc. ibi: Demnach wolten Wir rc. *R. I. de anno 1548.* §. Als sich auch rc. *anno 1559.* §. Als sich dann rc. *anno 1576.* §. Ferner und zum Siebenden rc. in quibus textibus qui sessionem in Comitiis habent, aut de ea cum aliis ratione prælationis certant, Status Imperii dicuntur. Et inconveniens esse videtur, Statum Reichs-Stand dici, nec tamen jus suffragii in Comitiis obtinere, quod innuere videtur Imperator in *R. I. de anno 1570.* Nachdem auch noch etliche rc. ibi: Damit den derselben rc. *add. R. I. de anno 1654. §. 197.* Agnoscunt hoc *Paurmeist. de Jurisdict. l. 1. c. 8. num. 4. Ludolph. Hugo de Stat. Region. Germ. c. 4. §. 12. Burgold. p. 1. d. 18. num. 8. Carpz. de L. R. Germ. c. 3. s. 2. num. 42. c. 5. s. 11. num. 29. quæst. 2. num. 11. seqq. ad Disput. Feudal. V. Maurit. Diss. de Matricula. §. 19. Conring. Diss. de Civib. Imp. Germ. §. 6.* Status Imperii solâ τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς κοινωνίᾳ censendos esse dicentes, secuti definitionem Civis Aristotelicam, quæ *l. 2. Pol. c. 1.* Contrarius autem est *Limn. tom. 1. add. ad l. 1. c. 7. num. 96. circa fin.* votum & sessionem in Comitiis tantùm acciden-

dentia Status esse, salvaque ejus essentia adesse & abesse posse, asserens, quam bene vero, ex dictis dijudicari potest.

4. Hoc jus suffragiorum (adeoque qualitatem & dignitatem Status) conferendi potestatem non solus habet Imperator, quanquàm dignitatem Principis, Comitis, &c. merenti solus conferre possit, sed gratiam alicui facturus Statuum, imprimis verò Consilii, cui quis jungendus, consensu tribuat necesse est. vid. *R. I. de anno 1548.* §. Nachdem auch 2c. ibi: So haben wir Uns mit den gemeinen Ständen/2c. *Capit. Leop. art. 44.* ibi *Monita Princ.* Quibus autem illud sub conditione promissum, conditione adhuc pendente, sub Civium Imp. censu haud comprehenduntur; Rectè tamen in illum referuntur, quibus purè per Decretum Cæsareum est concessum, ut apprehendere possint, quandocunque velint, licet actu secundo adhuc sessionem nondum obtinuerint, modò bonis immediatis sufficientter instructi. vid. *R. I. de an. 1570.* §. Nachdem auch 2c. *163.* & *R. I. de anno 1641.* §. Und demnach 2c. *97.* Sic nonnemo tradit Regem Sueciæ *anno 48. (Instr. Pac. art. 10. §. quarto)* ratione Pomeraniæ, Bremensis & Verdensis Ducatuum, cæterarumque annexarum ditionum in Statuum Imp. numerum cooptatum, pro tali ab eo tempore semper habitum, licet in Comitiis præteritis de *anno 1654.* sessionem nondum sortitus, sed in

præ-

præſentibus *anno 63.* demum Legatus ejus *Dn. de Lanken* eam actu conſecutus fuerit. Sed vid. *Auth.* der Grundſ. *p. 1. c. 5. §. 2. p. 39.* & *ſubſcript. Receſſ. de anno 1654.* Quibus de eodem ab aliis quæſtio movetur, meritò pro Civibus tamdiu habentur, donec ſententia nondum victi in Comitiis comparent, cum hos non ſine injuria Cives eſſe in præſentiarum negaveris, quod jus illorum morali certitudine à futura ſententia, quæ fortè nunquam futura, aut ſecus etiam cadere poteſt, pendeat.

5. Sed *Jus ſententiam in Comitiis dicendi* eſſentialem Status characterem eſſe dixi, ſoli vocationi ad Comitia verò ἐνέργειαν eandem nequàquam tribuo. Non enim ſequitur: *Vocatur quis ad Comitia. E. eſt Status Imperii.* Nam multi non modo immediati, ſed mediati quoque interdum eò vocantur, non ut ſuffragia ferant, ſed ad alium finem. Sic B. Lutherus ad ſui defenſionem à Carolo V. Wormatiam *anno 1521.* evocatus eſt. vid. *Strauch. Diſſert. Exot. 6. num. 19. Auth.* der Grundſ. *p. 1. c. 5.* Dein etiam ex errore vocari ſolent, qui minimè vocari deberent, omiſſis neceſſario vocandis. Exemplum in præſentibus Comitiis præbuit Civitas Magdeburgenſis, quæ ex errore vocata, ipſius Imperatoris Decreto Caſſatorio *ſub dato Viennæ die 13. Jan. anno 1663.* à jure Comitiorum rurſus excluſa. vid. *Scriptum* ſub tit. Ferner weitläger Bericht in Sachen deß Primat und Ertz-Stiffts

Stiffts Magdeburg contra die alte Stadt Magdeburg &c. Ex jure sessuræ ac dicendæ sententiæ in Imperialibus Diætis de jure competente ergò, ceu unica essentiali, fallique nescia notâ Statum Imp. æstimari, dignoscique denuò dicimus, & illud unicè formam essentialem Status constituere existimamus.

6. Alii aliis (ipsorum opinione) necessariis & essentialibus requisitis ac notis indubitatis Status Imp. definiunt. Sic *Limn. l. 1. c. 7. num. 86. & imprimis num. 91.* solam Matriculæ inscriptionem talem notam esse tradit, idque *tom. 2. addit. ad d. num. 91.* contra *Carpzov.* defendit *Mylerus de Stat. Imp. c. 11. Becker. l. 3. c. 2. num. 2. 5. 6. Just. Sinold. Schüz. v. 1. D. 6. t. 2. Sprenger. l. 2. c. 1.* eandem juri suffragandi in Conventibus Imper. addunt. *Gailius 1. O. 21.* illis duobus requisitis adjungit solutionem collectarum Imperio immediatè factam. Ast nequaquam hæc sunt essentialia, necessariaq; Status requisita, infallibilia argumenta. Quod enim immatriculationem attinet, certum est nullam Matriculæ in Republ. nostra ante illam, quam Sigismundus Imp. *anno 1431.* conscribi fecit, extare memoriam, ut rectè proditum à *Goldasto l. 2. de Regn. Bohem. c. 17.* Itaque nec ante illud tempus ullos fuisse Imper. Ordines consequeretur, quo nihil dictu est absurdius. Dein, quæ ab eo tempore singulis ferè Comitiis prodiere Matriculæ, ita à se invicem dissentiunt, ut vix

ut vix duæ ex omni parte conspirent. *Conring. de Civib. Imp. th. 47.* add. *Limn. tom. 1. addit. l. 1. c. 7. num. 70.* ubi causam hujus variationis assignat. Qua de re admoniti Status, præcedendentis seculi *anno 21. in Comitiis Wormatiensibus* correctiorem ediderunt, sed neque hanc ex omni parte perfectam. Nam secutis *Comitiis Augustanis 1548.* exhibuerunt Status Imperatori Carolo V. magnum catologum eorum, quos hinc quoque eximendos quisque putaret; Hinc tractatum est *anno 1570.* de loco, quo emendatior conficeretur Matricula, quæ res sæpius post repetita. vid. *R. I. de anno 1576.* **Demnach wir ferner** rc. 83. sed ne jam quidem ad optatum finem perducta est, cum hodieque haud exiguæ ea super re inter plurimos pendeant lites. Quæ cum ita sint, præsumptionem quidem pro Statu Matricula inducet, non argumentum, quod contraria probatione everti nequeat. *arg. l. 17. C. de fid. Instrum.* recte monente Viro quodam docto, **daß die Matricul von** *anno 1521.* **vor die Kays. Majestät und deß H. Reichs gerechte und gewisse Matricul zuhalten** (juxta *R. I. de an. 1576.* §. **Wann auch zu Franckfurt** rc. *anno 1594.* §. **wann auch bey voriger** tractation, rc.) **jedoch nicht ohn Unterscheid/sondern wie Kayserl. Majestät/ Chur-Fürsten und Stände die Dinge selbsten verstanden haben wollen/ nemblich** cum exceptione **vorbehaltener fernerer** Rectification, **auch Ergänzung**

derselben; Inserti enim sunt etiam ei non inserendi. vid. omnino *Dn. Eric. Mauric. dissert. de Matric. Imp. num. 20. seqq. 31. & seqq.* qui sub fine etiam suppeditat Cameræ Matriculam, quam *anno 1654.* Cameræ Fiscalis exhibuit. In collectis Imp. autem ea non admittitur, sed illa, cujus in Diæta Monasteriensi & Osnabrugensi, tum Norinbergæ postmodum, & in Comitiis *de anno 1653.* habita fuit ratio, prout eam refert *Gastelius de Stat. Europ. noviss. p. 2. c. 7. num. 67. p. 352. seqq.* & exhibet *Dn. Andler in suo corpore Constit. Imp.*

7. Magis hac in re sublestæ fidei est, (quod obiter moneo) quæ vulgò circumfertur Statuum in quaterniones distributorum Tabula, quicquid alias de illa Statuum divisione statuas vid. *Conring. de Civib. Imper. num. 40. 41. Limn. l. 1. c. 7. num. 37. seqq. ibique in addit. t. 1. & 2. Fritsch. de Quatuor-Viratu Imp.* diversimodè sentientes. Quid porrò amplissimo illi Catalogo tribuendum, quem ex *Melchiore Goldasto Limnæus l. 1. c. 8.* proponit, ex eo cuivis facilè apparere potest, quod Reges Angliæ, Franciæ, Sueciæ, Magnum Ducem Lithuaniæ, Archi-Episcopos Gnesnensem, Londensem, Pragensem, multosque alios Imperii Civibus accenseat, quos certissimum est tales nequaquam esse. Majorem equidem fidem his facta in Circulos relatio pro Civibus Imper. adstruere videtur; Sed nec hæc tamen certum est argumentum,

præ-

præterquam enim quod Rex Bohemiæ, quem non possumus non pro Cive Imperii agnoscere, cum *Strauchio Diss. Ex. 2. th. 12. circa fin.* cum ipsi Electores & Principes eum pro tali agnoscant, (in Replica, quam *anno 1610. sub dato 28. Jun.* in Conventu tunc Pragæ habito exhibuerunt Matthiæ Austriaco, Hungariæ Regi vid. *Limn. tom. 5. pag. 124. pr.*) in nullo Circulo contineatur, plures in Circulos relati sunt, qui Cives Imp. non sunt; vid. *Strauch. Diss. Ex. 1. th. 6.* ubi eorum aliquot recenset, qui Circulo Rhenano comprehensi.

8. Levius item pro Statu Imperii argumentum est, quod quis ad ærarium Imperii immediatè contribuat; Nam primo certum est posse etiam eum, qui indubiè jure Status gaudet, per speciale privilegium aut præscriptionem à Collectis Imp. eximi & liberari. *R. I. de anno 1548. §. 56. Limn. l. 1 c. 7. num. 97.* ubi hac immunitate Domum Austriacam, Sabaudum, Arnburgicum Principes, itemque Curiensem, Sedunensem Episcopos, Abbatissam Andlaviensem, &c. gaudere refert. Deinde plurimi contribuunt, à quibus prorsus alienum est Jus Status Imperii; cujusmodi sunt Nobiles Immediati, Franconiæ, Sueviæ & Rhenani. Ita ab Hanseatici fœderis Urbibus non semel aliquid exactum, quarum tamen pleræque Provinciales sunt. Sic & olim Poloniam aliquot auri libras quotannis Imperio nostro

2. Notandum autem hic non idem esse, *Membrum*, *& Statum Imperii esse*, sed hæc differre ut terminos magis & minus communes. Enim verò Status omnis Membrum est Imperii, sed non omne Membrum est Status. Sic Nobiles Imp. Immediati non minimum repræsentant Imperii Membrum, nec tamen Status sunt, quia jure Comitiorum destituti. Differunt porrò Statum esse & Imperio immediatè esse subjectum. Non enim in sensu absoluto inferre licet; *Est immediatus*. E. *est Status Imperii* prout perperam sentit *Dan. Otto de Jur. Publ. c. 17. p. m. 540.* id quod iterum exemplo Nobilium Imp. Immediatorum patet. add. *R. I. de anno 1555.* §. Diweil aber ꝛc. ibi: so dem Reich ohne Mittel unterworffen / und Reichs-Stände seyn. & *R. I. de anno 1564.* §. Und wollen Wir ꝛc. *ibi:* gegen denen, so nicht Stände deß Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen ꝛc. Necessarium equidem Status Imperii requisitum est, Imperio immediatè subjectum esse, (dem Reich ohne Mittel unterworffen seyn/) non modò ratione personæ, sed etiam ratione bonorum, (v. *Capit. Ferd. IV. art. 45. Leop. art. 44. Joseph. 43.* nec non *R. I. de anno 1654. §. 1654. §. 197.* ibi: Und solle forthin ohne vorgehende real Erfüllung ꝛc.) ita ut mediatus Imperii subditus, quatenus talis, non possit in Statuum numerum cooptari, aut pro tali haberi, non obstante *Inst. Pac. art. 16.*

§. 14.

§. *14. R.I. de A.1654.* §. Vnd gleichwie dieses ꝛc. *180.* (Contrarium asserere aliquando voluit *Limn. l. 1. c. 7. num. 99. & seqq. & l. 5. c. 10. n. 6.* ubi putatitio exemplo Ducis Würt. motus, expressis verbis concludit, etiam mediato nomen & qualitatem Status Imperii competere posse, & uti non omnes immediati sunt Status Imperii, ita nec omnes Status Imperii esse protinus immediatos. Verum secutis temporibus lubricam hanc suam esse sententiam cognoscens (verè autem lubricam fuisse constat ex traditis *Strauchii Diss. Exot. 10. th. ult.*) mentem quodammodo mutavit *tom. 1. add. ad l. 1. c. 7. num. 99. & tom. 2. ad l. 5. c. 16. num. 7.*) nec qui Status fuit, talis maneat, cum immediatis Imp. bonis omninò excidit sua voluntate, culpáve, quia τὸ jus sessionis & suffragii in Comitiis habere, quod est essentiale constitutivum Status in bonis immediatis est radicatum, adeoque non potest non eo deficiente deficere, (Dissent. rursus *Limn. l. 1. c. 7. num. 96. ibique in addit. tom. 1. Sprenger. l. 2. Inst. Jur. Publ. c. 1. Dan. Otto d. c. 17. Myler. de Stat. Imp. c. 11.* Statum Imperii remanere etiam, cum nihil amplius in Imperio possidet, præter titulos tumulosque majorum, statuentes) attamen sola Immedietas Statum non constituit, sed tum demum, si cum respectu ad Jus suffragii consideretur. In quocunque enim immedietas & jus sessionis ac suffragii conjunctim reperiuntur.

tur, in eo qualitatem Status Imperii adesse rectè dixeris, etiamsi ratione certorum bonorum alteri Statui juramento fidelitatis vel subjectionis quoque devinctum esse contingat, id enim non impedit, quo minus respectu cæterorum immediatorum bonorum etiam Immediati qualitatem retineat. Siquidem una eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa quoque rectè haberi, diversoque jure censeri potest. *R. I. de anno 1548.* §. Wiewohl auch ꝛc. *66.* & §. Auch der Graffen von Tübingen ꝛc. *71. Capit. Leopold. art. 44. in fin. Joseph. 43. Dn. Rhet. in Comm. ad Jus Feud. Comm. lib. 1. t. 1. §. 5. p. 127. seqq.* add. *Limn. 2. de J. P. c. 10. n. 6. ibique in add. tom. 1. & ad Cap. Carol. V. art. 8. p. 158.*

3. Sunt ergò Status Imperii, qui jus sessionis & suffragii in Comitiis habent, superioritate territoriali gaudentes. Exprimit hæc Statuum Imperii definitio essentiale Statuum constitutivum & consecutivum. Quorum illud in jure sessionis & suffragii in Comitiis Imp. collocatur, hoc in Superioritate Territoriali ponitur. Jus sessionis & suffragii propriam Civium verorum notam characteristicam sive formam internam esse, atque adeò verorum Ordinum & Statuum essentiam unicè constituere, ut nunquam ab iis abesse possit, probant *R. I. de anno 1548.* §. Wann auch ein ꝛc. ibi: nicht Stimm und Stand in Reichs-Versam̃lungen hat ꝛc. ex quo, ducto argumento à con-

trario

trario sensu, infertur: E. Welcher Stimm und Stand in Reichs-Versammlungen hat / der ist ein Reichs-Stand. *R. I. de anno 1509. tit.* Wie die Irrung der Session ibi: daß alle und jede Stände deß Reichs / weß Würden / Stands oder Wesens die seyen / so der Session oder Standeshalben 2c. *R. I. de A. 1544.* §. Und als sich im Anfang 2c. ibi: Demnach wolten Wir 2c. *R. I. de anno 1548.* §. Als sich auch 2c. *anno 1559.* §. Als sich dann 2c. *anno 1576.* §. Ferner und zum Siebenden 2c. in quibus textibus qui sessionem in Comitiis habent, aut de ea cum aliis ratione prælationis certant, Status Imperii dicuntur. Et inconveniens esse videtur, Statum Reichs-Stand dici, nec tamen jus suffragii in Comitiis obtinere, quod innuere videtur Imperator in *R. I. de anno 1570.* Nachdem auch noch etliche 2c. ibi: Damit den derselben 2c. *add. R. I. de anno 1654. §. 197.* Agnoscunt hoc *Paurmeist. de Jurisdict. l. 1. c. 8. num. 4. Ludolph. Hugo de Stat. Region. Germ. c. 4. §. 12. Burgold. p. 1. d. 18. num. 8. Carpz. de L. R. Germ. c. 3. s. 2. num. 42. c. 5. s. 11. num. 29. quæst. 2. num. 11. seqq. ad Disput. Feudal. V. Maurit. Diss. de Matricula. §. 19. Conring. Diss. de Civib. Imp. Germ. §. 6.* Status Imperii solâ τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς κοινωνίᾳ censendos esse dicentes, secuti definitionem Civis Aristotelicam, quæ *l. 2. Pol. c. 1.* Contrarius autem est *Limn. tom. 1. add. ad l. 1. c. 7. num. 96. circa fin.* votum & sessionem in Comitiis tantùm accidenden-

dentia Status esse, salvaque ejus essentia adesse & abesse posse, asserens, quam bene vero, ex dictis dijudicari potest.

4. Hoc jus suffragiorum (adeoque qualitatem & dignitatem Status) conferendi potestatem non solus habet Imperator, quanquàm dignitatem Principis, Comitis, &c. merenti solus conferre possit, sed gratiam alicui facturus Statuum, imprimis verò Consilii, cui quis jungendus, consensu tribuat necesse est. vid. *R. I. de anno 1548.* §. Nachdem auch ꝛc. ibi: So haben wir Uns mit den gemeinen Ständen/ꝛc. *Capit. Leop. art. 44.* ibi *Monita Princ.* Quibus autem illud sub conditione promissum, conditione adhuc pendente, sub Civium Imp. censu haud comprehenduntur; Rectè tamen in illum referuntur, quibus purè per Decretum Cæsareum est concessum, ut apprehendere possint, quandocunque velint, licet actu secundo adhuc sessionem nondum obtinuerint, modò bonis immediatis sufficientter instructi. vid. *R. I. de an. 1570.* §. Nachdem auch ꝛc. *163.* & *R. I. de anno 1641.* §. Und demnach ꝛc. *97.* Sic nonnemo tradit Regem Sueciæ *anno 48. (Instr. Pac. art. 10. §. quarto)* ratione Pomeraniæ, Bremensis & Verdensis Ducatuum, cæterarumque annexarum ditionum in Statuum Imp. numerum cooptatum, pro tali ab eo tempore semper habitum, licet in Comitiis præteritis de *anno 1654.* sessionem nondum sortitus, sed in

præ-

præſentibus *anno 63.* demum Legatus ejus *Dn. de Lanken* eam actu conſecutus fuerit. Sed vid. *Auth.* der Grundf. *p. 1. c. 5. §. 2. p. 39.* & *ſubſcript. Receſſ. de anno 1654.* Quibus de eodem ab aliis quæſtio movetur, meritò pro Civibus tamdiu habentur, donec ſententia nondum victi in Comitiis comparent, cum hos non ſine injuria Cives eſſe in præſentiarum negaveris, quod jus illorum morali certitudine à futura ſententia, quæ fortè nunquam futura, aut ſecus etiam cadere poteſt, pendeat.

5. Sed *Jus ſententiam in Comitiis dicendi* eſſentialem Status characterem eſſe dixi, ſoli vocationi ad Comitia verò ἐνέργειαν eandem nequàquam tribuo. Non enim ſequitur: *Vocatur quis ad Comitia. E. eſt Status Imperii.* Nam multi non modo immediati, ſed mediati quoque interdum eò vocantur, non ut ſuffragia ferant, ſed ad alium finem. Sic B. Lutherus ad ſui defenſionem à Carolo V. Wormatiam *anno 1521.* evocatus eſt. vid. *Strauch. Diſſert. Exot. 6. num. 19. Auth.* der Grundf. *p. 1. c. 5.* Dein etiam ex errore vocari ſolent, qui minimè vocari deberent, omiſſis neceſſario vocandis. Exemplum in præſentibus Comitiis præbuit Civitas Magdeburgenſis, quæ ex errore vocata, ipſius Imperatoris Decreto Caſſatorio *ſub dato Viennæ die 13. Jan. anno 1663.* à jure Comitiorum rurſus excluſa. vid. *Scriptum* ſub tit. Ferner weitläger Bericht in Sachen deß Primat und Ertz-

Stiffts

Stiffts Magdeburg contra die alte Stadt Magdeburg ꝛc. Ex jure sessuræ ac dicendæ sententiæ in Imperialibus Diætis de jure competente ergò, ceu unica essentiali, fallique nescia notâ Statum Imp. æstimari, dignoscique denuò dicimus, & illud unicè formam essentialem Status constituere existimamus.

6. Alii aliis (ipsorum opinione) necessariis & essentialibus requisitis ac notis indubitatis Status Imp. definiunt. Sic *Limn. l. 1. c. 7. num. 86. & imprimis num. 91.* solam Matriculæ inscriptionem talem notam esse tradit, idque *tom. 2. addit. ad d. num. 91.* contra *Carpzov.* defendit *Mylerus de Stat. Imp. c. 11. Becker. l. 3. c. 2. num. 2. 5. 6. Just. Sinold. Schüz. v. 1. D. 6. t. 2. Sprenger. l. 2. c. 1.* eandem juri suffragandi in Conventibus Imper. addunt. *Gailius 1. O. 21.* illis duobus requisitis adjungit solutionem collectarum Imperio immediatè factam. Ast nequaquam hæc sunt essentialia, necessariaq; Status requisita, infallibilia argumenta. Quod enim immatriculationem attinet, certum est nullam Matriculæ in Republ. nostra ante illam, quam Sigismundus Imp. *anno 1431.* conscribi fecit, extare memoriam, ut rectè proditum à *Goldasto l. 2. de Regn. Bohem. c. 17.* Itaque nec ante illud tempus ullos fuisse Imper. Ordines consequeretur, quo nihil dictu est absurdius. Dein, quæ ab eo tempore singulis ferè Comitiis prodiere Matriculæ, ita à se invicem dissentiunt, ut vix

ut vix duæ ex omni parte conspirent. *Conring. de Civib. Imp. th. 47.* add. *Limn. tom. 1. addit. l. 1. c. 7. num. 70.* ubi causam hujus variationis assignat. Qua de re admoniti Status, præcedendentis seculi *anno 21. in Comitiis Wormatiensibus* correctiorem ediderunt, sed neque hanc ex omni parte perfectam. Nam secutis *Comitiis Augustanis 1548.* exhibuerunt Status Imperatori Carolo V. magnum catologum eorum, quos hinc quoque eximendos quisque putaret; Hinc tractatum est *anno 1570.* de loco, quo emendatior conficeretur Matricula, quæ res sæpius post repetita. vid. *R. I. de anno 1576.* Demnach wir ferner 2c. 83. sed ne jam quidem ad optatum finem perducta est, cum hodieque haud exiguæ ea super re inter plurimos pendeant lites. Quæ cum ita sint, præsumptionem quidem pro Statu Matricula inducet, non argumentum, quod contraria probatione everti nequeat. *arg. l. 17. C. de fid. Instrum.* recte monente Viro quodam docto, daß die Matricul von *anno 1521.* vor die Kays. Majestät und deß H. Reichs gerechte und gewisse Matricul zuhalten (juxta *R. I. de an. 1576.* §. Wann auch zu Franckfurt 2c. *anno 1594.* §. wann auch bey voriger tractation, 2c.) jedoch nicht ohn Unterscheid/sondern wie Kayserl. Majestät/ Chur-Fürsten und Stände die Dinge selbsten verstanden haben wollen/ nemblich cum exceptione vorbehaltener fernerer Rectification, auch Ergänzung

derſelben; Inſerti enim ſunt etiam ei non inſerendi. vid. omnino *Dn. Eric. Mauric. diſſert. de Matric. Imp. num. 20. ſeqq. 31. & ſeqq.* qui ſub fine etiam ſuppeditat Cameræ Matriculam, quam *anno 1654.* Cameræ Fiſcalis exhibuit. In collectis Imp. autem ea non admittitur, ſed illa, cujus in Diæta Monaſterienſi & Oſnabrugenſi, tum Norinbergæ poſtmodum, & in Comitiis *de anno 1653.* habita fuit ratio, prout eam refert *Gaſtelius de Stat. Europ. noviſſ. p. 2. c. 7. num. 67. p. 352. ſeqq.* & exhibet *Dn. Andler in ſuo corpore Conſtit. Imp.*

7. Magis hac in re ſubleſtæ fidei eſt, (quod obiter moneo) quæ vulgò circumfertur Statuum in quaterniones diſtributorum Tabula, quicquid alias de illa Statuum diviſione ſtatuas vid. *Conring. de Civib. Imper. num. 40. 41. Limn. l. 1. c. 7. num. 37. ſeqq. ibique in addit. t. 1. & 2. Fritſch. de Quatuor-Viratu Imp.* diverſimodè ſentientes. Quid porrò ampliſſimo illi Catalogo tribuendum, quem ex *Melchiore Goldaſto Limnæus l. 1. c. 8.* proponit, ex eo cuivis facilè apparere poteſt, quod Reges Angliæ, Franciæ, Sueciæ, Magnum Ducem Lithuaniæ, Archi-Epiſcopos Gneſnenſem, Londenſem, Pragenſem, multosque alios Imperii Civibus accenſeat, quos certiſſimum eſt tales nequaquam eſſe. Majorem equidem fidem his facta in Circulos relatio pro Civibus Imper. adſtruere videtur; Sed nec hæc tamen certum eſt argumentum,

præ-

præterquam enim quod Rex Bohemiæ, quem non possumus non pro Cive Imperii agnoscere, cum *Strauchio Diss. Ex. 2. th. 12. circa fin.* cum ipsi Electores & Principes eum pro tali agnoscant, (in Replica, quam *anno 1610. sub dato 28. Jun.* in Conventu tunc Pragæ habito exhibuerunt Matthiæ Austriaco, Hungariæ Regi vid. *Limn. tom. 5. pag. 124. pr.)* in nullo Circulo contineatur, plures in Circulos relati sunt, qui Cives Imp. non sunt; vid. *Strauch. Diss. Ex. 1. th. 6.* ubi eorum aliquot recenset, qui Circulo Rhenano comprehensi.

8. Levius item pro Statu Imperii argumentum est, quod quis ad ærarium Imperii immediatè contribuat; Nam primo certum est posse etiam eum, qui indubiè jure Status gaudet, per speciale privilegium aut præscriptionem à Collectis Imp. eximi & liberari. *R. I. de anno 1548. §. 56. Limn. l. 1 c. 7. num. 97.* ubi hac immunitate Domum Austriacam, Sabaudum, Arnburgicum Principes, itemque Curiensem, Sedunensem Episcopos, Abbatissam Andlaviensem, &c. gaudere refert. Deinde plurimi contribuunt, à quibus prorsus alienum est Jus Status Imperii; cujusmodi sunt Nobiles Immediati, Franconiæ, Sueviæ & Rhenani. Ita ab Hanseatici fœderis Urbibus non semel aliquid exactum, quarum tamen pleræque Provinciales sunt. Sic & olim Poloniam aliquot auri libras quotannis Imperio nostro

ſolviſſe, nec tamen Statum In
ſuffragii in Conventu Proce
habuiſſe, refert *Conring. de Civi*
hæc penſio ad collectas & co
perii, de quibus hic ſermo, quo
mi dixerim, non pertinuit.
facile eſt judicare, quid ſenti
finitone Status *Myleri. cap.*
Reichs-Stände.

9. Cum autem *R. I. de ann*
Cap. Ferd. IV. art. 45. Leop.
cautum, ut, qui in numerum St
ptari, ſive participationem Ju
petit, ſibi de bonis immediat
ctis dignitatis ſuæ conſervatio
ve dignitati adæquatis (feuda
ſint, nihil referre videtur. *Dr*
Jus Feud. l. 1. t. 1. pag. 65.) pro
tequam hæc acquiſiverit, admi
Num proinde τὸ *Statum Imperi*
nii qualitas, anno verò potius p
Pro prioris affirmativa facer
text. & quod pro territorion
votorum ac ſuffragiorum in
pluralitas. Conf. *Inſtr. Pac. a*
niter tamen contrarium ſcil.
patrimonii qualitatem, ſed p
tem, non glebæ precium, ſed
ac Ordinum Imp. præmium e
Limn, l. 1. c. 7, num. 96. Spreng.

Myler. de Stat. Imp. cap. 11. n. 9. ibique allegati. Dixerim illud prærequiſitum, ut nempe jus ſuffragii expetens feuda regalia in Imperio poſſideat, non ingredi eſſentiam Civis Germanici, ſed ad ejus conſtitutionem ſe habere tanquam cauſam ſine qua non, cujus rei vel id ſaltim argumento eſt, quod ſpeciali indultu ea neceſſitas talia feuda poſſidendi alicui certo modo remitti poſſit, ut nihilominus ipſi ſeſſio & votum concedatur, quod fieri non poſſet, ſi eſſentiam Status ingrederetur. vid. *ſupra ſect. 1. cap. 7. n. 5.* Ad alterum, quod pro numero Principatuum, Dynaſtiarum, &c. unus idemque pluribus votis gaudeat, dico, non eſſe novum, ut unius ex illis, qui ſine ullo reſpectu ad patrimonium habito ad Conſultationes admittuntur, ſententia ſola prærogativâ perſonali ſententiis duorum aut plurium æquipolleat; Quamvis ergo hic prærogativa intuitu rei tribuatur, non tamen propterea ipſum jus, quod occaſione rei tanquam cauſæ extrinſecus moventis auctum, natura ſua perſonale, in reale degenerat.

10. Sed ſatis de Statuum Eſſentiali Conſtitutivo. Conſecutivum conſtituitur Superioritas Territorialis. Quicunque enim gaudet Jure ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis, adeoque Status Imp. eſt, ille etiam jure Superioritatis gaudet, ex mente *Strauchii Diſſ. Exot. 4. th. 22.* jus namque ſuperioritatis ipſi eſt pro-

pria affectio & eſſentiale con
ſive Civis Imperii, ita, ut poſ
litate Status ponatur vel nego
le, ac vice verſa.

11. Dividuntur præcipu
bra ſive Status Imperii. I.
quarum 1. Electores. 2. A
3. Epiſcopos & Abbates Pri
cipes Seculares. 5. Præla
6. Comites & Barones. 7
riales continet. Schema ex
9. c. 7. num. 49. correctum *to*
iis, quæ ſe aliter habere cœpe
mitiis Imperii in *tres Senatus*
vid. ſupra *ſect. 1. cap. 30. num.*
terniones, v. gr. quatuor Duc
chiones, &c. vid. Schema ap
num. 38. Nonnulli author
Ottonem III. Imp. ſed cum
Brunſvicenſes, 2. inter IV.
ringiæ & Haſſiæ Landgravii
mnes autem diu poſt Otton
Et porro 3. Comites Sabau
Comites referuntur, tum te
rii noſtri Status, ſed regni
cum Imperio noſtro nullum
commercium, Proceres fuer
4. à Friderico I. Barbaroſſa c
Civitatum Imperialium rec
tiores illi incertam adſcribe
lunt. vid. *Fritſch. de Quatu*

Exerc. J. P. 14. Utut vero nec de authore, nec de ratione ac fine ejus constet, quia tamen in *R. I. Erfurt. de anno 1567.* §. darauff wir nach Außweiß/ etc. 3. Comitibus à Schwartzburg titulus der VierGraffen deß Reichs tribuitur, eumque ipsi etiamnum hodiè agnoscunt, 2. Carolus de Frawenberg/ *R. I. de anno 1557.* subscripsit, deß Heil. Römischen Reichs Erb-Ritter. 3. In *Comitiis Augustanis anno 1500.* Maximilianus Imp. Wolffgangum de Weissenbach/ in locum familiæ Meldingensis, quæ itidem inter IV. Milites referebatur, surrogavit. 4. In Memoriali Episcopi Monasteriensis in Comitiis Ratisb. *anno 1653. d. 25. Apr.* exhibito disertè dicitur: Daß die Burggraffen zu Stromburg unter den 4. Burggraffen deß Reichs die Ersten gewesen/ eam non omninò rejiciendam, sed imò tanquam Imperiali authoritate approbatam retinendam esse censent *Limn. d. l. num. 44, ibique addit. Fritsch. cit. loc. Conringius* verò *Diss. de Civib. Imp. th. 40. & tr. de fin. Imp. c. 29. ac Fr. Iren. p. 3. D. 6. & 7. p. 60.* velut ineptum otiosorum hominum commentum prorsus rejiciunt, dicentes, satis superque constare, multa meris commentis subnixa stylo curiæ ac monumentis publicis per incuriam irrepsisse, nec ex eo, quod Episcopus Monast. eam ex errore pro vera habuerit, ipsi fidem ac authoritatem conciliari posse. Quibus nec ipse *Limn. ac Fritschius* quoad alteram

illam in quaterniones itidem
num tabulam, à *Goldasto tom*
34. præfat. exhibitam, & *Lim*
tam, quæ priori ab eodem *al*
bitâ, nonnihil antiquior & p
suum denegant, uno ore fa
aliud esse, quam lusum que
pti hominis, qui, ut multos c
ficeret, totius orbis Respub
nugis concutere, &c. Sanè
tuum divisionem per Quatuo
raprotos vix ullius esse usus,

12. IV. Intuitu Religionis
cos, *Lutheranos & Calvinian*
Illi alio nomine Pontificii &
quod Pontificis vel Papæ (q
Limn. ad Cap. Car. V. art. 1.
131.) sequantur vestigia, pri
licorum sc. iis præ aliis arric
Mind. l. 2. Proc. c. 33. num. 3
gelici (die Evangelische Stä
Confeß. addicti (die Augs
sions Verwandte) ac Prote
stierende) dicuntur, ex eo,
Octobr. a. 1529. Imperator C
Spirensibus iis injungeret, u
matiense, quod majoribus
tis, de persequendis Luth
erat, ratum haberent, pu
protestati fuerint, se salva c

tum hoc approbare vel obſervare non poſſe, neque eodem teneri. Capita Proteſtantium tùm fuere Elector Saxon. & Philippus Landgravius Haſſiæ, reliqui Georgius Marchio Brandenburgicus, Philippus, Erneſtus & Franciſcus Duces Brunſuicenſes & Luneburgenſes, Wolffgangus Princeps Anhaltinus, Gebhardus & Albertus Comites Mansfeldenſes, Argentoratenſes, Norinbergenſes, Conſtantienſes, Ulmenſes, Isnenſes, Reutlingenſes, Memmingenſes, Lindavienſes, Heilbronnenſes, Campidonenſes, Weiſſenburgenſes, Weinshemienſes, Nordlingenſes *Sleidan. l. 6. Hiſt. in fin.* Cum autem in literis Plenipotentiarii Cæſarei Noviomagum ad Tractatus Pacis miſſi, Proteſtantes Acatholici dicerentur, de inuſitato hoc termino in Comitiis Ratisb. publicè conqueſti ſunt. vid. *Fritſch. in annot. ad Inſtr. Pac. p. 679. ſeq.* Hi, qui nobis Calviniani dicuntur, quod Calvini ſequantur dogma, & aliàs Reformati quoque audiunt, in Galliis vocantur Hugonottæ, nonnullis quidem à teſſerâ conſpirationis, aliis verò ab Hugone Capeto, Comite Pariſ. tertiæ familiæ Regum Galliæ Capite, rectius tamen ab aliis à portâ Hugonis in Urbe Touronenſi hoc quicquid eſt nominis accepiſſe putantur, quia ſæpius nocturnos ſuos cœtus ibi celebrarunt. vid. *Bouſſier. lib. 18. Hiſtor. Fr. Limn. l. 1. c. 7. num. 61.*

Add. *Sprenger. Lucern. mod. Stat. Imper. c. 2. p. m. 218. seq.*

13. Introducta quoq; haud ita pridem est distinctio Statuum, ratione dignitatis, (jure enim superioritatis & suffragii in Comitiis omnes pares sunt,) in *Superiores*, quo nomine Electores ac Principes, & *Inferiores*, quo cæteri veniunt. Et nunquam quidem repugnarunt, quo minus illi nomine der Höhern Collegien insigniti fuerint, sed appellatio der Höhern Stände iis initio non parum suspecta fuit. Ex actis tamen superiorum Comitiorum constat, periisse pòst suspicionem illam, passimque Electoribus & & Principibus appellationem istam à reliquis, de cætera sua authoritate tamen sibi sedulo caventibus, tributam fuisse. vid. *Dn. Kulpis de Legat. Stat. c. 4. num. 12.*

14. Nuperrimè *Cæsar. Furstenerius in tr. de Jure Supremat. c. 12.* potentiæ, viriumque intuitu, eos distinxit in *Principes Majores vel Armipotentes, ac Minores Dynastas*, hoc sensu, ut in eorum numero habeantur Electorum ac Principum illi soli, qui majus territorium habent, & præter libertatem, vires non tantùm domi subditos manu militari regendi, sed & exercitum extra fines ducendi, & armis, fœderibus, legationibus, ac cæteris Juris Gentium functionibus, aliquid momenti ad rerum Europæ summam conferendi, uno verbo, qui jure Suprematus gaudent, qua vocula denotentur

tentur

tentur, qui exteris *Souverains* aut *Potentats* soleant appellari, quorum nunquam magnus fuerit numerus. Inter Minores autem referantur Civitates, Comites, Principes tales, qui quidem suum territorium, confesso jure, manu militari obtinent, & subditos præsenti potestate continere in officio possunt, adeoque Superioritatem Territorialem, quæ in hoc ex mente ejus consistit, non vero Suprematum habent, cum non possint adversus exteros copias educere, nec aliquid rebus generalibus momentum adjicere authoritate sua, quique belli ac pacis socii nunquam, aliquando tantùm appendices censeantur; & ut illi insuper cum Regibus quodam fraternitatis jure contineantur, & longo licet potentiæ intervallo, gradu tamen potius, quàm specie dignitatis distinguantur. De qua Statuum distinctione vide judicium *Dn. Joh. Georg. Kulpis d. l. n. 14.* add. Discursus de Jure Suprematus adversus Cæsar. Furstenerium, qui Hyetopoli anno 1687. prodiit, & Annotat. Anonymi Coloniæ Allobrogum 1682. jam typis exscriptæ.

CAPUT II.

De Electoribus in genere, eorum Origine & Iuribus singularibus, quibus præ cæteris Statibus Imp. gaudent.

Pri-

PRimas inter Ordines Imperii tenent Electores, nobiliores utpote post Caput partes Reipubl. continentes, gestalten Ihre Hoheit und Authorität/ mit eines Römis. Kaysers Gewalt und Hoheit/ daher sie auch fleußt/ dermassen verbunden/ daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden/ auch ohne die andere nicht bestehen kan/ hincque Obriste Vätter und Rathgeber der Teutschen Nation ap. *Hortleder. de causis belli Germ. l. II. c. 37. p. m. 292.* Palmites Imperiales, & propinquiora Membra Imperii, (in *A. B. proœm.* & *c. 2. §. 5.* ac *Capit. Leop. art. 46. pr.*) Candelabra lucentia, quibus in unitate Spiritus Sacrum illuminatur Imperium, *(d. proœm.)* Solidæ bases Imperii, Columnæ proceres & immobiles, quæ sacrum Imperii ædificium circumspectæ prudentiæ pietate sustentant, *A. B. c. 3. §. 1. c. 12. §. 1.* Pars corporis Imperatoris, *c. 24.* audientes. Dicuntur *Electores* à potestate eligendi Caput Imperii, qua ex consuetudine *A. B.* firmatâ gaudent, ut in vernaculâ Chur-Fürsten à Churen seu Köhren/ quod Germanis priscis fuit eligere, ex quo nobis remansit, außerkohren/ quod idem est ac außerwehlet/ vel Wahl-Fürsten oder Wahl-Herren à verbo wehlen. A numero septenario, quo Collegium eorum olim constitit, diu *Septem-Virorum* nomen gessere, hodiè verò Electoratu octavo publicæ tranquillitatis causa instituto *Instr. Pac. art. 4. §. Quod ad Domum, &c.*

ca ra-

ea ratione *Octo-Viri* appellantur. In *Notit. Ordd. Imp.* ap. *Goldast. Proœm. in T. 1. Const. Imp.* inscribuntur *Archi-Principes*, qui titulus quoque iis tribuitur *in Edicto Sigismundi Imp. de incompetentia Concilii in judicandis causis Princip. Imp.* §. 2. & *Rescripto de anno 1434. ad Concil. Basileense.*

2. In investigandis primis Sanctissimi hujus Ordinis initiis & incunabilis, maximoperè laborant Historici pariter ac Jur. Public. Doctores, mireque in natalibus ejusdem definiendis variant. Primo enim quidam constitutionem Incluti hujus Collegii Carolo M. primo Germanorum Imperatori (sed contra omnem Historiarum fidem) adscribunt. Alii secundò Ordinem VII. Electorum Ottonis III. Imp. hujusque consanguinei Gregor. V. Papæ temporibus, lata peculiari Constitutione, introductum esse existimant; hæcque per duo secula constans Dd. fuit opinio, quæ etiam hoc ipso à *Simone Schardio, Juris-Consulto & Cameræ Imp. Assessore, Christophoro Gevvoldo*, it. *Windeckio*, pecularibus scriptis magno molimine propugnata est. De anno autem, quo Constitutio illa lata sit, sententiæ hujus Patroni non omnino conveniunt (*Petrus de Andlo* enim an. 1004. *Jac. Bergomas* an. 994. *Matth. Stephani l. 1. de Jurisdict. p. 1. c. 5. num. 2.* an. 996. aut 97. *Platina in vita Gregor. V.* an. 1002. *Abbas Urspergensis* an. 999. *Sleidan. l. 3. de Monarch.* an. 1000. vel

vel circiter nominant) ut nec de authore certo, aliis eandem Gregorio V. aliis Ottoni III. Imp. aliis utrique tribuentibus. Tertiò *Cardinalis Cusanus de concord. Cathol. l. 3. c. 4.* in Henrici (quem Sanctum & Claudum appellant Historici) tempora Originem Electorum refert. Quartò *Theod. de Niem, celebris circa tempora Ruperti Palatini Historicus, Nemoris sui c. 31.* Conrado II. eorundem constitutionem adscribit. Quintò *Peucerus in Chron. lib. 4. in Ottone III. & Frid. I.* sub Frider. I. à rubore barbæ Barbarossa dicto, Collegium Electorum cœpisse autumat. Sextò *Aventinus l. 5. annal. Bojoar. Onuph. Panvin. libello aureo de Comitiis Imperatoriis*, & *Crusius in Annal. Suev. p. 2. lib. 5. c. 7.* post tempora Friderici II. illud cœpisse tradunt. Septimò *Michael Beutherus de Septemviratu Principum Electorum, quando is cœperit*, ad Carolum IV. illius initia refert. Denique *Goldastus* Ottoni IV. institutum hoc alicubi tribuerat, sed se deceptum fuisse, atque alios decepisse, ingenuè ipse est fassus *lib. 3. de Regn. Bohem. c. 5. num. 9.*

3. Quanquam autem illa *num. secundo* relata sententia (reliquæ enim paucos repererunt, qui illas approbarint,) tam pervulgata, ut magis communis dici merito queat, judice *Heigio p. 1. q. 3. num. 13.* quia tamen Constitutio illa nusquam exstat, (illa Sanctio enim quæ à *Petr. Bizar. Hist. Genuens. lib. 23. & Gold. Tom. 3. Const. Imp.*

Imp. pag. 371. *sub nomine Ottonis IV. Imperat.* exhibetur, omnino suspecta est, & inter alia hocquoque eam falsitatis arguit, quod Regis Bohemiæ mentionem faciat, qui tamen Ottonis tempore nondum fuit. vid. *sect. 1. c. 7. n. 1.*) deque ea apud Scriptores omnes, minima maxima cæteroquin annotantes, altum silentium, contra verò satis liquidum est, etiam post fata Ottonis III. ad Fridericum II. usque Imperatores non solum illorum septem, sed aliorum etiam Principum consensu & suffragiis ad Imperium pervenisse, (quod *Dietmari*, *Wipponis*, *Ottonis Frisingensis*, ac aliorum authoritatibus ostendere satagit *Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. c.3. aph.7.*) rectè ab ea discesserunt post *Aventinum*, *Onuphrium Panvinium*, *Baronium*, (qui quod ad tempus attinet optime sentiunt, sed in authore, quem *ille* Gregorium X. *hic* Innocentium IV. fuisse tradit, assignando, graviter aberrant, & cum ipsis, qui in eo fidem illis tribuunt. vid. *Limn. tom. 4. ad l. 3. c. 1. & ad Capit. Carol. V. art. 28. p. 294.*) *Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 17. Thuan. l. 2. Hist. Mallinckrot. de Archi-Cancell. l. 2. c. 3. Conring. Disp. de Elector. & in Not. ad Lampad. p. 3. c. 4. num. 1. 2.* ac *ad Bullam Innocentii X. p. 193. & seq. Strauch. Diss. Ex. 2. th. 1. Limn. ad A. B. cap. 1. §. 1. Obs. 6. Beckm. Not. Dign. Illustr. D. 8. c. 2. th. 4. Dn. Rhet. Com. ad Jus Feud. l. 1. t. 1. p. 66. seq.* & *in Instit. Jur. Publ. lib. 1. tit. 6. §. 4.* Cum quibus posterioribus

bus transeuntes dicimus,
ptem-Virorum Collegium
tempora Friderici II. cœpi
Constitutione Pontificis aut
pote cum illi nullum fuerit ju
re alieni juris, quicquam d
non competierit potestas ci
rum, quorum interfuit, ju
adimere, certis autem dur
vel relinquere; Nec uno actu
lege primò jus hoc eligendi
rum ad VII. Electores transi
tim per usum Ordinibus rel
servantibus, vel, ut incom
dine eligentium provenient
ita fieri permittentibus, a
Tandem verò ut quieti Impe
leretur, ipsis à Carolo IV.
A.B. unà cum aliis præem
tum fuisse, sicque quod con
expresso Ordinum consens
nomen Juris scripti transiisf
nis fundamentum ex ipsa *A.*
ejusdem capitibus, petiit *I*
plures in sequentibus circa
commissos errores notans.

4. Neque ad communem
Ottonis III. temporibus El
adscribentem (novissimè qu
Schütz. vol, 1, D. 2. th. 6. Jo

Elect. Orig. & potest. q. 4. Aubery de pratens. Regis Gall. sup. Imp. c. 3. Herm. Herm. F. I. P. c. 12 n. 2. Magnif. Dn. Mauritio Diss. de Orig. Elect. & Comit. Elect. c. 1. defensam) amplectendam nos movere potest Electoris Moguntini testimonium, quod *Sabinus in Electione Caroli V. descripta* sic recenset: *Hæc certamina, ut ad posteritatem caveret Otto III. gravissimo consilio, & comprobante Rom. Pontifice, Collegium Electorum instituit, cujus Collegii Sapientia, & fide jam annos quingentos Imperii possessio in hac natione relinqueretur. quod non Germanicæ nationi tantum gloriosum, sed & toti Europæ multis modis salutare est.* Nam 1. adhuc dubium est, an hæc ita à Moguntino pronunciata fuerint, nec ne, *Sleidanus* enim qui ejusdem Moguntini Orationem exhibuit *lib. 1. de Stat. Relig. & Reip p 16. seq.* dicti hujus non meminit. 2. Posito, hæc ita Moguntinum protulisse, & opinionem eorum, quæ ante ipsum hæc tradiderunt, secutum fuisse, an propterea error ille veritatem loco pellere poterit? minimè, nam nec ipsi Imperatori quid historicè asseveranti omnino credendum. *Gilken. de præscript. p. 3. c. 3. n. 198.*

5. Sequuntur Electorum Jura & Privilegia. Quæ vel ipsis cum cæteris Statibus communia sunt, vel jure præcipui & loco eximii præ cæteris Imp. Ordinibus iis competunt & debentur, A. B. continuo usu, & succedanea legum, Decretorum & Recessuum Imp. ordinatione

firmata. Illa jam non veniu
tionem. Inter hæc 1. maxim
ſemper totale, formale, ſole
impermixtum, legale & per
ſubſiſtens, proprium & ſing
Collegium tam in Conventib
omni reliquo tempore extra
omnia negotia expedienda ha
innixum eſt Pactum Unionis
Electorium appellatur, eſtque
verſale, omnium ſc. Electoru
cepto Francofurti *anno 1438.*
anno 1446. ibidem à Friderico
tum, poſt Geilnhuſi *anno 1502.* a
1521. repetitum (vid. *Goldaſt*
Händeln. *p. 8. t. 3. p. 217. Limn*
c. 2. num. 72. Dn. Thulemar in
29. n 34. ubi refert, eos in illiu
aquilam gemmis coruſcantem
ſam.) ac modo *Anno 1652.* m
Ferdinando III. Imperat. Prag
renovatum, ſi verum, quod tra
meier. de Comit. Imper c. 4. p. 1
ta quisque quamprimum regin
aggreſſus ſit, vicino Co-Electo
ticulare quatuor Electorum R
ſaliæ ad Rhenum *anno 1519.* ten
inſtitutum. *Goldaſt. de Bohem.*

6. 3. Jus Electorum præcip
ipſi ſoli juxta tenorem *A. B.*

c. 19. Caput populi Christiani, Regem videl. Rom. in Cæsarem promovendum, eligant. vid. supra *sect. 1. cap. 2.* 4. Quod habeant, Jus, quoties & ubi visum fuerit, particularia Comitia agendi, habendi, Imperatore id nullo modo nec prohibere, nec impedire, nec ægrè ferre valente. Dicuntur Comitia hæc Electoralia in vernacula nostra vulgò Churfürsten-Täge / Collegial-Täge / quorum nullum unquam seculum fuit feracius hoc, in quo adhucdum vivimus; Sunt autem duplicis generis, nam vel Cæsaris monitu, vel proprio Electorum motu & Consilio instituuntur. Priora sunt Conventus Imperatoris & septem Electorum, Cæsaris authoritate per Moguntinum Electorem indicti, ubi de Imperii, orbisque salute, & adhanc pertinentibus negotiis, consultatur & agitur: Posteriora sunt conventus eorundem Electorum, ad quos toties à Moguntino evocantur, quoties id vel totius Imperii necessitas, vel Collegii Electoralis judicium ac authoritas postulaverit. vid. *A. B c. 21. Capit. Carol. V. art. 5. Ferd. I. art. 4. Maxim. II. art. 3. Rudolphi art 4. Matth. art. 4. Ferd. II. art. 4. Ferd. III. IV. art. 5. Leop. & Joseph. art. 6.* Hoc jus coëundi non primum Caroli IV. Imp. indultu Electores obtinuisse, ut *Arum. de Comit. c. 2. num. 29.* quidem existimat, sed jam ante ejus ætatem sive Imperium habuisse, ipse Carolus IV. disertis significat verbis in *A. B. c. 12.* ibi:

Ut Electores frequentius solito congregentur. Perinde nec hoc, quod *Arum. Disc. 5. ad A.B. thes. 20.* & ipsum secutus *Carpz. d. L. R. Germ. c. 5. sect. 7. n. 11.* Carolum IV. sanctione *A. B.* Electoribus congregationem inscio Imperatore singulis annis instituere permisisse scribit, tolerari potest. Contrarium enim manifestò evincunt verba Caroli IV. in *d. c. 12.* ibi: *Per nos & eosdem Principes celebretur*, quibus si inhæserimus, omnino dicendum videtur Conventus Electorales ex *A. B.* præterito aut inscio Imperatore institui aut peragi non licuisse, sed si usum temporum, quæ *A. B.* subsecuta sunt, respiciamus, distinguendum cum *Limn. ad A. B. cap. 12. §. 2. Observat. 13.* inter Conventus Electorales ab Imperat. vel ad hujus instantiam à Moguntino indictos, & illos, qui à Moguntino proprio motu, vel ad instantiam alicujus ex Collegio Electorali, aut alio Electore (*vid. Fratern. Union. inter Electores anno 1521. Worm. renovat. §. 7. 9. & 16.*) indicuntur. Prioris generis Conventus non nisi sciente Imperatore instituuntur, in quibus ipse quoque vel personaliter, vel per legatos comparere solet. Posterioris generis verò eo ignorante indici, vix tamen inscio peragi possunt. Ex *A. B.* Conventuum jure Bohemus quoque gaudebat, sed consuetudine tempora *A. B.* excipiente & ad nostra continuata, ab Impp. quoque ipsisque Bohem. Regibus approbatâ, ad eosdem admitti desiit.

desiit. Ita enim in Capp. Impp. saltem 6. Electorum, usque ad tempus, quo numerus illorum auctus, (tunc enim septem) mentio facta fuit, ut omnino tunc & hodiè unus (illum autem Bohemum esse, ex verbo gedachten / juncto *pr. Cap.* cognoscitur) exclusus deprehendatur *Carpz. d. L. R. c. 5. sect. 8. num. 7. seqq. num. 34. Limn. lib. 9. I. P. c. 1. num. 232. & ad A. B. c. 12. §. 2. Observ. 3.* Si tamen incidenter in tali Conventu Electorali de Electione Regis Rom. agatur, Bohemum etiam evocandum dixerim, vigore cautionis Uladislao Bohem. Regi à cæteris Co-Electoribus *anno 1489.* desuper traditæ, quam habet *Goldastus p. 2.* der Reichs-Satzungen. *pag. 178. Limn. d. l. O. 4.*

7. Quamvis autem *A. B.* personalem Electorum præsentiam exigere videatur, Fraterna tamen Unio inter Electores *anno 1521.* renovata *§. 9. & 17.* & observantia, quæ optima LL. interpres, Legatos quoque admittit, fecitque eadem tempus, quo, & locum, ubi Comitia hæc habenda, hodiè arbitrarium. vid. *Limn. d. l. Observ. 8. 9. 10. Schütz. vol. 1. D. 7. th. 20. lit. G. Herm. Herm. Fasc. Jur. Publ. c. 12. num. 12. Rachel. de Comit. Elect. th. 16. 26. 31. 33.* Causas Conventibus hisce tractandas *A. B. c. 12. §. 1.* his generalibus comprehendit verbis: *ad tractandum de ipsius Imperii, orbisque salute.* In der Churfürstl. Brüderl. Vereinigung *anno 1521.* de iisdem legitur *§. 1.* Von Nutz und Nothurfft

deß Heil. Röm. Reichs & §.
Nothturfften deß Heil. Röm
Impp. von Ihrer und deß H
Nothturfft/ auch so sie beschr
ben / dasselbe zu bedencken u
gen. Ubi *Limn. ad Cap. Car*
Electores, eorumque jura c
priè ad hos Conventus per
ipsum Imperium concernun
Comitiis expedienda esse, ad
ventibus Electorum Colleg
tantum προβουλίαν instituere
nem deliberare licere mone
nonnullis stabilire satagit.
ctorales hucusque habitos or
cujus quisque causa indictus,
Rachelius peculiari Dissertat.
Electoralibus, quæ in *Fritsch*
I. P. Diß. 7. quibus adhuc u
Civitate *an. 1673.* per aliquo
addit *Dn. Henr. Gunth. Thul*
ribus S. R. I. c. 19. num. 26.

8. Sequitur jam 5. Jus pr
rum, quod in summis Impe
ter se vel cum Cæsare præco
tem habeant, quamvis hoc
præced. jure comprehensu
Habent Jus Imperatorem d
universalibus, si eadem Imp
cessitatem exigere videant,

nendi. *R. I. de anno 1654.* §. Wann aber bey erstgemeldter. rc. *192. Cap. Ferd. IV. art. 14. Leop. 17. Joseph. 16.* non autem ipsi sine Imperatoris consensu eo invito Comitia indicere possunt, ut *Hipp. à Lapide p. 1. c. 15. p. 284.* velle videtur. 7. Octo Electorum suffragia tantidem sunt, quanti in universo Imperii Senatu ferè dimidia Ordinum pars valere potest.

9. 8. Regibus æquiparantur, imò in actibus ad Imperialem Curiam spectantibus etiam iis anteferuntur. *A. B. c. 6. pr. Limn. lib. 3. c. 2. n. 4.* Nec tantùm soli Regi Boh. & in consequentiam Ecclesiasticis, hæc prærogativa ibi Regibus præcedendi competit, uti *Rumel. p. 1. Disc. 5. ad A. B. th. 19.* existimat, sed omnibus omnino Electoribus concessa est. *Limn. ad A. B. c. 6. §. 1. Obs. 6. & tom. 2. add. ad l. 3. c. 2. num. 4.* Extra Curiam Imperialem tamen Electores haud inviti Regibus coronatis cedunt, sicut sponte quoque concesserunt, ut Regum & Electorum Legatis in aula Cæsaris concurrentibus, illorum (sed non Liberarum Rerumpublic.) Legati Electorum Legatis præferantur. *Cap. Leopold. art. 5.* Nach dem mahlen sich auch eine Zeitlang zugetragen / daß außländischer Potentaten / Fürsten / und Republiquen Gesandte / und zwar diese unter dem Nahmen und Vorwandt / als wären dieselbe Republiquen vor gekrönte Häupter / und also denselben in Würden gleich zu achten / an den Käy-

ſerl. und Königl. Höffen und
cedenz vor den Churfürſtl
prætendiren wollen / ſo ſolle
ins künfftig ſolches weiter nich
es aber Sach / daß neben den
ſandten / der rechttitulirter u
gierender / außländiſcher Kö
chen Wittiben / oder Pupillen
gierung / ſo bald ſie ihr gebü
reicht / zu führen zu ſtehet /
der Tutel oder Curatel begri
ſchafften zugleich vorhanden
dieſelbe den Chur-Fürſtl. Geſ
denenſelben aber die Chur-F
vor aller anderer außwärtigen
ſandten / und den Fürſten i
Unterſchied / immediatè f
darwider hiebevor per Decre
lich anno 1636. oder ſonſten
oder verordnet / fürters abg
ſeyn ſoll ꝛc. Quæ ultima verb
tempore adverſus Electores i
Imp. ſuper controverſa præc
ne dubio reſpiciunt. Præte
tra Curiam Imperialem Leg
ctoralibus potiorem locum d
admodum in quaſi poſſeſſion
nus conſtituti Electores, ita
juſtè eos præferri paſſim I. P
fecit id peculiari libello *Dan.*

cellarius Clivensis. add. *Scriptum ap. Lond. tom. 5. l. 2 c. 19. p. 770.* conf. *Crus. de jur. praced. l. 3. c. 14. num. 8. 28.* Affectarunt non ita pridem & præcedentiam præ Legatis Electoralibus Legati Batavi, sed parum id curarunt Sereniß. Electores, postquam per tot annorum tempora quieti, sine ulla controversia, utique primum Legatis suis locum obtinuerunt. Astrinxerunt iidem se invicem arctius denuò *a. 1671.* de non recedendo ab illa aliquot abhinc seculis obtenta observantiâ, quâ in aulis Imp. & Regum immediatè post Regis Legatos sui collocantur, in qua & Imperator eos conservare promisit. Exemplum Recessus extat *Diar. Europ. P. 24. p. 507.* Et cur Legati Electorales Batavis cederent, cum ne Principales quidem ipsis omnino cedant. Constat enim quanta animorum contentione iis modò in *Congressu Bilefeldensi Anno 1671.* Sereniß. Ducis Neoburgici Legatus sese opposuerit. vid. *Diar. Europ. Part. 24. p. 214.* ubi subjungitur Scriptum eo tempore editum Wohlgemeinter Discurs und Bedencken über die zu Bielefeld vorgefallene Præcedenz-Strittigkeit / cujus rationes satis validæ evincendo juri Serenissimi Ducis Neoburgici: Cujus causam etiam professâ opera defendere sustinuit *Guiseppe Gizzius, Italus, libello* hac epigraphe: *Bilancia Istorica, Politica è Giuridica, in cui le raggione di Precedenza dell Altezza Serenissima di Neoburgo & de*

potenti Signori Stati, ò sia Republica degli Olandesi à favore vè di Neoburgo si pesano e si considerano, Neapoli edito. Exhibentur quoque Electoribus non modo ab exteris Regibus, sed à Cæsare etiam ipso, paria Regibus curialia vid. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. D. 1. p. m. 5.*

10. 9. Electores singuli in Camera duos Assessores præsentandi jus habent, cum aliàs integri Circuli non nisi totidem constituant v. *Instr. Pac. art. 5. §. 20.* 10. Electores soli, Rege Bohemiæ excepto, hactenus electo Imperat. Capitulationem præscripserunt; Sed illam ab omnibus Imp. Statib. in Comitiis conscribendam cæteri Imp. Ordines urserunt. 11. Inter Collegia in Comitiis principem locum ordinis, authoritatisque tenent. 12. Ipsi soli cum Cæsare prandent & cœnant in publico, in sua quisque mensa, pompatico paratu, instructuque, & eadem exactitudine, quia Confratres & dignitate æquales, cum cæteri Principes uni mensæ accumbant, aut adstantes spectent. 13. In Curia Cæsaris & coram ipso Cæsare habent suos Baldachinos sive Uraniscos, aut mensæ pensile cœlum, id quod Cardinali Clesélio Ferdin. II. negavit. 14. Ipsorum Primarii Legati coram Imperatore caput tegunt, teste *Sprengero Lucern. Imp. p. 9.* quod de Legatis Principum non reperio, de Principibus tamen ipsis idem testatur *Author* der Grundf. *p. 1. c. 6. pag. 14.* Dein Legati Electo-

rum

rum etiam in actu processionis ad Propositionem Cæsaream equis vehi possunt, Principum autem æquè ac cæterorum Ordinum Legati pedites tantum incedere coguntur, Principibus in persona præsentibus tamen pari & hic iterum cum Legatis Electoralibus jure gaudentibus. Hinc cum Legatus Salisburgensis, & Austriacus in Comitiis *An. 1640.* equitarunt, non solum à Collegio Electorali, sed & ipsis Principibus contradictum est, litibusque ulterioribus præcludendis *Anno 1653.* & *Anno 1662.* nemo prorsus equitavit. 15. Pro investituris & confirmationibus jurium suorum nihil solvunt in Aula. 16. Electoratus, tam Ecclesiastici, quam Seculares, integri & indivisi manent, idque legis provisione. vid. *A. B. cap. 7.* 17. Gerunt ipsi soli Officia realem Reip. gubernationem spectantia, v. g. Archi-Cancellariatus, Vicariatus Imperii 18. Committitur mediatè in eos tàm universos, quàm singulos à subditis Imperii crimen læsæ Majestatis *A. B. c. 24.* quia pars sunt Corporis Cæsaris, ejusque Officiales, ac fulcra Imperii *A. B. c. 2. §. 5. c. 3. pr c. 12. pr.* vid. *Carpz. q. 3. Disp. Feud. 9. subj. & Pr. Crim. p. 1. qu. 41. num. 95. seqq. imprimis vero num. 88.* add. *Dn. Rhet. Inst. Jur. Publ. l. 1. t. 6. §. 23.* 19. In nonnullis negotiis Imperator citra Electorum consensum nihil ritè & validè disponere valet, quamvis sine reliquis Statibus ea expedire queat, ut ostensum est *sectione 1.*

CAPUT

CAPUT III.

De duplici Electorum Ordine & cujusq; propriis Iuribus, ubi & de secularium Electorum successione & Tutela agitur.

DIstinguuntur Electores ratione status in Ecclesiasticos & Seculares. Mixturæ sive conjunctionis hujus Ecclesiasticorum & Secularium in hoc Inclyto Collegio rationes variæ à variis redduntur. *Joh. Sleid. in Orat. ad Ordines & Principes Imp.* eam Papæ astutiæ adscribit, indubiè enim illam eo factam esse inquit consilio, ut ipse potestatem sibi in Imperii negotiis assertam hac viâ magis confirmaret. *P. Heigius l. 1. quæst. 4. num. 61.* aliique in veterum Principum Zelotypia & superstitiosa religiosorum veneratione rationem quærunt *Julius Pflug. in Orat. de Stat. Germ.* & cum eo *Celer. de jurib. Imper. num. 44.* tradit, Ecclesiasticos ideò Secularibus adjunctos, ne præcluso ipsis omni ad Imperatoriam dignitatem aditu *A. B. c. 2.* causam haberent, cur Sceptrum Imperii ambirent, & hos (Seculares scil.) ne alter alterius voto ad tantum Imperii decus temerè adspiraret, in officio retinerent. Præterea ut non modo tres Viri doctissimi, sed simul etiam quatuor Duces bellicosissimi essent, quo Imperatoria Majestas & legibus armata, & ar-

& armis decorata tanto clarius omnibus illuceſceret. Cum quo poſtremo ferè coincidit, quod *Peucerus l. 5. Chron. pr.* ſcribit, ideò Eccleſiaſticos & Seculares conjunctos, ut illi res ſacras tractando, & religionis puritatem tuendo, hi conſiliis & armis Remp. juvarent & amplificarent. Nos veram mixturæ rationem eſſe putamus, quod Ter-Incluto hoc Collegio invaleſcente, Electores Eccleſiaſtici non minus, quàm Politici, inter Germaniæ Principes potentiâ & authoritate ex publicorum Imperii Officiorum adminiſtratione partâ eminuerint.

2. Primus Elect. ordo, Eccleſiaſticus ſcil. tribus conſtat Electoribus, Moguntino, Trevirenſi & Colonienſi, omnibus Archi-Epiſcopis, qui & quatenus tales ſunt, non verò quatenus Electores, Eccleſiaſtici dicuntur, ac ob ſtatus Eccleſiaſtici venerationem & antiquitatem, ante Seculares locantur. Gaudent præterea omnes & ſinguli Archi-Cancellariorum dignitate, & Moguntinus quidem omnium confeſſione re & nomine adhuc Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam audit, Officium quippe quotidiè in Camer. Spirenſi, Judicio Aulico & Imp. Comitiis exercens. vid. *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 20. A. B. c. 2. §. 2. ibi Limn. Obſ. 2.* Trevirenſis per Galliam & Regnum Arelatenſe. *A. B. c. 1. §. 12.* Colonienſis per Italiam, *A. B, c. 1. §. 11.* Archi-Cancella-

cellarii dicuntur, & à multis hodiè
sive nudis titulis splendere creduntu
gnum Arelatense à Galliæ Regibus
partem occupatum est, parumque
possidet Germania, ac pari præda
que distracta. Sed cùm jura, tà
quàm in hanc, Imperio adhuc inte
stimet *Conringius de fin. Imp. c. 20.*
ad c. 25. hinc hisce quoque Electo
tantùm vanos ac inanes Archi-C
rùm titulos, sed omninò ipsa etiam
lis illis annexa, in salvo adhuc ess
non-usu, quia se non obtulit occa
periisse aut extincta esse putat. *in I*
Imper. Rom. German. thes. 9 & 10.
quoque sequitur *Limn. ad A. B. c. 1.*
Burgold. ad Instr. Pac. p. 1. D. 19. th.

3. Constituuntur tres hi EE. A
scopi & Cancellarii, ut alii German
pi, electione, communi vel plurium
pitularium suffragio peracta, & stati
me sunt electi, Electorio fruuntur
ante Pontificis confirmationem &
tionem, ac Pallium (*quod* describ
chio Diss. Exot. I. P. 5. th. 12. est fas
nis trium digitorum ex candida lana
cta, habens Circulum humeros circum
& duas lineas sive chordulas ab utraq
& retrò pendentes, item quatuor cru
purpureas, quarum una ad pectus,

in humeris jacet, ultimæ hinc inde brachia exurgunt, de cujus authore, confectione & usu præter alleg. *Strauchium* videsis *Beckman. Notit. Dignit. Illustr. Diss. 15. c 1. num. 8. Limn. l. 3. I. P. c. 3. n. 48. ibiq; in add. Höppink. de jur. insign. c. 2. §. 6 sect. 3. membr. 5. n. 350. seqq*) acceptum, quia ipsis non quâ Archi-Episcopis, nec ut Archi-Cancellariis, sed quâ Secularibus Imperii Principibus, vi ac virtute feudorum regalium, quæ ab Imperio immediatè possident, jus Regem & Imperatorem eligendi competit. *A. B. c. 7. §. 2. c. 20 Limn. l. 3. c. 7. num. 7. seqq. Schuz. v. 1. D. 7. th. 7. lit. L.*

4. Ab Imperatore communiter Nepotes, Unsere Liebe Neven und Churfürsten salutari solent, uti videre est ex *Reformatione Maxim. I. de anno 1495.* ibi: Hochwürdige / Hochgebohrne / Ehrsame Liebe Neven / Churfürsten ꝛc. Sicut Secularibus ab eodem communiter nomen Cognatorum tribuitur, dum ipsis Unsern lieben Oheimen und Chur-Fürsten scribit. Cujus appellationis rationem quoad illos sese ignorare, liberè profitetur *Bertram. de Comit. membr. 1. concl. 20. Joach. Cluten. Syll. rer. quot. concl. 24. lit. F.* cum *P. Heigio l. 1. q. 4. num. 62.* hanc reddit, quod, postquam Impp. Germanici Electoribus Secularibus cognationis vel affinitatis necessitudine devincti, eosdem communiter Oheim / vel consimili cognationis aut affinitatis nomine salutaverint, Ecclesiasticis no-

nomen Nepotum ab Imp
ut, quia de naturalis cogna
dinis prærogativa gloriari
υἱοθεσίας beneficio ipsi CoE
evaderent. Quæ tamen
Limnæo l. 3. I. P. c. 3. num. 3
aliam substituit, hanc scilic
& sororis filii quoque Ne
Imperium & Ecclesia sint i
rorum, hujus autem rur
quadantenus sint Electores
potum nomine ab Impera
Sed & hæc nuda ac mera est
inde ex novissimis J. P.
Limnæi enucleati: Multa sa
Curiæ Imperialis obtinent,
æquata sc.) non potest re
hic forsitan hac formula ut
& Bœclerus Not. Imp. lib. 6.
potum, *scribit*, plerique fa
rantiam, sive potius queri
nisi quod ad honorem exco
singulari & diverso ab aliis
tur. *Conf. Freinshem. tr. de p*
din. Diatr. 3. num. 19. cum
Electoralis eminentiam r
non semper etiam ac ubiqu
ab Imper. observatam, pr
num. 39.

5. Alter Secularis vide

quatuor ab initio conſtitit Electoribus in præſens usque ſeculum, quo jam quintus acceſſit, per *Inſtr.Pac. art.4.* confirmatus. Quatuor illi fuere: Rex Bohemiæ, Palatinus Rheni, Elect. Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis. Palatino verò ob motus Bohemicos, quorum ſe adverſus Ferdin. II. ducem præbuit, per bannum Electorali dignitate ac feudis exuto, Electoratus ejus, bello adhuc durante, Maximiliano Bavariæ Duci ceſſit. Cui ille etiam per *Inſtrum. Pac. art. 4.* cum omnibus regalibus, Officiis, præcedentiis, juribus ad eum ſpectantibus, ac ſuperiori Palatinatu, & Comitatu Cham, omnium Imper. Statuum conſenſu accedente confirmatus, hac tamen lege, ut Palatinus novum & octavum habeat Electoratum, duraturum quousque Bavarica ſeu Wilhelmina in maſculis duraverit linea, eâ autem extinctâ, octavo quoque Electoratu extincto, priſtinum locum, dignitatem, ac jura recipiat. Confer *Fritſch. Elect. Jur. Publ. p. 1. cap. 11. Hiſtor. Pac. Weſtphal. lib. 3. num. 82. 90. & l. 4. num. 14. 15. 31. & 63. ſeqq.* Proteſtatus eſt contra novam hanc octavi Electoris conſtitutionem Pontifex *Innocentius* X. ſolenni Bulla, quâ omne jus Electorale in Imperio à ſolâ Sanctâ ſede dependere, aſſerere haud erubuit. Sed edidit eam *Conringius*, ſubjectisque animadverſionibus illius ineptias luci meridianæ expoſuit. Sunt ergò quinque hodienum Electores Seculares:

Rex Bohem. Elector Bavariæ, Elector Saxon. Marchio Brandenb. Palatinus Rheni.

6. Uti verò Ecclesiastici Archi-Cancellariatus, ita hi Seculares Archi-Pincernatum, Archi-Dapiferatum, Archi-Mareschallatum, Archi-Camerariatum, Archi-Thesaurariatum Imperii gerunt atque sustinent. Nam Sacri Romani Imperii Archi-Pincerna, deß Heiligen Römischen Reichs Ertzschencke/ Rex Bohemiæ est; Archi-Dapifer, Ertz-Truchses hodie Elector Bavariæ, Archi-Mareschallus Ertz-Marschall Elector Saxoniæ, Archi-Camerarius, Ertz-Cammerer Elector Brandenburgicus, Archi-Thesaurarius Ertz-Schatzmeister Palatinus Rheni, qui novum hunc titulum & annexam ei dignitatem pro Archi-Dapiferia, qua ipse ab antiquo potitus, Bavaro peculiari transactione ex amore Pacis spontè cessâ, bello tricennali confecto, accepit.

7. Differunt autem hi Seculares in eo ab Ecclesiasticis, quod dignitas Electoralis non sic cum personis ipsorum emoriatur, ut extinguitur cum personis Ecclesiasticorum, sed unà cum Electoratu per successionem (quam vocant linealem agnaticam. v. *Grot. 2. 7. 23.*) ad posteros transmittatur. Nam Electore Seculari moriente prima ac potissima ratio in successione ratione Electoratus, juriumque ei adhærentium, est filii Primogeniti, & ejus descendentium, masculorum sc. *A. B. c. 7. §. 2.*

verb.

verb. *ad filium suum primogenitum legitimum, Laicum, illo verò non extante ad ejusdem primogenitum, similiter Laicum liberè & sine contradictione cujuspiam devolvatur.* Sed requiritur etiam, ceu pro parte ex verbis adductis patet, ut primogenitus, ex tempore nativitatis sive πρωτοτοκία æstimandus, (ut sic hac ratione ex duobus, quorum unus ante, alter post à Patre adeptum Electoratum natus, non hic, sed ille, & ex duobus gemellis primus uterum maternum exiens pro primogenito habendus. vid. *Schüz. v.1. D. 7. th.10. l. D. Fibig in Vind. Franzkii. Ex. 8. qu. Semid.1. add. qu. Semid. ult.*) sit 1. Legitimus, sive ex legitimo thoro natus. 2. Laicus; qualis etiam Administrator Episcopatus vel Archi Episcopatus conjugatus A. C. addictus, *Arum. D.4. th. 8. Schüz. v.1. D. 7. th. 15. l. D. Limn. l.3. c.7. num. 19. seqq.* 3. non mente captus, fatuus, aut alio notabili defectu, qui ipsum inhabilem ad exercendum munus Principis Electoris reddat, laborans. *d. c.7. §. 2. j. c. 25. §. 2. A. B. ibique Limn.* nec 4. primogenituræ adhærenti (hoc enim omnino in sui præjudicium facere potest, quamvis pater ipsum nullo modo eo privare valeat,) renunciaverit. *Limn. 3. c.7. num. 33. ibique in addit. tom. 4. & ad A. B. c.7. §. 2. O. 8. Rumel. p.1. D.6. th. 6. seqq.* Et ex natura successionis illius quidem, accedente expressa *d. Const. A. B.* sanctione, si successio in primogeniti lineâ, vel ipso primo-

genito vel nepote ex eo prædefuncto ſuccedente, ſemel cœpit, tamdiu continuatur, donec cum ſucceſſoribus maſculis (fœminas enim & ex iis etiam natos maſculos haud admittit) planè deficiat, quo eveniente caſu ad ſecundogenitum & ejus liberos maſculos ſc. tranſit, in iisque rurſus perpetuatur, usque dum & hæc linea ſecundogeniti deſinat; extinctâ vero & illa, ad tertiogenitum ejusque lineam & ſic deinceps, devolvitur. Quæ ſuccedendi ratio in *d.* §. *2. c. 7. A. B.* fundata enixius declarata ab ipſo Carolo IV. in Bulla Wenceslao Duci Saxon. *anno 1376.* data ap. *Strauch. Diſſ. 2. th. 5.* & à Sigismundo, filio ejus, in Bulla *de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum de an. 1414. & 1434.* ap. *Goldaſt. inter Statuta & Reſcript. Imp. pag. 144. & Tom. 1. Conſt. Imper. pag. 398.* §. *4.* verb. *decernimus &c.* v. *Limn. ad A. B. c. 7.* §. *2. Obſerv. 16. Lampad. p. 3. c. 4. num. 14. ſeq. Arnold. Engelbrecht. de ſucceſſione in Electoratibus ex jure primogenituræ concl. 100. & ſeqq.*

8. *Linea autem Electorali in deſcendentibus extincta, ac ſucceſſione agnatis in linea collaterali delatâ, quisnam ſuccedendi jus habeat, an agnatus ſenior ætate, num vero agnatus lineæ evacuatæ proximior?* in facto acerrimè diſputatum inter Celſiſſimas Saxoniæ Domus lineas, Altenburgenſem & Vinarienſem, quarum illa proximiorem, hæc ſeniorem præferendum duxit, Neutri parti præclari defenſores defuere,

Alten-

Altenburgensem causam ante laudato *Arnoldo Engelbrechto & Marq. Frehero;* Vinariensem verò *Obrechto*, *Knichio*, *Melch. Goldasto*, primùm *libro de Jure Præsentationis in primogenitura Imper. Germanici*, deinde insigni Opere, cui *Senior sive De Majoratu* titulus, doctè propugnantibus; utriusque lineæ rationes & argumenta breviter exposuit *Jac. Andr. Crusius tr. de Jure præcedent. l. 4. c. 9. Limn. l. 5. c. 15. n. 3 ibique in addit. tom. 4.* hodiè procul dubio per mortem Friderici Wilhelmi III. ultimi Ducis Lineæ Altenburgensis controversia sopita cessat.

9. In quæstionibus: *An si quis jam dum Electoratum aliquem possideat, adhuc in alio tanquam proximus agnatus succedere, sicque duos Electoratus simul habere possit?* ac *Num Elector, cui successione alius defertur Electoratus, unum ex istis filio suo cedere, sicque pater & filius simul Collegio Electorali assidere queant?* judicium nostrum suspendimus, cum *Schuzio v. 1. D. 7. th. 15. l. D.* v. tamen *Limn. tom. 4. in add. ad l. 3. c. 7. p. 349. seqq.* qui in affirm. inclinat *Fritsch. v. 2. Exerc. Jur. Publ. Append.* qui negat.

10. Sed *anne ab hac A. B. dispositione & Electorali successione Bohemiæ Regnum excipiendum?* Non defuere, qui exceptionem tentarunt, & eò allegarunt *text. A. B. c. 7. §. 3.* asserentes, vigore ejus, non modò familia Regia planè extincta, sed etiam quolibet casu Rege mortuo,

Bohemis jus alium eligendi competere. Sed quis non videt de omnimodæ vacationis casu ibidem Imperatorem loqui, ac versiculo: *Salvis semper privilegiis &c.* à dispositione de cæteris Electoratibus vacantibus ab Imperatore conferendis excipere Regnum Bohemiæ, quod illud, licet nemo legitimorum successorum supersit, non sic ad Imperium & Imperatoris dispositionem devolutum censeri debeat, sed Statibus Regni jus esse, Regem sibi eligendi. Quam interpretationem juvant verba Caroli IV. Imp. in Confirmatione privilegiorum & libertatum Regni Bohemiæ ante *A. B. a. 1348.* factâ, quæ ap. *Goldast. p. 2.* Reichs-Satzungen *p. 39.* imprimis in §. *5.* & ipsa *A. B. c. 30. §. 1.* ubi non minus Rex Bohemiæ, quàm reliqui Electores, jubetur filium suum, qui successor ipsi futurus sit, in tribus linguis instituendum dare, ut Electoralem dignitatem cum emolumento Reip. gerere possit. ad *text. in c. 9. §. 2.* verb. *progenitores nostri Reges Bohemiæ.* Continetur ergò utique sub dicta *A. B.* dispositione de Electorali successione & Regnum Bohemiæ, quod hodiè minus dubium, postquam Ferdinandus II. Familiæ Austriacæ id fecit hereditarium; vid. Prager Friedenschluß. §. was der Röm. Kayserl. Maj. Erb-Königreich Böhmen und andre dero Oesterreichische Erbländer betrifft. *add. Instrum. Pac. art. 4. §. de cætero. Limn. ad A. B. c. 7. §. 3. O. 12. seqq.*

Schütz

Schütz. v. 1. D. 7. thes. 11. Hermes. F. I. P. c. 18. quæst. 4.

11. Cum autem ita ipſo jure in primogenitos tranſeat Electoratus, facilè fieri poteſt, ut in minorem annis incidat. Quare & in hunc caſum Legislator providit, ut proximum agnatum ille tutorem habeat legitimum. *A. B. c. 7. §. 2. Eſt* ergò *Tutela Electoralis Legitima agnatica proximiori agnato legitimæ ætatis*, (vid. *Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. Obſ. 25. Rümel. ad A. B. p. 1. D. 7. th. 5.*) *ſi verò plures adſint pari gradu, omnes juſtæ ætatis, ſeniori ex illis, ipſo jure delata, ita, ut per teſtamentariam diſpoſitionem ei adimi nequeat*; Quod per Carolinam Conſtitutionem in *A. B. d. l.* verb. *tunc frater ſenior ejusdem primogeniti, Tutor eorum & Adminiſtrator exiſtat, donec, &c.* & ſubſecutam verborum illorum declarationem ab Imp. Sigiſmundo in Bulla primitus Aquisgrani *anno 1414. d. 8. Nov.* & poſtea *Baſil. 1434. d. 8. Martii* promulgatâ, quæ apud *Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imp. 398.* factam, probatur. Notum tamen eſt, quid in familia Comitum Palatinorum, tam ſuperiori, quam hoc ipſo ſeculo, Friderico IV. Electore Johannem Bipontinum, præterito proximiore agnato Philippo Ludovico Neoburgico, tutorem filiis minorennibus conſtituente, contigerit. Acerrimè tum εἰς ἑκάτερον hæc controverſia in hypotheſi agitata. Cauſam Bipontini, atque adeò teſtamentariæ tutelæ vim

ſuperiorum juſſu JCti Heidelbergenſes, *Marquardus Freherus tr. de tutela Elector. Palatin. Dionyſ. Gothofred. tr. de tutela teſtam. Legit. exclud.* defenderunt. Pro Neoburgico autem & legitimâ tutelâ *Joh. Zeſchlinus & Zacharias Fridenreich* certarunt. Illorum ſententiam poſt & alii Jurisconſulti approbarunt, ut *Bachov. v. 1. D. thes. 9. lit. A. Riemer. Dec. 3. quæſt. 2. Ungepaur. Ex. 9. q. 4. Wiſſenbach ad Inſt. Diſp. 7. th. 20. & π. p. 1. D. 50. thes. 14. Ludvvell. D. 3. th. 2. l. B.* Sed horum plures, ut *Qu. Cubach. cent. 2. Dec. 8. qu. 1. Chriſt. Beſold. de Elect. & Succeſſ. Reg. l. 3. c. 4. num. 11. ſeqq. Matth. Stephan. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 5. n. 63. Mart. Rümel. ad A. B. p. 1. D. 7. thes. 3. Jac. Lampad. part. 3. c. 4. num. 24. ſeqq. Joh. Wurmſer. Ex. J. P. 2. quæſt. 17. Dom. Arumæus ad A. B. D. 4. num. 10. D. Dieterich. ad A. B. tit. 7. Dn. Bechmann. ad A. B. tit. 7. Ex. 5. num. 30. Schütz. v. 1. D. 7. th. 16. l. D. Sprenger. l. 2. c. 27. in fin. Limn. l. 1. c. 11. num. 104. ſeqq. & ad A. B. c. 7. §. 2. Obſ. 21. Herm. Herm. c. 14. num. 46. Dn. Pahel. d. tutel. Elector. c. 7. & alii*, nec veriorem hanc eſſe, ipſe *Gothofredus* diffiteri potuit. vid. *Limn. t. 4. in addit. ad cit. c. n. 110.* Limitamus tamen ſententiam noſtram cum *Conringin in not. ad Lampad. p. 3. c. 4. num. 25.* niſi graves & prægnantes ſuſpicionis cauſæ adſint, quæ proximioris agnati repulſam ſuadeant. Dein, ſi nullus agnatus adſit, nullum

eſt

eſt dubium, quin *A. B.* diſpoſitio ceſſet, & remoto ejus repagulo jus commune vigorem ſuum recipiat, adeoque teſtamentariæ tutelæ locus detur. Cui extra hos caſus ne quidem intantum deferimus, ut per eam legitimo tutori Con-tutores adjungi poſſe exiſtimemus. vid. *Henr. Gunth. Thulemar. in Octo-Viratu. c. 27. num. 27. ſeq.* Agnatus autem ille proximior, legitimæ exiſtens ætatis, vel ſi & ipſemet ætatis defectum patiatur, remotior, qui perfectæ eſt ætatis, (Jure communi ſcil. definitæ; Etſi enim *Arniſæus* Electorali tutori ad munus id ſubeundum, Electoralem ſingulari lege conſtitutam ætatem, octodecim ſcil. annorum, ſufficere putet, eique in caſu, quo familia aliqua Privilegio Gentilitio gaudet, vi cujus Principes ex ea oriundi anno decimo octavo completo ad regimen admittuntur, & in caſu neceſſitatis, facilè ſubſcribamus, ſi acceſſerit Imperialis auctoritas & decretum, attamen extra hos caſus ex communi jure & in *A. B.* legitimam ætatem requiri, verius eſſe exiſtimamus, cum nihil ſpecialiter de tutore in lege ſit mutatum,) donec proximior legitimæ ætatis eſſe cœpit. vid. *Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. O. 26.* Diſs. *Rümelin. p. 1. D. 7. th. 6. Schütz. v. 1. D. 7. th. 16. l. C.* non tantùm primogeniti, ſed ſimul reliquorum Electoralium filiorum omnium eſt tutor. *A. B. c. 7. §. 1. verb. tutor. eorum & adminiſtrator exiſtat &c.* donec primogenitus ſeu ſe-

 nior,

nior, ut loquitur *A. B. d. l.* legitimam attigerit ætatem. i. e. annum decimum octavum compleverit. *A. B. d. l. ibique Limn. Observ. 29.* Completo enim à primogenito an. 18. ceu legitimæ ætatis termino, (non omnibus Imperii Principibus, sed Electoribus (Secularibus scil.) specialiter constituto, *Limn. l. 3. c. 7. num. 40. seqq. Schütz. v. 1. D. 7. th. 16. lit. B. Herm. c. 14. num. 46. Bechman. ad A. B. tit. 7. Ex. 5. n. 38.)* Tutor ipsi citra moram vocem, jus, & potestatem Electoralem cum ipsa Electoratus & reliquarum ditionum plenaria administratione, item tutorium officium, quod in reliquos ejus fratres exercuit, assignare debet. *A. B. d. l. ibi Limn. Obs. 36. & tribus seqq.* ac *l. 3. c. 7. num. 51. seqq. Schütz. d. l.*

12. De Rege Bohemiæ rursus hic quid singulare notat *Lampadius*, quod, eo infra annos suos constituto, non proximo agnato, sed Statibus Regni, Regis minorennis tutela juriumque Electoralium exercitium competat. *p. 3. c. 4. num. 24.* quod quoque tenacissimè ipsi Bohem. Status in literis ad Electorem Moguntinum *Pragæ d. 13. Julii* & ad Collegium Electorale *d. 12. Augusti an. 1619.* datis, extantibus apud *Lundorp. Act. Publ. tom. 1. l. 4. c. 65. p. 515.* urgent. §. Dessen zu geschweigen rc. verb. Wann sich bey denen Regierenden Königen in Böhmen einiger Defect oder Minderjährigkeit befunden / daß der usus und administratio Jurium Electora-

lium,

lium, nicht auff die agnatos proximiores & Seniores, sondern allein auff die Stände und Proceres Regni Bohem. devolvirt / auch mit und neben dem König exercirt worden / ex Privilegio Caroli IV. de quo *Gold. p. 1.* Pol. Reichshandel. *p.529.* Sed obstat hic generalis ac universalis *A. B.* Bohemum, quem tamen alias solet seorsim locare, hoc in passu non excipientis sanctio, & omnium privilegiorum d. Bullæ quocunque modo contrariantium revocatio & abolitio. *A. B. c. 13. v. Conring. ad Lampad. d. l. Schütz. v. 1. D. 7. th. 16. l. E. Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. O. 40.* Diss. *Strauch. Diss. Exotic. J. Publ. 4. th. 2.*

13. Familia Electorali mascula omnino deficiente, si non adsint pacta de succedendo in Electoratum confirmatione Imperatoriâ roborata, Electoratus ad Imperatorem & Imperium devolvuntur, & ab Imperatore, qui pro tempore ad clavum Imp. sedet, Collegii Electoralis redintegrandi causa, consilio Electorum, aliis bene merentibus rursus conferendi sunt. *A. B. c. 7. §. 3. ibique Limn.* minimeque Capitulationem, Cæsarem feuda vacantia Principatuum aliis sine Electorum consensu conferre vetantem, eos comprehendere censendum est. *Limn. tom. 4. in addit. ad l. 3. c. 7. n. 69. Schütz. d. D. th. 17. lit. B.* Excipitur tamen in *A. B. d. l.* Regnum Bohem. & *Instr. Pac. art. 4. §. quod vero.* Electoratus Bavariæ.

CA-

CAPUT IV.

De singulis Electoribus Ecclesiasticis.

PRimum locum inter Electores Ecclesiasticos obtinet Moguntinus, cui nemo ea de re controversiam movet, quia ab Ottonis I. tempore jam in summi Pontificatus (respectu aliorum Germaniæ Episcoporum, quorum intuitu Summus Pontifex & Pontifex Maximus audiit,) possessione constitutus. vid. *Conring. Assert. Jur. Mog. in coron. Reg. Rom. p. 10.* Hinc Collegii Electoralis Decanus (Decanus autem olim dictus, qui denis præfuit, inde postea nomen hoc ei tributum, qui præcipuus inter aliquos ejusd. ordinis vel Collegii,) ab Imp. Sigismundo apud *Londorp. Act publ. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 22.* & ab Imper. Maximiliano I. in *Diplomate anno 1498.* Obrister Churfürst dicitur, habetque inde jus Co-Electores Collegas suos convocandi, tum ad actum Electionis, tum ad alios Conventus Collegiales; In Comit. Electoral. electionem juxta *A. B.* ordinationem dirigendi, jusjurandum reliquorum excipiendi, proponendi, suffragia colligendi, concludendi, Capitulationem ex votorum pluralitate præscribendi, Electo prælegendi &c.

2. Est primarius Imp. Archi-Cancellarius per Germaniam *R. I. de anno 1555. §. 65.* Hinc

1. olim ſolus, hodiè una cum Imperatore ſubſcribit & ſubſignat, vel ipſe vel per ſuum Imp. Vice-Cancellarium, Decreta Imper. ſic ut in calce Secretarii nomen quoque conſpiciatur. 2. Sigilla Imperatoria aſſervat. 3. Eſt Cuſtos Archivi Imperii, quod eſt tabularium publicum, in quo aſſervantur leges & Ordinationes Imperii, acta publica, Inſtrumenta Jurispublici, imò & privati, quatenus Reipubl. intereſt ea cuſtodiri, Documenta, Matricula, fœdera, Legationes & alia, quæ nomine publico tractantur, decernenturve. Et duplex vulgò ſtatuitur: Unum dicitur continere acta publica Imperii Germanici, quæ in Comitiis, Deputationibus, Viſitationibus, aliisque Imperii Conventibus peraguntur, item Matriculam Imperii; Idque vi Archi-Cancellariatûs Imp. eſt ſub curâ Electoris Moguntini, apud quem proinde talium etiam petitur editio. *Arum. de Comit. c. 8. num. 66. 67.* vocaturque eapropter ſæpius Cancellaria Moguntinenſis, die Maynʒiſche Canʒley / *Limn. ad Capit. Caroli V. p. 196. ad Ferdinandi III. pag. 738.* alias die Reichs-Canʒley / audit. *R. I. de anno 1542.* §. dagegen / ꝛc. *29. R. I. de 1548.* §. nach dem / ꝛc. 75. à qua differt, die Hoff-Canʒley / quæ etiam dicitur, die Reichs-Hoff-Canʒley / quoniam in Aula Cæſarea eſt, cui nomine Electoris Moguntini præeſt ab ipſo conſtitutus Vice-Cancellarius Imperii, de quo vid. *Limn. ad A. B. c. 27.*

c. 27. §. 2. Obs. 5. 6. Alterum verò est in Camera Imperiali, cui similiter præest hic Elector, ut Archi-Cancellarius German. officium hoc ibi per suum institutum Præfectum Cancellariæ Cameræ, quem vulgò Verwalter vocant, peragens. Asservantur in eodem non solum omnia Acta judicialia, sed & plurium Principum privilegia, quæ ad illorum instantiam ibi custodiuntur, & petita sub Cameræ sigillo eduntur, hacque ratione pro repertis in Archivo habentur. Ab hoc autem duplici Imperii Archivo omninò distinguendum est Archivum Imperatoris, quod ipse in Aula sua habet, & cui ipse solus propria authoritate Cancellarium præficit. 4. Directorium habet in Comitiis Imper. aliisque Conventibus omni tempore locoque secundus ab Imperatore. 5. Deputatorum ordinarium Conventum convocat. 6. Ipsi Legati Electorum Principum & reliquorum Statuum, omnesque Deputati in Comitiis & aliis Conventibus Mandata, & Credentiales offerunt, & desuper testationes expetunt. 7. Ipsius Directorio Protestationes, reservationes, denuntiationes, requisitiones & similia insinuantur, quemadmodum eidem quoque Statuum Memorialia, Commonitoria, Postulata, & omnes omnium supplicationes traduntur. 8. Ei exteri Legati & Residentes, Agentesque res suas primùm exponunt. 9. Ipse Cæsari in Comitiis, cum

tit

fit Propositio, nomine Electorum & Statuum respondet. 10. Solius Moguntini Cancellarius & Secretarius sitzen überm Tisch mitten im Saal bey der Proposition und Abschied deß Reichs-Tags. it. in Electorali Collegio. 11. Ipsius Cancellario wird von Käyserlicher Majestät die Proposition zugestellt / &c. 12. Solus in Aula Cæsarea Ministrum ac Vice-Cancellarium habet, sibi etiam Sacramenti religione, cum omnibus personis Cancellariæ, der Reichs-Cantzley / inservientibus obstrictum. vid. *Cap. Leop. a. 40. Joseph. 39.* 13. Expedit solus in Cancellaria acta, attestata & alia momentosa pro Imperio. 14. Cancellariam in Camera regit, ac officialibus, ministrisque instruit, sententias in Cam. latas revidet & Cameræ defectus cum Visitatoribus annuis corrigit. *O. C. p. 1. t. 16.* 15. Est Protector & director Postæ Imperialis. 16. Hinc Ministri ejus Secretiores immunitatem à solutione vectigalis literarum habent. 17. Solus est Außschreibender Chur-Fürst und Director im Chur-Rheinischen Crayß / rc.

3. Vi primi Metropolitanatûs Moguntinus sibi porrò vindicat Jus coronandi, ungendi, consecrandi Reges Rom. electos, olim per omnem Germaniam; sed ortâ inter Moguntinum & Coloniensem controversia res transactione terminata est. v. supra *sect. 1. c. 2. n. 33.* Vi Primi Principatus in Germania quoque insignia jura & privilegia habet, ut Jus Stapulæ ex pri-

privilegio Maximiliani I. de anno 1495. 2. Jus de non provocando, quod hodiè in viridi est usu, 3. Jus die Reichs-Pfandschafften einzulösen. 4. Privilegium Sigism. *A. 1400.* daß an die Maintzische Pfand- und Lehenschafften die zwischen Sachsen und Hessen getroffene Erb-Vereinigung dem Ertz-Stifft Maintz unnachtheilig seyn soll/ quod repet. *A. 1521.* 5. Privilegium Maxim. *Anno 1495.* Daß Maintzische Unterthanen sine Consensu Electoris sui expresso sich in keine andere Herrschafft begeben dürffen. 6. Privilegium Maxim. I. de *anno 1495.* Vom Angriff der Ubelthäter in alieno territorio &c. v. *Bæcler. Not. Imp. l. 6. c. 5. ibique alleg.* Obtinuit Electoratum hunc post varias mutationes an. 1680. **Dn. Anselmus Fridericus ab Ingelheim.**

4. Secundum tenet Trevirensis, **Archi-Cancellarius Imp. per Galliam** (cujus nomine non eam Galliæ partem, quæ Regno Arelatensi olim Imp. Rom. recognoscente continetur, venire, quæ sequuntur copulâ conjunctivâ addita) & Regnum Arelatense (satis superque probant; Sed illam, quæ est trans Rhenum, & Galliæ quidem olim à nonnullis adscripta, cæterum Imp. Rom. Germanici pars fuit, partimque adhuc est, verbo, Galliam Belgicam intelligi, evincunt, ea, quæ habent *Limn. ad Cap. Carol. V. p. 121. Conring.*

de fin.

de fin. Imper. c. 8. in fin.) Quando hic Archi-Cancellariatus Trevirensis cœperit & an adhuc plus, quàm nomen supersit, in superioribus jam dictum vid. *Cap. praced. num .2.* Competi, Electori huic primum votum in novi Imperatoris Electione *A. B. c. 4. §. 3. ubi Limn. Obs. 2.* add. *idem ad c. 3. §. 2. O. 5.* Illud autem non Galliæ, cujus audit Cancellarius, nomine reddit, atque adeò Galliæ regno jus voti Electoralis competit, uti *Tholosan. l. 6. de Republ. c. 13. num. 15.* existimavit, sed Sacri Imp. Roman. Germanici id potius fert nomine. Haud enim muneris Cancellarii intuitu, sed qua sunt Imperii Principes, Electores Ecclesiasticos Imperatorem eligere, *praecedenti capite* dedimus probatum, facitque eò juramentum, quo se per fidem, qua DEO & Sacro Romano Imperio (non Galliæ, non Italiæ, &c.) sunt obstricti, electuros omnes promittunt. *A. B. c. 2. §. 2.* Datum est ipsi, ut sedeat ex opposito, & lineari directione versus Imperatoris faciem. *A. B. c. 3. §. 2.* utq; in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illis solùm intermediis, quia Imperialia vel Regalia deportant Insignia, si ea Imper. præferuntur, ubi autem insignia illa non præferuntur, immediatè Imperatorem præcedit, ut nemo penitus sit intermedius inter ipsos. *A. B. c. 21. c. 22. c. 26. §. 4. c. 28. §. 3.* In rationem anomalæ hujus sessionis inquirit *Limn. l. 3. c. 5. n. 14. seqq.* Elector Trevirensis dicitur hoc habere privilegium, quod omnia feuda Imperii in

ipſius Archi-Epiſcopatu aperta ad ipſum devolvantur. *Beſold. Th. Pr. voc.* Reichs-Lehen rc. ſed dubitat *Sprengerus in Luc. mod. Stat. Imp. p. 103.* num illud unquam in uſum venerit, de aliis ejus privilegiis vid. *Limn. l. 3. c. 5. num. 21.* Modernus Elector numero quadrageſimus, in Archi-Epiſcoporum verò numero 87mus eſt Johannes Hugo von Oersbeck / *anno 1676.* electus.

5. Tertius eſt Colonienſis, Archi-Cancellarius Imp. per Italiam, cui in Electione Imperat. ſecundum competit ſuffragium. Prætendit itidem ex *A. B. c. 4. §. 3.* jus primum Diadema Regium noviter electo Regi imponendi, quod ab Henrici III. Imp. ævo ad Maxim. II. usque tempora, ſine ullius contradictione ſeſe exercuiſſe gloriatur. Sed quia antea Moguntino competiit, cui ab Henrico III. ademptum, poſt Maxim. II. Inaugurationem à Moguntino rurſus vindicari cœpit, denique verò *anno 1657.* amicabili tranſactione utrique ceſſit, ſic, ut cuilibet in ſua Diœceſi, & extra illam ſingulis alternis vicibus competat. Elector hic in ſua Diœceſi & Provincia, vid. *Hermes c. 16. num. 8.* ac extra Provinciam ſuam totâ Italiâ & Galliâ, dextrum Cæſaris latus claudit ex *A. B. c. 3. §. 2.* Stetit Electoratus hic Colonienſis per annos ferè centum in potentiſſimâ familiâ Ducali Bavaricâ, mediante tamen Electione Capitularium, cum contra Moguntinen-

nensis atque Trevirensis ex Immediata Imp. Nobilitate, Rhenensi scil. atque Franconica suos sumant Præsules, hinc, licet ordine postremus, inter Ecclesiasticos Coloniensis pro potentissimo quoque habetur. Post mortem Archi-Episcopi & Electoris Maximiliani Henrici, Ducis Bavariæ &c. *anno 1650.* jam electi, quæ *3. Junii 1688.* contigit, ad Archi-Episcopatum & Electoratum hunc anhelabat *Wilhelmus Egon*, Princeps Fürstenbergius Sexagenarius, Cardinalis & Episcopus Argentoratensis, sed obtinuit eundem Postulationis à duplo majori Canonicorum numero factæ jure Clemens, Dux Bavariæ, &c. Princeps XVII. annorum, cui ob insecutam Pontificis confirmationem cum adjuncta dispensatione Fürstenbergius in Galliam profugus cedere coactus.

CAPUT V.

De singulis Electoribus Secularibus.

INter Electores Seculares primus est Rex Bohemiæ, S. R. Imp. Archi-Pincerna, verus ac legitimus, non minus quàm cæteri, S. Imperii Elector existens. *A. B. c. 7. §. 2. Rumel. p. 1. D. 8. th. 7.* quàmvis, Electione Imperatoris excepta, cætera Imp. negotia, quorum cura reliquos tangit Electores, quibusque ipsi invigilant, etiam Capitulatio, nil ipsum attinere videantur. *Limn.*

tom. 1. addit. ad l. 3. c. 8. n. 21. & in Proleg. ad Cap. sect. 4. num. 3. ac ad art. 5. Capit. Carol. V. verb. Sechs Chur-Fürsten ꝛc. *p. 155.* it. *ad A. B. c. 12. §. 2 Obs. 3. Rachel. Diss. de Capitulat. c. 3. th. 7. Balthas. Venator. in ominos. rer. ser. Relat. 1. n. 61. 62.* hincque etiam nullis aliis Imperii Conventibus, quam qui novi Imperatoris eligendi causa instituuntur, hodiè, quicquid olim fuerit, intersit. In Electione Rom. Regis, Moguntino sententias rogante, tertio loco votum suum dicit, adeoque inter Electores Seculares primum habet. Errant proinde, qui eundem ultimum & tale habere scribunt, quod illi demum competat, quando Electores sunt disparis opinionis, juxta rithmos

Jch bin der Chur-Fürsten Obermann/
Wann man nicht wol eins werden kan/
Und wann sich etwan in der Wahl/
Zutrüg ein Zwietracht dazumahl/
Welchem ich dann die Stimme mein
Thu geben/ der soll Käyser seyn.

Facilius his condonaremus, si omnes exteri essent, sed plures quoque ex Germanis nostris in eodem luto hærere, pudor sanè est non levis. Plusne illi tribuant confictis ejusmodi rithmis, quam apertis Constitutionum Imperi verbis? clara etenim est *A. B.* Constitutio in *alleg. c. 4. §. 3.* quod Moguntinus ante reliquorum Secularium Electorum vota, Bohemi suffragium inqui-

inquirere & colligere debeat, quod Bohemus ex Regiæ dignitatis fastigio, inter Electores Seculares jure & meritò primatum obtineat, &c. *Limn. l. 3. cap. 8. num. 2 & seq. ibique alleg. Goldastus & Gevvoldus. add. Rümel. d. l. Strauch. Diss. Ex. J. P. 2. thes. 11. & seqq.* ubi disputat contra eos, qui eum numero Statuum excludunt. Nam licet verissimum sit, id demum veram Status sive Civis Imp. notam constituere, si is votum, sessionemque in Comitiis obtineat, tamen Bohemiæ Regi peculiari privilegio *anno 1462.* renovato. vid. *Goldast. de Regn. Bohem. l. 4. c. 5. num. 6.* indultum videtur, ut nihilominus talis sit, quamvis illud jam ultra annos ducentos nimirum ab *anno 1461.* sub Friderico III. Imp. non peregerit. Imò verò cum, ut ex doctrina Politica novimus, non requiratur ad essentiam civis, ut is omnibus de Repl. deliberationibus intersit, sed sufficiat, si ad præcipuas vocetur, Bohem. verò Rex consultationi cæterarum omnium facilè præcipuæ de capite Imperio Germanico præficiendo adhibeatur, patet eum inde locum inter Reip. nostræ Cives meritò invenire. add. *cap. præced. 1. num. 7. sub. fin. Carpzov. ad L. R. G. c. 5. sect. 5. & 10.*

2. Est Archi-Pincerna Imperii, proindeque in celebratione Curiæ Imperialis primum potum (qui vinum aqua permixtum) porrigit Imperatori, non tamen sub Corona regali, ni-

si libera voluntate. *A. B. c.27. §.5.* Nec dignitati ejus Regiæ quicquam officit, quod officium hoc suum post omnes reliquos Electores peragat. *d. §. 5.* ex ordine naturæ enim est, ut potus cibum sequatur. Habet autem in munere isthoc Sub-Officiarum Vice-Pincernam de Limburg. *A. B. c. 27. §. 6.* & jam tempore Friderici II. familiam hanc eo munere gavisam esse, è subscriptione Bullæ ejus Imperatoris ap. *Goldast. in Statut. & rescript. Imper. p. 74.* & *in Ration. ad Constit. Imp. p. 75. seqq.* apparet. Propter dignitatem regalem, quâ præfulget, cujusque intuitu primatum obtinet inter Electores Seculares, in sessionibus post Electorem Ecclesiasticum ad dextrum Imperatoris latus sedentem, primum inter Electores Seculares ad idem latus locum tenet. *A. B. c. 4. §. 1.* In processionibus vero solennibus Imperatorem sive Regem Rom. immediatè sequitur. *A. B. c. 22. in fin.* qui textus suadet in *cap. 26. §. 5.* editionis Moguntinensis Codici Recessuum præmissæ lectionem, quæ hæc est: *Imperatrix etiam vel Regina Romanorum, suis Augustalibus amicta insigniis, post Regem, vel Imperatorem Rom. ac etiam post Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediatè subsequitur, competentis spatii intervallo suis associata Proceribus, suisque comitata virginibus, ad locum sessionis procedat.* Codicis Palatini lectioni: *Imperatrix vel Regina Rom. post Regem vel Imperatorem immediatè subsequitur:*

quitur: omninò præferendum esse *Limn. ad A. B. c. 26. §. 5. Obs. 2.*

3. Privilegia duo confirmat *A. B. c. 8.* de non evocando, ac de non appellando; Primi vis in eo consistit, quod subditi Regni Bohemiæ ubicunque in regno & provinciis incorporaratis consistentes non nisi in tribunali regni conveniri possint, seseque, si ad aliud Judicium extra regnum evocati sint, sistere minimè teneantur. Cum autem hoc subditis regni datum sit, Rex tanquam Status Imperii conveniendus, in causis primæ instantiæ ad Judicium Cameræ Imperii pertinentibus rectè ibidem convenietur. *Goldast. de Bohem. l. 4. c. 13. num. 10. 14.* neque per privilegium illud subditis concessum jus commune, quo dispositum, ut delinquens vel contrahens in alterius territorio, ibidem sortiatur forum, si præsens sit, sublatum censeri debet. vid. *Limn. ad A. B. c. 8. Obs. 6. Rümelin. p. 1. Disp. 8. th. 2.* add. *Carpz. lib. 2. Resp. 29.* Limitat porrò *Limn. d. l. Obs. 7.* illud in causis feudalibus, & fractæ Pacis Publicæ, &c. Vi alterius nulla persona ejusdem regni à sententia in judicio regni lata extra regnum provocare potest, hinc *anno 1498. 6. Apr.* causa quædam cum refusione expensarum à Camera Imp. ad Regem Bohem. remissa, referente *Barthio p. 1. Sent. Cameral. fol. 95.*

4. Gaudet Rex Bohem. & hoc privilegio, quod investituram & regalia in finibus regni

ſui, aut certe finitimis locis, non plus decem milliaribus à regno ſuo diſtantibus, ſuſcipere queat, nec Aulam Cæſaris petere teneatur. *Limn. l. 3. c. 8. num. 26.* Accedit porrò ad dignitatem ejus, quod plures Imperii Principes & Status illius certorum bonorum intuitu ſint Vaſalli, ut Moguntinus, Saxo, Brandenburgicus, Palatinus, Electores, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Epiſcopi Bambergenſis, Herbipolenſis, Eichſtettenſis, Auguſtanus, Conſtantienſis, Duces Bavariæ, Saxoniæ, Würtembergici, Comites Hennebergici, Burggravii Norimbergenſes, Comites Hanovici, Schwarzburgenſes, Wertheimenſes, Stolbergenſes, Dn. de Limburg in Franconia, Dn. Rutheni in Voitlandia, qui jam titulo Comitum ab Imperatore mactati, Grafen von Plauen/ dicuntur, Dn. de Schönburg in Miſnia, Dn. de Wolfſtein, qui hodie itidem Comitum dignitatem obtinuerunt, Equites S. Georgii in Suevia, nec non Civitates Norinberga, Ratisbona, &c. *Spreng. Inſtit. Jur. Publ. l. 3. c. 4. pr.* Circulo nulli (quamvis ſit membrum ac Status Imperii. vid. *Carpz. de L. R. G. c. 5. ſect. 5. & ſect. 8. 9. 10. 11.*) addictus eſt, neque contributionibus, aliisque oneribus, nec Conſtitutionibus Imp. vid. *R. I. Auguſt. de anno 1551. §. 58. ſeq.* ſe obnoxium eſſe contendit, propter Conſtitutionem Friderici II. *de an. 1212* ap. *Goldaſt.* Reichs-Satz. *p. 1. fol. 30.* à Carolo IV. confirmatum. apud *eundem* in Reichs-Satz. *p. 2. fol. 39.* vid. *R. I. de anno 1530.*

§. darauff

5. darauff haben Wir Chur-Fürsten/ Fürsten und Ständen/ add. *Limn. l. 3. c. 8. n. 28. seq.* & *tom. 1. addit. ad lib. 4. c. 7. p. 460.*

5. Ducum & Regum Bohemiæ Catalogum exhibet *Limn. d. l. 3. c. 8. num. 79.* eumque *in additionibus* supplet. Modernus est Sacratissimus Imperator Leopoldus, hujus nominis *Primus*, Orbi Christiano ex Ferdinando III. Imp. & Maria Philippi III. Hispaniarum Regis filiâ, *A. O. R. 1640. d. 19. Jun.* natus, ex Archi-Ducali Austriacorum Domo X. Bohemiæ Rex & Elector Sacri Imperii.

6. Secundus Electorum Secularium nunc per Instrumentum Pacis est Dux Bavariæ, cui Ferdinandus II. Imp. devicto & (sine Electorum tamen consensu. vide quæ *Limn. l. 3. c. 9. num. 15.* refert, ex quibus oppido error *Wilhelmi Beckeri l. 3. c. 7. n. 14.* id reliquorum Electorum consensu factum esse asserentis dispalescit) exauthorato Palatino Electoratum ad se delicto ejus (ut contendebat) devolutum solenniter Ratisbonæ *A. 1623.* contulit, quem & olim jam ad Bavariæ Duces ratione Bavariæ Ducatus pertinuisse, à Carolo IV. Imp. verò ductâ Rudolphi Pal. filiâ, Annâ, Palatinatui Rheni contra fas illatum esse, proinde jure meritoque illis deberi *Christoph. Gevvoldus, Consiliarius Bavaricus, libro de Septem-Viratu Imperii Germanici*, propugnare sategit, cui tamen ex Palatini parte se mascule opposuit *Marquardus Freherus, Ele-*

ctoris Palatini Consiliarius, Electoratum Sacri Rom. Imper. Comitatui Palatino ab antiquo annexum fuisse probans, in *Originibus Palatinis*, & *Epistola Responsoria de Electoratu Sacr. Rom. Imp. Comitiva Palatinæ antiquitus annexo.* Agitarunt hanc ipsam controversiam post *Gevvoldum* & *Freherum* & alii de quibus, ut & scriptis eorum vid. *Burgold. p. 1. D. 24. num. 1.* Conf. *Limn. d. l. 3. cap. 9. num. 12. & seqq. Strauch. Disp. 3. thes. 2. 3.* qui utriusque partis præcipua argumenta referunt. Quamvis autem translationi illi Electoratus in Bavarum proprio Cæsaris motu factæ initio Electores, Saxo imprimis & Brandenburgicus, contradicerent. vid. *Limn. d. c. 9. num. 15. ibique addit. Burgold. d. l. num. 2.* Tandem tamen tractatu ultro citroque habito Elector Saxoniæ Lusatia placatus in eam certis conditionibus in Conventu Electorali Sleusingæ, ubi Bavarus *anno 1624. d. 30. Julii* in Collegium Electorale receptus, consensit. Brandenburgicus verò, quanquam adhucdum contradicere non desisteret, tamen quia solus, nihil obtinere potuit; Itaque Dignitas Electoria cum omnibus regalibus, præcedentiis, officiis, insignibus & juribus ad hanc dignitatem pertinentibus, in *Instrum. Pacis art. 4.* vers. *Et primo, &c.* Bavariæ Duci confirmata fuit, penes lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint, mansura.

7. Quo-

7. Quoniam ergo Bavarus, ut vidimus, in Palatini locum succeſſit, quartum in actu Electionis, quod Palatino ex *A. B. c. 4.* §. *3.* ante competiit, habet votum, uſu jam confirmatum. Et ut ille ex *A. B. c. 4. §. 1.* ad dextrum Imperatoris latus immediatè poſt Regem Bohem. ſedebat, ita nunc hic ſedendi locus ipſi competit. *Limn. ad A. B. cap. 4. §. 1. Obſerv. 5.* Eſt S. R. I. Archi-Dapifer, ſi non ex *Inſtrum. Pacis*, tamen ex ſpontanea Palatini ceſſione: vid. ſupra *c. 3. num. 6.* In ſolenni proceſſione Imperatori Pomum Imperiale præfert. Sub-Officiarium in Archi-Dapiferatu habet Comitem de Walpurg & Zeil, deß H. Römiſ. Reichs Erb-Truchſes. Impetravit etiam à Ferdin. III. Privilegium de non appellando vid. *ſupra ſect. 1. c. 11. num. 2.* Modernus Elector eſt Maximilianus Emanuel, Ferdinandi Mariæ, qui in Ducatu & Electoratu Patri ſuo Maximiliano, I. Electori, *anno 1651.* ſucceſſit & anno 1679. denatus, filius, *anno 1662.* natus.

8. Tertius eſt Elector Saxoniæ quinto in Electione gaudens voto. *A. B. c. 4. §. 3.* Eſt S. R. I. Archi-Marſchallus, Ertz-Marſchalck/ ejusque munus peragit in Curia Imperiali, pro Sub-Officiario habens Seniorem ex familia Comitum de Pappenheim, aut eo abſente Marſchallum Curiæ. *A. B. c. 4. §. 4. & c. 27. §. 16. ibique Limn. idem. l. 3. c. 10. num. 19. & ſeqq.* ubi plu-

pluribus in vocis Mareschalli originatione inquiritur, add. *Speidel voc.* Marschalck, & *Thulemar. Octovirat. c. 16.* Prospicit insuper hujus muneris in Conventibus Electoralibus, ubi novus eligitur Imperator, de alimentis, hospitiis & aliis, ne Domini Electores, eorumque Legati iis à civibus nimis graventur, ut patet ex Seren. Dn. Elect. [illegible] Ordnung *anno 1658. d. 8. Junii Francofurti ad Moenum* publicata, quam exhibet *Thulemar. Octovirat. c. 16. num.* [illegible]

Electori Saxoniae ratione [illegible] Marschallatus in praeliis Imperii [illegible] Vexillum Majus Aquilae Imp. [illegible] ferre contendunt, de quo [illegible] *addit. ad h. 3. c. 30. num.* [illegible] *Obrecht. Histor. Brev.* [illegible] *des Vexillen Imperialis* [illegible] *Limn.* [illegible] esse [illegible] quod tanquam Marschallus [illegible] beat praerogativam [illegible] in Campis [illegible] expeditione [illegible] Statibus praecedat, ordine [illegible] nitiis, & Processionibus [illegible] rii Majestatis Symbolum [illegible] dium Imperialem evaginatum, [illegible] praeferre, *A. B. c. 26.* Indeque duos gladios decussatim compositos in insignibus gerit. *Albin. in Chron. Misn.* [illegible] *Limn.* [illegible]

ibi

ibi addit. Est porro Elector Saxoniæ tanquam Mareschallus Imperii judex & Patronus buccinatorum, der Trompeter/ut patet ex Confirmatione Ferdinandi II. Imp. de dato Regenspurg *anno 1623. d. 27. Febr.* über die 13. Puncten/ welcher sich die Feld-Trompeter wegen der Lehr-Jüngen verglichen / adducta à *Limn. in tom. 2. addit. ad d. c. 10. num. 27.* In Comitiis Imp. in causis religionem A. C. concernentibus Directorium habet. *Limn. l. 3. c. 10. num. 33. ibique in addit. Fritsch.* Idem *ad l. 9. c. 1. n. 134.* Conf. *Sprenger. Lucern. mod. Stat p. 34.*

10. Vacante Imperio Serenissim. hic Elector est ejusdem Vicarius & Provisor in locis, ubi jura Saxonica olim viguerunt. *A. B. c. 5. §. 2.* vid. supra *sect. 1. cap. ult.* Habet Privilegium de non appellando ex *A. B. c. 11. §. 9.* quod ipsi postea cum tota Familia Saxonica commune factum, per Bullam Sigismundi Imp. *ann. 1423.* confirmatam per Maximilianum I. *anno 1494.* Carolum V. *anno 1521.* Ferdinandum II. *anno 1559.* & alios subsequentes. vid. *Limn. l. 3. cap. 10. num. 37. seqq. Carpzov. Disp. de Privileg. Elect. & Duc. Saxoniæ de non appellando.* De quo turbato Camera Imperialis anno 1670. incusata, teste *Balthas. Venat. Relat. Comit. 3. n. 44.* Electoratus hic Saxonicus per quinque jam permeavit familias, quarum ultima eum adhucdum detinens (de reliquis vid. *Sprenger. l. 3. c. 6. Limn. l. 3. c. 10. num. 1.*) est Domus Illustriss. Marchionum Misniæ & Landgraviorum Thuringiæ, quibus cum in Friderico I. Bellicoso, fundatore Acad. Lipsiens. *anno 1423.* Sigismundus

mundus Caroli IV. filius, non obstante Erici Ducis Saxon. Lauenburgensis contradictione, solenni ritu Posonii contulit, jure ne an injuria? disputant *Cluten. in Syllog. rer. quot. concl.* 25. *Knichen de Saxon. non provoc. jure.* verb. *Electorum. Limn. l.* 3 *c.* 10. *n* 2. *seqq. Strauch. Diss.* 11. *th.* 10. Migravit autem in hac Illustris. Marchionum Misniæ familiâ rursum anno 1547. à Lineâ Ernestinâ in Albertinam, in quâ, postquam *Sereniss. ac Potentiss. Princeps* Dn. Joh. Georg. III. Libertatis Germanicæ Assertor Inclutus, & perfidi hostis Vindex strenuus, ex Castris ad Enzium fl. febre malignâ correptus in Illustre, quod inter nos est, Collegium delatus, & post aliqualem refocillationem ac convalescentiæ signa haud pauca, subitò recidenti iterum malo d. 12. Sep. 1691. penitus postratus occubuit, eundem nactus est *Sereniss. ac Potentiss.* Dn. Joh. Georg. IV. natus d. 18. Octobr. 1668. Elector XV. ex Misnia Domo, VIII. verò ex Linea Albertina, cui DEUS felix Regimen, Paternarum, Avitarumque Laudum & victoriarum incrementa largiatur, Junoque faveat. Consistit autem propriè Electoratus Saxoniæ in antiquo districtu Saxoniæ, cujus primaria urbs est Witteberga, Academia Nobilis, quam civitatem & familia Saxonico-Vinariensis, cum tempore Caroli V. Electoratui renunciare juberetur, simul cum suo districtu cedere jubebatur. Feuda quæ Elector hic Saxon. ab Episcopo Bambergensi recognoscit, sunt Witteberg/ Stadt und Schloß 2c. vid. *Limn. ad Capitulat. p.* 172.

11. Quartus est Marchio Brandenburgensis, Archi-Camerarius Imperii, cujus Vicarius in hoc munere Comes, *hodiè* Princeps, de Hohenzollern, absente Archi-Camerario officium exercens. *Limn. ad A. B. c.* 27. §. 6. *Obs.* 5.

Habet

Habet in Electione votum sextum. *A. B. c. 4.*

§. 11. In actibus Imperialibus præfert Imperatori Sceptrum; (quod etiam in Insignibus gerit, cum autem illud nonnulli pro columna habeant, e Columnensiorum stirpe (unde originem familiæ Sereniss. deducunt,) petitum esse existimaverunt, *Höpping. de jur. insign. c. 6. p. 5. §. 3. num. 630.* Spangenberg. *l. 1.* Henneberg. Chronick. *&c.* cujus tamen opinionis falsitas vel ex eo potest esse manifesta, quod solus eo insigni utatur Elector, non etiam cæteri ejusd. familiæ vid. *Limn. tom. 2. addit. ad l. 5. c. 7. n. 127.*) consistens à latere sinistro Ducis Saxoniæ. *A. B. c. 22. c. 26. §. 3.* Mota quidem ipsi controversia fuit supra Sceptri prægestatione in Inauguratione Caroli IV. Aquisgrani à Duce Juliacensi, in cujus clientela Civitas illa erat, sed pro Ludovico illius temporis Electore Brandenb. Carolus IV. Imper. re examinata, & pensitatis utriusque rationibus, pronunciavit, uti ex *Aventino* refert *Limn. in addit. tom. 2. ad l. 3. c. 11. num. 7.* ex eoque tempore quieta hoc jure fruiti sunt Marchiones.

§. 12. Gaudet Sereniss. hic Elector in Electoratu Privilegio de non appellando ex *A. B. c. 11. §. 3.* quod enim annuente, & à Rudolpho II. Imper. denovo impetrasse, post *Heigium. l. 1. qu. 4. num. 32. Arum. ad A. B. D. 5. num. 13.* putat *Becker. l. 3. c. 7. num. ult.* Sed falso, aliud enim evincunt clara Diplomatis confirmatorii Rudol-

dolphi II. *de anno 1586.* verba, quod integrum refert *Carpzov. de L.R.G. c.9. ſ. 8. num. 9. Limn. l. 3. c. 11. num. 12.* Gaudet porro jure imponendi nova telonia, & vectigalia, veteraque augendi, ex gratioſa Friderici III. Imper. conceſſione *de anno 1456.* & facultate de feudis, ut bonis allodialibus, diſponendi ex ejusdem conceſſione.

13. Tenuerunt hunc Electoratum itidem jam diverſæ familiæ. (1.) ex Comitum Wettinenſium familia tres usque ad *annum Chriſti 1020.* (2.) ex Comitum Stadenſium 4. juxta *Limnæum*, 5. juxta *Franckenberg.* usque ad *A. C. 1142.* (3.) ex Comitum Aſcaniæ & Principum Anhaltinorum tredecim ad *A. C. 1322.* (4.) Ex Comitum Wittelsbachiarum Ducum Bavariæ tres. (5.) Ex Luneburgica eum tenuerunt duo. (6.) ex ultima ordine ſucceſſionis, dignitatis ac antiquitatis verò gloria facile primâ, Comitum Hohenzollerenſium & Burggraviorum Norinbergenſium, cum hodierno, qui eſt Sereniß. ac Pontentiß. Dn. Fridericus III. duodecim jam numeramus.

14. Non paucis ſtuporem concitat, quod Domus hæc tot latifundiis à tempore Sigismundi Imp. creverit; Plurima autem paratâ pecuniâ comparavit, Electoratum ipſum Marchiam ſc. Brandenburgenſem, cum annexa Electorali dignitate ac Officialatu, à Sigismun-

mundo Imperatore ſimulque Electore Brandenburgico, Fridericus IV. aliis Fridericus VI. ex vetuſta Comitum Hohenzollerenſium prognatus familia, Burggravius Norinbergenſis, hujus Stemmatis ſive familiæ primus Elector, quatercentenis aureorum millibus ſub lege retrovendendi, ſi filius Imperatori naſceretur, accepit. Nonnulla tamen & aliis æque juſtis ac legitimis acquiſivit titulis, (vid. *Limn. l.5.c.7. ibique t.1. & 2. addit.*) Sic ex Confraternitate cum Ducibus Pomeraniæ contracta, Familia in Bogislao XIV. *anno hujus seculi 37.* extincta, Pomeraniam ulteriorem, inque citerioris cum nonnullis locis ex ulteriore Suecis pro obtinenda pace relictæ compenſationem, expectantiam in Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum poſt mortem Auguſti, Ducis Saxoniæ, Poſtulati tum temporis Adminiſtratoris in Ducatum vertendum, (cujus Sereniſs. Ducis morte *anno 1680.* inſecutâ terram ipſam jam ſub Ducatus nomine conſecutus,) Epiſcopat. Halberſtadenſem, Mindenſem, ac Caminenſem perpetui feudi jure nomine Principis, *Pacis Monaſterienſis tabulis*, obtinuit. v. *Inſtr. Pac. art. 11. ibiq; Burgold. p. 3. Diſc. 14. ac Franc. Iren. in add.* Pariter novo prorſus, perpetuoq; memorando exemplo, Electori Friderico Wilhelmo Ducalis Boruſſia, quam in feudum à Rege Poloniæ hactenus tenebat, nexu clientelari ac feudali liberata & abſoluto dominio

 regen-

regenda cessit, vi *articulorum Pacis Welaviens. de anno 1657. d. 19. Sept.* à *Gastel. de Stat. Publ. Europ. noviss. p. 4. c. 19. rubr. Prussia. n. 159.* & *Londorp. Cont. Tom. VIII. l. 8. c. 101. p. 170. seqq.* exhibitorum, quorum tenor *artic. 5. Ducatum Prussiæ iis finibus circumscriptum, quibus Serenissimus Elector illam olim jure feudi ante hoc bellum exortum possidebat, Ipse deinceps & descendentes ejusdem Masculi ex thoro ejus legitimè procreati, indeque dependentes omnes, donec quisquam supererit ex descendentibus masculis Suæ Serenitatis, jure supremi dominii, cum summa atque absoluta potestate, sibi habebunt, possidebunt, regentque absque omnibus antehac præstitis oneribus, &c.* Solennitates, quæ, cum Serenissimus Elector Supremus Borussiæ Dux ac Dominus declaratus fuit, adhibitæ sint. *Diar. Europ. Contin. IX. ad A. M. DC. LXIII. VIII. Octobr.* pandit.

15. Secularium Electorum pro tempore, per *Instrum. Pac. Cæsar. Suecic. art. 4. §. quod ad Domum Palatinam &c.* ultimus est Comes Palatinus Rheni, qui nomen hoc non à Palatio Trevirensi, ut post *Jordanum Paderbornensem Petr. de Andlo l. 1. c. 13. & 16.* existimat, nec à loco quodam & Castello in Rheni alveo è regione Cubæ sito & Pfalz dicto, nec etiam à regione Capillatium, vel Palas *Marcellino* dicta, quæ Palatinatus inferior nunc dicitur, ut alii erronee tradiderunt; Sed ab Aulâ vel Palatio Imperiali, cui tanquam Judex antiquitus præfuit, accepit. *Stranch. Diss. Exot. 3. n. 3, Fritsch.* de

de Palat. Princip. c. 13. Beckmann. Not. Dign. Illustr. D. 9. c. 2.

16. In Electione Regis Rom. suffragium septimo nunc profert loco, quanquam ante *Instr. Pac. Osnabrug. Monast.* per *A. B. cap. 4. §. 3.* inter Seculares secundum & quartum inter omnes habuerit votum. *Limn. ad d. c. 4. §. 3. A. B. Obs. 9.* In processione solenni per *A. B. c. 22.* Imperiale gestabat ante Imperatorem Pomum, (den Reichs-Apffel/) quod Caroli V. permissu 1544. ad Collegarum suorum exemplum Fridericus II. Elector Palatinus Insignibus inseruit, posterique ejus palàm in iis ad *Instrum. Pac.* usque ostenderunt, sed cum jam illud Bavarus præferat, ipse in ejus vicem hodiè ex Ferdinandi III. concessione auream Coronam gerit, quam tamen ad insignia, ut olim Pomum, non pingit, scuto intermedio, in quo Pomum Imperiale splendebat, adhuc vacuo existente, sicut ante prælaudati Friderici II. tempora quoque fuit, *Oldenburg. in addit. ad Limn. Enucleat. l. 2. cap. 9. num. 21. Dn. Spener. Oper. Herald. lib. 3. c. 27. §. 12.* quanquam contrarium asserere videatur *Beckman. Not. dignit. Illustr. Diss. 8. c. 2. num. 7.* Erat S. R. I. Archi-Dapifer *A. B. c. 5.* hodiè autem Archi-Dapiferatu Bavaro cesso Archi-Thesaurarius Imperii audit, (vid. supra *c. 3. num. 6.*) viquò hujus muneris in Inauguratione Imp. ipsi competit jus missilia spargendi, vulgò nummi missiles dicuntur, & suis instrui solent impressis

ſeu phrenoſchematibus teſtaturis virtutes, ſpem, fortunam, potentiam, &c. novi Principis, qualia erant Auguſti Noſtri Leopoldi cum Symbolo ejus: **Conſilio & induſtria**: ab altera: **Leopoldus, Hungariæ & Bohemiæ Rex Coronatus in Regem Romanorum.** 1. *Auguſt. anno 1658.* Sub-Officialem habet Comitem de Sinzendorff, (vid. ſubſcriptionem *R. I. de anno 1654.* ubi deß H. Röm. Reichs-Erb-Schatzmeiſter, vocatur) cujus familiæ Dn. Elector dignitatem hanc conceſſit, & *anno 1653.* duos ex illa agnatos, Georgium Ludovicum, Cameræ Imper. tunc temporis Vice-Præſidem, & Johan. Joachimum, Conſiliarium Imp. Aulicum, de officio iſthoc inveſtivit. *Dieter. ad A. B. tit. 27.*

17. De jure Vicariatus Imperii in partibus Rheni, Sueviæ & jure Franconico, quod ipſi ab antiquo competiit, vid. *A. B. c. 5. §. 1.* adhucdum cum Bavaro, qui ultimo interregno poſt mortem Ferdinandi III. Juris poſſeſſionem fermè intercepit, concertat, vid. ſupra *ſect. 1. cap. ult. num. 4.* Licuit & ipſi ex inveteratâ conſuetudine per Auream Bullam firmatâ Judicem Imperatoris eſſe *A. B. cap. 5. §. fin.* cum ipſe ab alio convenitur, adeoque Rei partes ſuſtinet. *Schütz. v. 1. Diſſ. 7. thes. 21. l. A. Strauch. D. 3. th. 12.* quod jus procul dubio à data olim in Palatio Principis judicandi poteſtate,

ſtate, (quæ ut in alios vi, ita in Cæſarem, ubi quis ab ipſo poſtulavit, ſpontanea ejusdem ſubmiſſione valuit) ei remanſit, utut id nolit *Limn. ad A. B. c. 5. §. fin. Obſ. 12.* vid. *Strauch. Diſſ. 3. th. 6. Corol. Scharſchmid. Diſſ. de preſ. Imperii periodo ſect. 2. membr. 2. num. 16.* ap. *Fritſch. in vol. novo Exerc. Jur. Publ. num. 6.* adeoque Comitivæ Rheni Palatinæ fuit annexum, quam ob cauſam quoque illud in Electorem Bavariæ cum Electorali dignitate translatum negat *Burgold. p. 2. D. 20. n. 20.* ubi ſimul contra alios iniquos ejus cenſores, quorum conatus *A. B.* è diametro contrariatur, pluribus vindicat, quod & *Limn. l. 3. c. 9. n. 26. & ſeqq.* facit.

18. Hæc autem Palatini cognitio minimè lædit aut imminuit Imperatoriam Majeſtatem ſeu authoritatem, ut malè *Bodinus 2. de Republ. c. 8.* cenſuit. Nam non infrequens eſt, ut Principes etiam abſoluta poteſtate gaudentes ex ſpontanea ſubmiſſione, ne in propria cauſa judicent, minores aut pares judices admittant, dumque ſuccumbunt, ſententiæ pareant; nonnunquam verò etiam lege fundamentali certus Principi, ne in proprio ejus ſit innocentia arbitrio, judex opponatur; vid. *Limn, ad A. B. c. 5. §. 3. Obſ. 1. Strauch. D. 3. th. 12.* Bonus Princeps haud dedignatur ſibi ſalvâ Majeſtatis ſuæ reverentiâ, jus cum privatis eſſe commune. *l. ult. C. Theod. de appellat.* Proinde quoque ipſemet Imperator noſter, dum electus ſe

A. B. confirmaturum & renovaturum jurat, hunc ſuum confirmat judicem, qui tamen non habet coërcitionem & ſententiæ executionem, (adeoque minus dubii noſtra habet aſſertio,) ſed nudum jus actoris per ſententiam declarandi facultatem. *Strauch. d. l.* Et porrò, in Majeſtatis Imperatoriæ reverentiam, Proceſſum non contra ipſum Imperatorem, ſed Fiſcalem inſtitui teſtantur *Alciatus, Reinh. König. Theatr. Pol. p. 496.* aliique.

19. Sed num etiam Rex Romanorum vivo Imperatore electus, & Auguſta Palatinum Rheni judicem habeant? nonnullorum inquiſivit curioſitas. Et de illo id negat *Limn. ad A. B. c. 5. §. f. Obſ. 3.* Imperatorem judicem ejus eſſe contendens. Diſſentit verò *Schütz. v. 1. D. 7. th. 21. lit. D.* Quoad Auguſtam diſtinguit Laud. *Limn. Obſ. ſeq. 4.* utrum conveniatur ab ipſo Imperatore, an ab alio. Hoc caſu eam coram Imperatore, tanquam ſummo judice, conveniri, illum verò evitandæ ſuſpicionis cauſa aliis judicium committere putat; illo pariter Imperatorem vi poteſtatis ſuæ judices conſtituere, illisque judicium committere poſſe tradit. add. *Schütz. d. l.*

20. Cauſæ ad judicium hoc pertinentes ſunt potiſſimum civiles, & quidem tales, quibus ratione communiſſimæ materiæ, Princeps obligatur, ut quivis de populo, puta ex contractu cum privato, vel Principe ſibi ſubjecto celebra-

lebrato, descendentes, primæque instantiæ, utpote de quibus satis apertè *A. B.* sæpe *cit.* §. loquitur, verb. *quibus* (ipse Imperator) *impetitus fuerit.* Non verò causæ appellationis, non eæ, quibus Princeps tenetur, ut est Princeps, neque feudales, neque criminales, ut sic meritò *Glossat. Saxon.* verba. *ad art. 8. in f. l. 1.* Weichbild. Und soll ihm *scil. Imperatori*, das Haupt mit einer guldnen Parthen abhauen/ &c. quibus & sententiæ criminalis executionem Palatino concedit, inter nugas referat *Freher. ad P. de Andlo l. 2. c. 10.* nec causa depositionis vid. *Limn. l. 3. c. 9. num. 48. seqq. & ad A. B. c. 5. §. 3. Observat. 5. 6. Strauch. d. l. v. Schütz. d. l.* qui tamen quoad causas criminales dissentit.

21. Judicium hoc non alibi, quàm in Imperiali Curia, ubi Imperator præsens extiterit, institui debet, ut verba habent Latina *A. B. d. c. 5. §. 3.* vid. *Limn. l. 3. c. 9. num. 68. seqq. ad A. B. d. c. 5. §. 3. O. 17. Strauch. Diss. 3. th. 12.* qui Curiam hic pro Comitiis Imperii accipiendam docent, à quibus tamen recedit *Schüz. d. D. 7. th. 21. l. G.* eam tam pro Comitiis, quam Imperiali Aula accipiens. Et quidem à Palatino ipso in persona, non per substitutum vel Plenipotentiarium. *Limn. ad A. B. d. l. Obs. 17.* Quamvis autem usu & exercitio non adeò sit frequens, non tamen inde vel nullum esse vel in desuetudinem abiisse cum *Authore justitiæ Ca-*

sarea Imperialis putandum. Referuntur vulgò (an rectè? dubito) ejus exerciti exempla in Adolpho Nassovio, de quo *Avent. annal. Bojoar. l. 7.* & Alberto I. de quo *Henric. Rebdorff. annal. tom. 1. a. 101300.* quæ quasi possessionem juris hujus Palatino competentis evincant; quod verò illud per sat longum tempus non exercuerit, competentis privilegii integritati an quidquam potest officere? notum enim est, non quemvis nonusum ad amittendum privilegium, aut prærogativam sufficere, sed talem requiri, quem privativum vulgò appellant, & negativo contradistinguunt, necesse esse, ut quis occasiones utendi habuerit, hæ si defuerint, præscriptionem non habere locum. vid. *Carpz. p. 2. c. 3. d. 23.* Quales occasiones cum Palatino datæ non fuerint, minime jus hoc ei periisse dici poterit. *Burgold. p. 2. D. 20. th. 20.*

22. Porrò inter prærogativa Electoris Palatini jura refertur facultas oppida & dominia Imperii à Cæsaribus oppignorata, iisdem conditionibus, eodem precio, quo oppignorata fuere, redimendi, donec à Cæsaribus reluantur. *Zachar. Vietor. Diss. de causis Exemption. Imperii. concl. 35.* Potestas creandi Nobiles & Comites, quam *Joach. Cluten. Syll. rer. quot. concl. 24.* ab antiquo præscriptam diversis actibus comprobatam dicit. Jus Wildfangiatus, vigore cujus extra legitimum matrimonium natos, aliosque advenas, qui sua sponte ad loca,

ubi

ubi Seren. Dn. Electori ex Impp. Privilegio & antiqua consuetudine hoc jus competit, sese conferunt, ibique domicilium figunt, si intra anni spacium à Domino non fuerint vindicati, in numerum hominum propriorum cooptat, spe percipiendi census ab hominibus propriis præstari soliti, capiendæque hæreditatis, si vel extra conjugium, vel sine parente, prole, fratribus aut indotatis sororibus & sine testamento decesserint. De quo jure Serenissimo Domino Electori non tantum à Bavaro, in illud pariter prætendente, sed etiam ante aliquot annos à vicinorum territoriorum (in quibus non minus ac in suo, illius sibi vindicavit exercitium) Dominis mota fuit controversia, quæ in funestum exiit bellum, tandem verò per electos arbitros compromissarios *die* $\frac{17}{7}$. *Febr. an. 1667.* Heilbronnæ feliciter pro Palatino terminata. vid. *Burgold. p. 1. D. 26. membr. 2. num. 8. seqq.* Jus conducendi in territoriis scilicet alienis, als durch die Ober-Graffschafft Catzenellenbogen von der Bergstrassen an biß Franckfurt/ item in der Marggraffschafft Baden biß gen Pfortzheim/ de quo vid. *Burgold. d. l. num. 13.* Protectio fabrorum cuprariorum, deß Keßler-Handwercks/ in partibus Rheni, Alsatiæ, & certis Franconiæ locis, quam ipse ab Imperio in feudum, & magnam partem, (nam in aliis sibi soli retinuit,) in tractu scil. Alsatiæ, Familia Nobilium de Ratsamhausen, in districtu

verò Franconico, Nobilis familia Zobeliorum, cum insigni hoc emolumento rursus in subfeudum ab ipso tenet, ut supellectilem cupream ad totius rei domesticæ usum sufficientem iis gratis subministrare teneantur. *Besold. voc.* Kessler-Schutz. *Dn. Phil. Jac. Spener. Oper. Herald. part. Spec. l. 3. c. 27. §. 7.* Nemoque illorum ad tractum Rheni, Alsatiæ & Franconiæ artem suam exercere possit, nisi à juratis & qui ad id constituti, nummo uno & altero soluto, in album Opificii relatus sit *Spreng. Luc. mod. Stat. Imper. c. 2. p. m. 97. seq.* ubi notat habere eandem quoque Familiam Brandenburgicam in certo quodam tractu, ut videre ex *Diplom. à Limn. tom. 4. ad l. 5. c. 7. num. 141.* exhibito. Privilegium de non appellando *A. B. c. 11.* concessum, de novo quoque iterum à Ferdin. III. *de dat. Prag. d. 17. Jul. anno 1652.* ei confirmatum est, teste *Burgold. p. 2. Disp. 20. num. 19.* Modernus Elector est Sereniss. ac Potentiss. **Dn. Johannes Wilhelmus Josephus**, natus 19. Apr. 1658. qui Patri, **Philippo Wilhelmo**, d. 2. Sept. 1690. anno ætatis 75. mortuo successit, postquam is primum anno 1685. post mortem **Caroli** sine prole defuncti dignitatem Electoralem Lineæ Neoburgicæ, vigore *A. B.* & quæ hujus ulteriori declarationi servire debuit, Constitutionis Sigismundi Imp., Pactorum gentilitiorum, &c. intulisset.

CAPUT VI.

De Principibus Imperii Ecclesiasticis generatim & speciatim.

ELectores excipiunt Principes Imperii communes, (vid. *Aur. B. c. 6. in rubr.*) qui in speciali significatu, quatenus Electoribus, Comitibus & Baronibus contra distinguuntur, (vid. *Burgold. p. 1. D. 20. membr. 2. num. 77.*) pariter ut Electores, sunt vel *Ecclesiastici*, vel *Seculares*.

2. Principum Ecclesiasticorum nomine comprehendimus Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates & Prælatos Principali dignitate auctos, Gefürstete Aebt und Prälaten / qui pari cum Politicis jure singuli in Comitiis Imperii universalibus viritim sententiam dicunt, imò Principibus Secularibus etiam τῇ προεδρίᾳ præstant. Et jam quidem tum antiquissimis Imperii Germanici temporibus, atque ipsius Caroli M. ætate, hos Comitiorum participes fuisse, ex *Adelhardi*, Cognati & Consiliarii Carolini, libello *de Ordine Palatii*, cujus verba exhibet *Hincmarus Ep. 3. c. 29.* supra in *Prolegom. c. 4. num. 7.* observavimus. Verba huc facientia ita habent: *In quo placito generalitas universorum Majorum*, (adde, *& Minorum*) *tam Clericorum, quam Laicorum conveniebat.* Ubi

Ubi nomine Clericorum cum Archi-Episcopi & Episcopi, tùm etiam Abbates (quorum plures à Carolo M. per Germaniam, Saxoniam imprimis & Westphaliam constituti,) intelliguntur. Enimverò & horum jam tum magna authoritas fuit. vid. *Hincmarus Ep. 5. c. 7.* ubi Ludovico Balbo suadet, ut cùm aliis Proceribus etiam Hugonem & Gozlinum Abbates evocet, atque ex consilio eorum negotia regni ordinet.

3. Nulla tamen tunc temporis secularis Jurisdictio, quanquam amplissimas haberent opes, iis competiit, quam demum consecuti videntur ab Ottone M. *qui omnibus penè Ecclesiis Cathedralibus in Italia, Germania, Lotharingia multas civitates, castra, oppida, villas & multa alia dominia temporalia, jura & jurisdictiones donavit. Archi-Episcopos quoque & Episcopos Ducatibus, Baroniis, & Comitatibus communivit, quibus nobiles & potentes Vasallos subjecit, ut semper essent parati ad resistendum paganis*, sunt verba *Theodorici de Niem in Ottone M. p. 184.* In specie eundem fratri suo Brunoni, Archi-Episcopo Coloniensi, defuncto Conrado ultimo Lotharingiæ Duce, illum Lotharingiæ Ducatum concessisse, & ex illo tempore Archi-Episcopos Colonienses Jurisdictione Seculari & Regalibus præditos fuisse, cum antea tantum potestate Ecclesiastica & baculo Pastorali usi essent, *Cuthsemius in Historia Bru-*

Brunonis, ac *Author Chronici Coloniensis anno 1499. editi*, *Lehmann. Chron. Spirens. l. 4. c. 3.* aliique tradunt. Idem de Episcopatu Mindensi testatur *Cranzius Metrop. lib. 3. c. 33.* inquiens: *Hic Londovvardus inter omnes antecessores suos primus regalia suscepit de manu Imperatoris Ottonis I. anno 961. apud Forcheim 7. Id Junii ac Decembr.* & de aliis idem alii notant. Ottonis M. exemplum Successores (inconsultè benefici) secuti; inde cœperunt duplicem sustinere personam, Secularem Ducis, Principis, Dynastæ; & Ecclesiasticam Sacerdotis: ditionesque ab Impp. donatas potestate Seculari, Diœcesin autem Jurisdictione sacrâ administrare. Utilis ne autem fuerit, sitque Imperio nostro hæc Pontificatus & Potentatus civilis conjunctio, an verò pernitiosa, & jure ne, an injuria secularibus implicentur negotiis, qui militare debent Christo? nolumus hic disputare.

4. Adhuc tamen hæc Clericorum jura subordinata tum fuerunt supremæ Impp. potestati, à quibus etiam investituram petere subinde consueverunt. *Albert. Cranz. d. l. 4. c. 11. Tulerunt*, inquit, *hæc tempora sub Henricis, ut Episcopi & Abbates à Regibus investirentur.* add. *Onuph. Pamphin. in vita Gregorii VII.* Hic ipse Gregorius Pontificii conditor Imperii prima fundamenta jecit exemptionis Clericorum, cujus vestigiis insistens Paschalis II. omninò

Cle-

Clericorum majoris Ordinis, Archi-Episcoporum, Episcoporum & Abbatum, investituram Imperatoribus extorquere summopere annisus est, Henrico V. Imp. tamen strenuè contranitente. Diu agitata est illa de exemptione Clericorum controversia inter Imperatores & Pontifices, ac aliquot Impp. exiliis, totiusque Germaniæ cladibus constitit, quod haud obscurè rursus innuit *Cranzius d. c. 33.* *secuta* inquiens, *sunt tempora quibus per Orbem Christianum maxima fuêre mala diuturnis temporibus, dum Imperatores, quod diu tenuerunt, dimittere noluerunt, & Summi Pontifices non paterentur, Episcopos de manu Laica suorum Episcopatuum investituram suscipere. Inde duo Imperatores Henrici IV. & V. duo Friderici I. & II. Otto IV. longe certamina habuerunt cum contemporaneis sibi Summis Pontificibus.*

5. Verissimè autem judicavit *Paulus Æmylius l. 5. histor.* Henricum V. plusquam dimidium potestatis Cæsareæ perdidisse, dum illam Clericorum investituram copioso nuper Germanorum sanguine defensam Papæ Romano, quanquàm à factione Pontificia tum in Imperio prævalente coactus, resignaret, sibi tantum regalia, ut vocant, feuda Imperii electis Episcopis per Sceptrum conferendi servata potestate. Nam malè admodum consultum est, judice *Aristotele 4. Pol. 14.* libertati ac securitati alicujus Imperii, in quo pars civium potentio-

rum

rum à Principe externo, eodemque ambitioso dependet. v. *Conring. ad Lampad. p. 3. c. 6. n. 10.* Quantumque pacto illo detrimenti cœperit Germaniæ Regum eorundemque Impp. authoritas ac istam fulciens regale patrimonium, in vulgus notum est.

6. Qui olim, ut ferè per totum orbem Christianum, ita & in Imperio Germanico Episcoporum constituendorum modus fuerit, supra innuimus *sect. 1. c. 5. num 9. 10.* Hodiè constitutio eorundem ad Capitulares Canonicos cujusque Ecclesiæ Cathedralis pertinet; Constituuntur autem Electione (quæ quid sit, qui ritus in ea observentur, quot modis fiat, per scrutinium videlicet, vel per compromissum, vel per inspirationem divinam, videsis apud *Lancellot. & Henr. Canisium in Instit. Jur. Canon. Duaren. de Sacr. Eccles. Minist. l. 5. c. 1. ac Matth. Stephani de Jdict. l. 3. p. 1. c. 9.*) quam interdum præcedit Postulatio, si de eo eligendo agatur, qui regulariter & canonicè eligi nequit, ut enim hujus defectus gratia fiat, à superiori postulatur. vid. *t. t. ibique Dd. X. de postulat. Prælat.*

7. Cum autem solus Pontifex hic pro superiori à Catholicis agnoscatur, ab eo ordinariè dispensatio petenda est, sicut &, quæ Electionem sequitur, Confirmatio. Liquet hinc, quare Pontificii Protestantes Episcopos nec in Episcoporum ordinem, nec ad sessionem & suffra-

ſuffragia in Comitiis ferenda admittere voluerint. Quia enim ex pacto cum Nicolao V. inito, Epiſcopis Germaniæ Confirmatio Româ petenda (vid. *ſect. 1. c. 9. num. 2. p. 367.*) & diſpenſatio quoque, ſi quis poſtuletur Epiſcopus, à Pontifice Rom. impetranda, Epiſcopi Proteſtantes autem, ſive Electi ſive Poſtulati, utramque neglexerunt, (haud enim ullum præter unius Henrici Julii Halberſtadienſis Epiſcopi ſive Confirmationis ſive Poſtulationis in Curia Rom. probatæ exemplum reperitur,) exiſtimarunt illi deeſſe iis aliquid, quo ſine in Epiſcoporum Germaniæ numero haberi minimè poſſint. Sed ſatis jam ipſis proſpectum eſt *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. art. 5. §. 2.* ubi conſtitutum, quod ſi intra annum Poſtulationis ſuæ fidem fecerint, & juramenta Regalibus feudis conſueta præſtare parati ſint, haud exſpectata confirmatione (Papali) à Sacra Cæſ. Maj. absque ulla exceptione inveſtiri, ad Comitia Imperii evocari, ibique jure ſuffragii frui debeant, ſingulari inter Eccleſiaſticos & Seculares intermedio ſive transverſo (ut vocant) iis aſſignato Scamno, in quo tamen hodiè tantum ſedet Epiſcopus Lubeccenſis (welcher die Qualität der Geiſtlichen behalten) & Osnabrugenſis, (quando ſcilicet in caſu alternationis Dux Brunſuicenſis ac Luneburgenſis Epiſcopus Osnabrugenſis eſt) ac usque ad annum 1681. Adminiſtrator Magdeburgenſis. vid. Grundfeſt.

pag.

pag. 101. 102. Cæteri enim Archi-Episcopatus, Episcopatus à Protestantibus occupati ferè omnes, diu jam qualitatem secularem induerunt, & ut Seculares Principatus feudorum Imperialium lege à possessoribus tenentur, hincque ipsi etiam in Scamno Principum Secularium eorum intuitu sessionem & suffragium habent aut prætendunt. *Burgold. p. 2. Disc. 11. membr. 5. num. 2.*

8. Cæterum quod diximus hodiè Episcopos Imperii *vel Electione vel Postulatione constitui*, id plerumque verum est. Enim verò secundum Concordata nationis Germanicæ, quæ appellantur, hoc ipsum observatur in Ecclesiis, quæ extra Curiam Romanam fiunt vacantes, quod quidem fit omnium frequentissimè. Si autem Episcopus aliquis Germanicus Romæ decesserit, conferendi illum Episcopatum cui velit, in Papæ est arbitrio, ut proinde Electioni ac Postulationi Collatio Pontificia addenda etiam veniat. Adhoc quicquid est horum, habet saltem locum in Episcopis Germaniæ, qui Imperii Ordinibus accensentur, de quibus hic tantum etiam agimus. Etenim qui in clientela Austriacæ Gentis, ferè ex collatione Principum dignitate sua fruuntur.

9. Archi-Episcopos, præter tres Electores Ecclesiasticos, duobus plures hodiè non numerat Imperium, sunt illi: Salisburgensis, qui Sed. Rom. Legatus Natus, & Vesuntinus; Re-

liqui vel illud non amplius agnoſcunt (ut Rigenſis, qui quidem adhuc *anno ſuperioris ſeculi 29. & 30.* ceu apparet ex Imperii actis, Imperii Conventibus interfuit, poſt vero cum Equitum Livonicorum Ordine deſiit, ultimo Archi-Epiſcopo *Anno 1562.* fato cedente) vel Secularibus annumerantur, ut Magdeburgenſis & Bremenſis, per *Inſtrum. Pac.* Duces facti, *art. 10. 11.* vid. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 3. p. 211.* Hodierni Eqiſcopi Imperii ſunt: Bambergenſis, (quem Henricus II. (dictus Sanctus) Imperator immunem fecit ab omni jugo Archi-Epiſcopali, ita ut in omnibus cauſis ac Proceſſionibus non aliter, quam Archi-Epiſcopus aliquis in ſua Diœceſi procedat *Caſp. Bruſch. de Epiſcop. Germ. f. 1069.* hincque etiam Epiſcopus Exemptus I. P. Scriptoribus paſſim dicitur, communiter enim Exempti vocari ſolent, qui Archi-Epiſcopo nulli ſubordinantur, ſed immediatè Summo Eccleſiæ Capiti ſubjecti ſunt & inde etiam ſingulari Archi-Epiſcoporum inſigni, Pallio ſcil. fruuntur, ſicuti Suffraganei viceverſa appellantur, qui Diœceſi Archi-Epiſcopali ſubſunt, ut cæteri ſequentes, excepto Ratisbonenſi, qui etiam ab omni Archi-Epiſcopali jugo liber, teſte *Bruſch. cit. l. p. 746.*) Würtzburgenſis, Wormatienſis, Eichſtadienſis, Spirenſis, Argentoratenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildeſienſis, Paderbornenſis, Freiſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis,

ſis, Tridentinus, Brixienſis, (hos duos Epiſcopatus mit dem Gotteshaus Murbach Domus Auſtriaca ſub protectione habet, eosque plane eximere conatur, de quo negotio variè actum in Comitiis. vid. *Receſs. Imper. de anno 1548.* §. Nach dem auch in der ꝛc. *Limn. t. 1. addit. ad l. 5. c. 2. num. 40.* verſ. *quod ſub Domus Auſtr. protectione*) Baſileenſis, Leodienſis, Osnabrugenſis, Monaſterienſis, Curienſis, Lubeccenſis. vid. *Franc. Iren. ad Burgold. p. 1. D. 20. p. m. 187. ſeqq.* Accenſetur quoque horum Ordini Magiſter Ordinis Teutonici, qui cum Epiſcopo Bambergenſi competit de præcedentia.

16. Abbates ac Prælati Principes ſunt: Abbas Fuldenſis, Auguſtæ Archi-Cancellarius, cujus munus, ut quoties Imperatricem ſive Reginam Rom. coronari aut in veſte Imperiali ſive Regia ſedere contigerit, ipſe coronam quoties more & ordine poſcente illa à capite Imperatricis deponenda, deponendi, tenendi & reponendi fungatur officio, quod Privilegium habet à Carolo IV. talium non parco Imp. v. *Goldaſt. tom. Conſt. Imper. p. 344.* Campidonenſis, Elwangenſis, Murbacenſis, quem hodie eximere conantur Archi-Duces Auſtriæ, Luderenſis, Præpoſitus Berchtesgadenſ. Weiſſenburgenſis, quam Præpoſituram ordinariè adminiſtrant Epiſcopi Spirenſes, Prumienſis, cujus perpetua adminiſtratio ſpectat ad Archi-

Episcopum Trevirensem: Stablonensis, Corbejensis; His accensetur Magister Ordinis S. Johannis in Germania, à Carolo V. inter Principes Imperii relatus, *à Limn. l. 1. c. 7. num. 49.* quoque Abbas Hirsfeldensis annumeratur, sed hic per *Instr. Pac. art. XV.* Princeps Secul. factus à Landgraviis Hasso-Cassellanis in Scamno Principum Secularium repræsentatur. Præter hos Abbates & Prælatos Principes & alii simplices sive Principum dignitate carentes sunt in infima Scamni Ecclesiastici parte sedentes, post Principes autem Seculares ante Comites subscribentes, qui in duo Directoria, Suevicum scil. (sub quo Reichenaviensis, quem repræsentat Episcopus Constantiensis, Salmansweilensis, Ochsenhusanus, Elchingensis, Ursensis, Rochenburgensis, Munchenrodensis, Weissenaviensis, Schussenrietensis, Peterhusanus, Wettenhusanus, Zwifaltinus, Gengenbacensis, Weingartensis, Ottenburensis, S. Georgii apud Ysni) & Rhenanum (sub quo Kayserheimensis, Udenheimensis, Werdensis & Helmstadiensis, Abbas Sancti Ulrici, & Afræ Augustæ Vindel. Abbas Monasterii S. Vallis Gregorianæ, Abbas S. Cornelii apud Aquisgranum, Abbas S. Emerani Ratisbonæ, Brucsalensis ad Bruchein in territorio Spirensi, Walckenriedensis extractus à Ducibus Brunsuicensibus per *Instr. Pac.* concurrit tamen in voto cum Prælatis, Salfeldanus

nus

nus extractus à Duce Saxon. Altenburgensi, concurrit tamen itidem in voto cum Prælatis, zum Stein ad Rhenum, Sigbergensis) dividuntur, & duo tantum vota in Comitiis Imp. habent curiata. In quibus cum illis communicant Commendatores militiæ Sacræ Provinciales sive Balliviales, ut vocant, bini, alter Balliviæ Confluentinæ, alter Balliviæ Alsatiæ ac Burgundiæ; & Abbatissæ, etiamsi sint Principum ornatæ titulo scil. Essensis, Buchaviensis am Federsee / Quedlenburgensis, Andlaviensis, Lindaviensis, Herfordiensis, Gernrodensis extracta à Principibus Anhaldinis, Monasterii inferioris Ratisbon. Monasterii superioris Ratisbon. Burgscheidensis, Gandersheimensis extracta à Ducibus Brunsuic. Rotenmonasteriensis, Scholastica in Heybach / Scholastica in Bainde. Plura de his videsis apud *Casp. Bruschium de omnibus Germania ArchiEpiscopatibus & Episcopatibus.*

CAPUT VII.

De Principibus Imperii Secularibus generatim & speciatim.

PRincipum Secularium appellatione hic Archi-Duces, Duces, Comites Palatinos, Marchiones, Landgravios, Burggravios & qui simpliciter Principes, Fürsten / dicuntur,

quod de Principatu, Einem Fürstenthumb/ ab Imperatore una cum dignitate Principis, eines Fürsten/ investiti & decorati sint, (ut Serenissimi Principes Anhaltini, qui ab antiquissimis, Friderici scil. II. temporibus, & quidem ab anno 1218. dignitatem hanc habuere, & ab Henrico (lapsus enim calami est ap. *Sprengerum in Lucern. c. 2. p. 183.* qui Fridericum appellat, neque Sigismundus aliquis, quem ibidem allegat, fuit, qui Marchionatum Soltquellensem primò acceperit, sed Otto, cognomine Dives) Bernhardi, Ducis Saxoniæ & Comitis Ascaniæ ac Ballenstadii filio, Alberti Ursi Marchionis Brandenb. atque itidem Comitis Ascaniæ nepote accepere, quem Fridericus ex Comite Ascaniæ & Ballenstadii, quod vetus ipsorum nomen erat, ab arce Anhalt Principem Herciniæ Anhaltinum creavit. *Annal. Anhalt. Brotuff. l. 4. c. 1. & l. 6. c. 1. Spener. Syllog. c. 6. pag. 255.*) complectimur. Sunt hi omnes Status Imperii Feuda regalia ab Imperio, & sessionem ac suffragium in Comitiis habentes; indeque etiam Principes Imperii, Germ. Reichs-Fürsten/ audiunt.

2. Pro tali ut quis habeatur, tria *Commentator Speculi Saxon. lib. 3. tit. 58. à Paurmeistero l. 2. de Jdict. c. 9. num. 9.* allegatus, requirit. 1. ut feudum à nemine nisi Imperatore aut Rege Rom. recognoscat. 2. ut feudum per vexillum aut sceptrum accipiat, 3. Ut possideat pro-

provinciam titulo Principatus insignitam. Sed non adeo firmo notas has inniti talo, pluribus demonstrat *Burgold. ad I. Pac. p. 1. D. 20. membr. 2. num. 27.* abundeque constat, quod multi Imperii Principes ab aliis Imp. Principibus & Statibus, etiam inferioris ordinis, feuda teneant, & moribus hodiernis feuda Regalia non ampliùs per sceptrum aut vexilla, sed per gladium, conferantur. Veræ ergò Principis & Status simul Imperii notæ sunt duæ. 1. ut Ducatum vel Principatum in Imperio possideat. 2. Ut in Comitiis Imperii sessionem & suffragium habeat. Hisque distinguuntur verè & propriè dicti Principes Imperii. 1. à Principibus mediatis, qui aliis Principibus & Statibus sunt subjecti, jure dicendi suffragi in Comitiis Imperii destituti, quales sunt, Principes Silesiæ, qui immediatè Bohemiæ Regi subsunt, nec votum ac sessionem in Comitiis Imperii habent. 2. à Principibus merè titularibus personali tantum dignitate & nomine gaudentibus, in Imperii autem Comitiis personam standi non habentibus, quales fuere Sigismundus Bathorius, Princeps Sylvaniæ, Carolus Mansfeldius, Ratzevilii & multi alii, quos Ferdinandus II. Imp. hoc nomine insignivit. Ac inde oritur Glossatoris Juris Saxonici distinctio, qua dividit Principes in Schlechte Fürsten und Reichs-Fürsten. *Landr. lib. 3. tit. 58.* quæ num usu & stylo Curiæ pro-

betur dubitamus maximè; ſicut contra id, quod *Beſold. voc.* Fürſt/ꝛc. illos Schlechte Fürſten/ etiam dici putat Lands-Fürſten/ conſuetudini recentiori, quæ vocabulo Lands-Fürſt potentius & nobilius utitur, repugnare haud ambigimus.

3. Diſtinctius nunc de ſingulis acturi, ab Archi-Ducibus meritò incipimus, cum ipſi Electoribus ſint proximi. Vox *Archi-Dux* autem hybrida eſt, ex Græco ἄρχων & Latino formata, Ducum principem ratione originis ſuæ notans; quod & Germanicum nomen Ertz-Hertzog indigitat, voce Ertz/ æquè ac Græca ἄρχων eminentiam deſignante; ſignignificatio ejus eſt vel arbitraria & Oratoria, vel Curialis & ſolennis. In poſteriori ſoli Auſtriaci gerunt Archi-Ducum titulum. v. *Pont. Heuterus libr. de Orig. Auſtriac. quem præmiſit operi rer. Auſtriac. c. 21.* qui Regio etiam præpoſitus in *Capitul. Caroli V. art. 1. & in literis, quibus Electores Carolo Electionem intimarunt*, apud *Goldaſt.* in Reichshändel. *p. 47.* ut innueretur Carolum ut Archi-Ducali ex familia Germaniæ ortum in Regem Rom. electum *Limn. ad Cap. p. 66.* In priori aliis quoque tribuitur; Ita Bruno Colonienſis Archi-Epiſcopus ſub Ottone I. Archi-Dux Lotharingiæ in *Chron. Belg. M. p. 80.* vocatur, & Electores Palatini nonnunquam Archi-Duces dicuntur ap. *Gevveld. de Septemvir. c. 7.* ac filiorum Ducis primogenitus

nitus Archi-Dux appellatur apud *Limn. l. 4. c. 3. num. 27.*

4. Originem Dignitatis Archi-Ducalis Curiali significatu, ut dictum, hodie Serenissimæ familiæ Austriacæ in German. nostra propriæ ab Alberto I. Rudolphi I. Habspurg. filio commun. Dd. petunt, huic enim Patrem Rudolphum Austriæ Ducatus feudum, Friderici Austriaci per Caroli Andegavensis tyrannidem sublati interemptione vacans, cum hac prærogativa, ut ipse posterique ejus illius intuitu perpetuò Archi-Ducali Dignitate prælucerent, concessisse ferunt. vid. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 3. aph. 7. num. 17.* Id quod tamen controversia non carere ex *Cuspiniano* notat *Besoldus Th. Pr. voc.* Ertz-Hertzog Malunque alii uti privilegiorum omnium, quibus gaudent Austriaci, ita istius quoque Eminentiæ Archi-Ducalis confirmatæ authorem Fridericum III. Imp. agnoscere. vid. *Nat. Com. Hist. lib. 9. p. 199. Gerhard. Qu. J. P. Hex. 7. q. 1.* Adspirasse ad eandem alios quoque Duces, sed nunquam Imperatorem in sua vota pertrahere potuisse *Chassan. de glor. mund. part. 5. consid. 44. vers. audivi alios, &c.* tradit, ex quo eam cæteris omnibus majorem esse, colligi posse videtur, quod & illud Friderici III. Symbolum quinque vocalium A. E. I. O. U. Germanica interpretatione, Aller Ehren Ist Oesterreich Voll/ haud obscurè innuit, hac enim Austriacorum

Eminentia præ cæteris Principibus apertè significatur. Quanquam id alii latinè reddiderint: Auſtria Extendetur in Orbem Univerſum. *Mattheſius* author eſt Fridericum hac interpretatione delectatum fuiſſe: Aquila Electa Juſte Omnia Vincit. ap. *Borbon. in Cæſaribus Tesseradec. 14.* Et manu ipſius Friderici Imp. in Bibliotheca Cæſarea extare dicitur: Auſtriæ Eſt Imperare Orbi Univerſo. Et ſanè differunt ab Archi-Ducibus hiſce noſtris, ipſisque paulò minores ſunt Magni Duces, idiomate noſtro Groß-Hertzog dicti, quales hodiè potiſſimè Magni Duces Hetruriæ in Italia.

5. In deſcribenda Auguſtiſſimæ Archi-Ducum Auſtriacorum familiæ Genealogia ſingularem adhibuit induſtriam, *Wolffgangus Lazius*, *Johan. Stabius in Genealogia Domus Austriacæ*: *Scioppius* in *Stemmate Auſtriaco* & *libello poſthumo continente Diſceptationem cum F. Seifrido Abbate Zuithalenſi*, &c. *Joh. Jacob. Chifletius* in *Stemmate Auſtriaco Antvverp. impreſſo* contra quem diſputavit *Blondellus*. add. *Limn. l. 5. c. 2. ibique addit.* & *Scriptores rerum Auſtriacarum*, ut *Joh. Cuſpiniani Auſtriam; Ponti Heuteri Res Auſtriacas, Franciſc. Guillimanni Habſpurgica; Gerhardi de Roo Hiſtor. Auſtriacam à Rudolpho I. usque ad Carol. V. Laurum Auſtriacam de proximis Auſtriacorum bellis & victoriis*, &c. Unde ſimul ple-

plenam Historiæ Austriacæ haurire poterit notitiam.

6. Illam Archi-Ducum Austriacorum Præeminentiam, cujus singulare sane argumentum est Imperatoria Dignitas, quæ Augustissima illorum familia jam ultra 250. an. nunquam interrupta continuationis serie substitit, necessario quodam nexu comitatur insignis fortunarum splendor & Potentia, quæ sese exerit in tot regnorum gubernatione, Ducatuum, Principatuum ac Comitatuum regimine, Provinciarum ac ditionum possessione, quot vix in orbe Christiano, non dicam nostro Rom. German. Imperio uni subjectas Capiti reperies. vid. *Limn. l. 5. c. 2. num. 10. seqq. ibique add.* Utut proinde, ceu fieri solet, virtutem invidia, & potentiam sanè sua comitetur æmulatio, virtus tamen Austriacorum probavit hactenus, non esse nefas virtute crescere, nec piaculum esse acceptare, quod natura hæreditatis aut connubii jure (his enim modis potissimum ipsi ad tantam pervenere potentiam, hincque *Charron en l' histoire universelle p. 1006 scribit: Les Princes de la famille d' Austriche sont parvenu a une puissante grandeur, non tant par les armes, que par mariages; dont un Allemand a pris occasion de dire, que leur puissance avoit estè par eux acquise avec la lance de chair.* ad quæ verba: *Limn. in annot. ad Capit. Car. V. pag. 66.* sequentia notat: *Modus acquirendi Regna &*

pro-

provincias per matrimonium tanto eſt humanior modis illis, qui fiunt per lanceam ferro armatam, quanto amor violentia, & liberorum procreatio eſt præſtantior hominum ſtrage. add. Id. tom. 1. add. ad l. 5. c. 2. num. 21.) vel etiam voluntas hominum electionis decreto offerret.

7. Illuſtrant eandem Archi-Ducum Auſtriacorum eminentiam magis inſignia illorum Privilegia, quibus præ aliis coruſcant, ſingulari tractatu explicata à *Thom. Haſelbach* allegato à *Cuſpiniano in vita Frid. Barbaroſſæ Imp.* Horum I. eſt daß ſie in Reichs-Verſamlungen als Pfaltz Ertz-Hertzoge ſollen gehalten werden/ und im Sitz und Gang zu der Rechten Seiten deß Reichs die erſte Stell nach denen Chur-Fürſten behalten. v. *Gylman. l. 11. Dec. Cam. dec. 45. num. 59.* Hinc, ut Electores, Regibus ſe æquiparant, Mitram ſuam Archi-Ducalem Regio Diademate ornantes, vid. *privil. Caroli V. Auſtr. dat. art. 7.* Nec quenquam Regum, Cæſare excepto, *Majeſtatis* titulo afficiunt. *Limn. l. 5. c. 2. num. 28.* In Comitiis verò non inter cæteros Duces in Scamno Seculari, ſed Eccleſiaſtico primum locum obtinent, adeoque ipſos Archi-Epiſcopos præcedunt. vid. *Reinking. l. 1. cl. 4. c. 10. num. 4.* Idem quoque eorum Oratoribus & Legatis tribuitur, quippe qui & Principibus in perſona præſentibus præferuntur, teſte *Jac. Andr. Cruſio tr. de jure* προεδρίας *c. 6. num. 9. Limn. tom. 2. add. ad l. 4. c. 9.*

c. 9. num. 55. circa fin. pag. 325. II. Quod Austriæ Archi-Duces ab omnibus Imperii oneribus immunes ſint, utut Imperium ipſis tutelam præſtare debeat. III. Quod gaudeant jure de non appellando IV. quod quæ ſtatuerint aut geſſerint in ſua ditione revocationi Cæſareæ non ſint ſubjecta; nec V. ſubditi eorum ad extranea trahi poſſint judicia, **es ſey dann gar kündlich und ohne alle gefährden wiſſentlich / daß der Kläger in der Ehegenanten Hertzogen Gericht Rechtloß gelaſſen ſey / und Rechtens nicht bekommen möge.** VI. Quod non teneantur inveſtituram petere extra ſuas ditiones, ſed intra easdem, more inſolito, capite tecto, inſidentes equo eam accipere queant, nec quicquam pro illâ ſolvere obſtricti. VII. Quod ditiones eorum deficientibus maſculis ad fœminas devolvantur, aut ſi ne fœminæ quidem ſuperſint, liceat eas ultimo poſſeſſori transferre & alienare quocunque placuerit. VIII. Quod liceat ipſis citra periculum receptare banno notatum, actori requirenti tamen juſtitiam adminiſtrari curent. IX. Ad Comitia comparere poſſint, ſi velint, ſi nolint, non teneantur. X. In ditionibus ſuis Comites, Barones, Nobiles creare valeant, &c. plura vid. apud *Limn. d. l. 5. cap. 2. num. 30. ſeqq. ibique in addit.*

8. Ducum nomen primis temporibus apud Germanos noſtros militaris fuit officii. Di-

cti enim ita, qui maxima in bello tùm authoritate, tùm potestate polluere. Pacis autem tempore, licet præcipuum inter omnes locum habuerint, forte etiam in Comitiis primum votum dixerint, potestate tamen administrandæ Reip. peculiari omninò destituti fuere. Vocarunt ipsi eos Hertogen vel Hergogen / à militiæ ductu, quasi die vor dem Heer zogen / unde generalius est nomen Principis idiom. Germ. Fürst. Belg. Vorst Sued. Forst / hoc enim non à ducendo, sive verbo Germ. Führen / sed vel à verbo Fürstehen / quasi der andern fürstehet / vel ab adjectivo Forderist / quasi qui primus ordine der Forderste / oder Fürnehmste / derivatur. Sicuti Princeps quoque prisca significatione Romanis idem fuit, quod primus, donec κατ' ἐξοχὴν ita audire cœpit Augustus Cæsar, hac extra invidiam posita appellatione vulgi aures demulcens, cum vi malisque artibus omnem Rempubl. in ditionem recepisset; Ex eo namque non temerè hæc vox ad alios, quam Reip. Rectores trahi cœpit. Postmodum sub Imperio Francorum Duces isti Provinciarum subactarum Rectores sive gubernatores constituti sunt, *Beat. Rhen. l. 2. Rer. Germ. pag. 157. Vadian. l. 11. de Colleg. Monast. in Germ. vet.* Sed nondum dignitas eorum tum hæreditaria fuit, licet quamdiu ex familia fidus regno atque prudens superfuit, haud facile ex alia alius adscitus. Cum autem Caroli M.

ætate

ætate eorum nonnuli insolescerent, ipse eos in ordinem Comitum redegit. At sub posteris ejus, rebus regni attenuatis, non modò Ducum constitutio iterum invaluit, (ultimis enim Carolinorum temporibus Germania, ut eam distinxeris à terris, quas Veneti inhabitarunt, quinque habuit Ducatus, maxima terrarum spatia complexos, Bojoaricum sc. Suevicum, Francicum, Lotharingicum & Saxonicum.) Sed Ducalis Dignitas quoque, quæ temporalis & ministra tantùm hactenus fuerat, pedetentim sub Conrado & Ottonibus facta est hæreditaria & ferè regia, Duces enim non ut gubernatores amplius, sed pene ut Reges, collatis in eos juribus, quæ solius olim erant Imperii atque Imperatoris, Provinciis præesse cœperunt.

8. Et primum quidem talium Ducum Henricum, Ottonis Saxoniæ Ducis, qui à defuncto Ludovico ob potentiam suam à Germaniæ Proceribus in Regem electus, senium causatus oblatam recusavit dignitatem, filium, à Conrado I. *anno 913.* Ducatu Saxoniæ hereditario & feudali jure habendo donatum, post ex voto Conradi morientis ultimo, unanimique Procerum German. consensu in Regem electum, & quod Legati denuntiantes eum in aucupio deprehenderint, Aucupem cognominatum, esse volunt Scriptorum aliqui. Hujus filius Otto I. dein eorum plures ita investivit. vid. *Conring. de Ducibus, Comitibus Imp. German. à*

tb. 10.

th. 10. usque ad 23. Burgold. ad J. P. p. 1. d. 20. membr. 2. n. 14. 15. 16. Myler. Archol. c. 8. 9.

10. Hodiè in Imperio nostro pro Ducibus Imperii habentur, qui de Regione Ducatûs nomine veniente (Hertzogthum/) ab Imperatore investiti sunt, & in Comitiis suffragium habent. Numerus familiarum, quæ in hoc simplici nomine perstant hodie, non excedit VIII. Supersunt enim modò Familiæ Ducum Saxonica, Bavarica, Brunsvigo-Lüneburgensis, Würtembergica, Mecklenburgica, Holsatica, Sabaudica, Lotharingica, (licet verò posteriores duæ ob situm ditionum res suas fere à Germania separatas habeant, in numero tamen Statuum adhuc sunt, secus ac *Monzambano* videtur.) Ducum Sueviæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ (quorum ditiones vel pro parte aliqua, vel totas hodie possident Archi-Duces Austriæ) Juliæ, Clivi.e ac Montium (de quorum ditionibus ingentes post Joh. Wilhelmi *anno 1609. die 25. Maji*, sine liberis defuncti mortem exortæ sunt contentiones, necdum plenè sopitæ; prætenderunt verò partimque adhuc prætendunt in easdem Elect. Saxoniæ & Brandenburgicus, Dux Palatinus Neoburgicus, Dux Palatinus Bipontinus, Marchio-Burgoviæ & Dux Nivernii; Interim Marchio-Brandenburg. & Dux Palatinus Neoburg. illas possident. vid. plenius ea de re *Limn. l. 5. cap. 10. Spener. Op. Herald. part. Special. l. 1. c. 13.*

c. 13. n. 10. 11. Sprenger. in pratenſ. Illuſtr. p. 195. ſeqq. Burgold. ad J. P. p. 1. Diſc. 32. Reſponſum Grotii hac de cauſa inter alia opuſcula editum. Thom. Merckelbach. apud Klock. tom. 1. conſ. 7. Frantzk. lib. 1. Reſol. 3. Fritſch. cap. 2. conſ 36. Pomeraniæ (hujus Inclytæ & potentis ac numeroſæ quondam familiæ, cujus genealogiam *Chytræus lib. 1. Saxon.* imprimis verò *Micrælius l. 2. Chron. Pomer.* magno ſtudio concinnavit, in Bogislao XIV. *anno 1637.* extinctæ bona partim Electori Brandenburgico, vi pacti hereditarii, partim Sueciæ Regno, vigore Pacis Weſtphalicæ, cum Comitiali voto ceſſerunt) aliorumque familiis extinctis.

11. Singularum harum familiarum primas ſollicitare origines (quæ plus ſæpe habent fabuloſi, quàm veri, ut vel ex his, quæ *Lampadius p. 3. c. 5. num. 17. ſeqq.* de Sereniſſimæ Domus Saxonicæ, Brunſvigo-Lüneburgicæ, Palatino-Bavaricæ, Megapolitanæ, &c. Originibus tradidit, & *Clariſſ. Conringius*, qui omnino videndus, *ibid.* annotavit, clariſſimè pateſcit) exhibere aut inſerere genealogias jura & privilegia pluribus deſcribere, inſtituti noſtri fines & terminos excederet, animus enim ſaltim eſt, prima Publici Juris tradere fundamenta, officio igitur noſtro ſatisfaciemus, ſi, ubi hæc inveniri queant, indicaverimus. De Ducibus Saxoniæ autem eorumque Genealogia & Lineis videri poteſt *Chytræus in Chron. lib. 2. p. 46. ſeqq. An-*

nales Wittikindi cum notis Reineccii in Opere Pistoriano; Comment. German. Wolffg. Cransii, Stamm und Ankunfft deß Hochlöbl. Hauses zu Sachsen/ *anno 1588. edit. Magdeb. cum praef. Philip. Melancht.* Neuer Sächsischer Stamm-Baum. *Limn. l. 5. c. 15. & ibid. addit.* & Genealogi ut *Henning. Theatrum Genealog. Albizii Stemmata Princip. Reusneri, Buzelini & Rittershusii & Dn. Im-Hoff. Tabb. Genealog. Joh. Jac. Speneri Theatrum Nobilit. & Sylloge* ac *laudati Dn. Im-Hoff S. R. Imp. Notit. Historico-Genealogica.* De Familia Ducali Palatino-Bavarica videsis *Aventin l. 4. Marci Welseri Boica, Annales Bavar. nuperos Andr. Brunneri Principes Bavaricos, Hundii* Beyerisch Stammbuch/ Neuen Pfaltzischen Stammbuch. *Limn. l. 5. c. 4. & ib. add.* De Brunsvico-Luneburg. post *Geneal. Limn. l. 5. cap. 6. & ibid. add.* de Mecklenburg. *Joh. Boceri Mecklenburgicos Duces, Limn. l. 5. c. 12. ibiq; 1. & 2. tom. add.* Saxo-Lauenburg. Ducum nuper extinctorum Genealogia satis accurate descripta est à *Mithobio, addita ejusdem libello, cui titulus*: Kurtzer Historischer Bericht/ wie die Vorfahren jetziger Hertzogen zu Sachsen/ Engern und Westphalen/ umb die Sächsische Chur-Gerechtigkeit gekommen. Sereniss. Duces Würtemberg. quoad Genealogiam habentur in supra laudatis Genealogicis & repetuntur apud *Limn. l. 5. c. 16. ibique in addit.* ubi & insignia illorum Jura ac Privilegia refert: addi

possunt

possunt *Crusii Annales Suevici Walzii*, Fürstl. Würtenberg. Stamm und Nahmens-Quell. Ducum Holsatiæ Genealogia apud Genealog. & in *Annalibus Chersonensi Cimbrica, Rebus Danicis Pontani Meursii*, *&c. Chytræi Chron l. 21. Limn. l. 5. cap. 9.* Ducum Sabaudiæ Genealogiam, prærogativas & prætensiones in superioribus etiam à nobis notatas exhibet *Limn. l. 5. c. 14. ibique in addit.* add. *Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye per Samuel Guichenon Historiographe du Roy & S. A. R. de Savoye.* Lotharingiæ Ducum Genealogiam post Scriptores Genealog. iterum proponit *Limn. l. 5. c. 11.* de illa Caroli transactione & alienatione Ducatus Lotharing. an ea cognatis extantibus neque consentientibus potuerit fieri? varia exquisita Responsa non tamen typis impressa sunt. Vigore *Instrum. Pacis* in Duces Seculares transitum quoque fecerunt Archi-Episcopus Bremensis, & Episcopus Verdensis, quos Rex Succiæ repræsentat. vid. *artic. 10.* ac morte ultimi Administratoris, Augusti, Archi-Episcopus Magdeburgensis vi *art. 11.* Occurrunt amplius in Matriculis Imperii Duces Burgundiæ, quos Rex Hispaniæ hactenus repræsentavit ratione Comitatûs Burgundici; Franconiæ, quem sistit Episcopus Herbipolitanus, vid. *Besold. voc.* Würzburg *Limn. tom. 4. add. ad l. 3. c. 3. n. 10. Dn. Spener. Oper. Herald. part. spec. l. 1. c. 64. §. 3.* Angrivariæ, von Engern/ qui

hodiè Archi-Episcopus Coloniensis; *Spener d. Oper. lib. 1. c. 5. §. 6. 7. 10. & lib. 3. c. 8. §. 7.* Brabantiæ, de quo vid. *Limn. l. 5. c. 2. num. 52. Spener. Oper. Herald. l. 1. c. 38. §. 28.* Geldriæ, vid. *Isac. Pontan. in Hist. Geldrica lib. 7. p. 228. Spener. d. l. 1. c. 38. §. 62.* Limburgi. vid. *Miræi Diplom. Belgica. Spener. d. c. 38. §. 60. & lib. 2. c. 51. §. 2. seq.* Zeringiæ. *Spener. lib. 2. dict. Oper. c. 4. §. 2.* Lutzelburgensis. vid. *Brovver. Ann. Trevir. l. 17. p. 112. Spener. d. Oper. lib. 1. c. 38. §. 61.*

12. Insignia & ornamenta Ducum sunt Ducales Pilei seu mitræ, quarum crebra mentio fit in investiturarum historiis, vid. apud *Goldast. Polit. Imp. p. 6.* Litui item & Baculi, vid. *Thulden. ad A. M. DC. LIV. De Sepultura Bogislai ultimi Ducis Pomeraniæ. p. 196.* In armis Gentilitiis ipsorum potissima nota insignis in Corona aliqua Armorum apparatui imposita nunc conspicua est, quam rotundam, non erectam, nec ascendentem, tanquam Zonâ circumdantem pileum describit *Chassan. de Glor. mund. p. 1. concl. 9. Limn. l. 4. c. 3. n. 33.*

13. Comites non tàm à comitando, quàm à Comitatu i. e. commissa Jurisdictione, quæ Comitatus olim dicebatur, ita dicti, ac Germanis Grafen (quæ vox antiq. ipsorum lingua significavit judicem, notante *Gloss. Spec. Saxon. l. 3. art. 13.* verb. Ein Grafe bedeut nach altem Sächsischen Deutschen ein Richter/ darum haben diesen Nahmen viel unterschiedene Richter/)

ter/) appellati, Francorum, præsertim Caroli M. ætate, provinciarum devictarum Gubernatores fuere, non modicâ potestate præditi, vicariâ tamen tantum, non propriâ, quæ in jure dicendo & in necessitatis casu cives in aciem ducendo constitit. Fuit quoque eorum dignitas tum personalis tantum, non hæreditaria, licet filii Comitum haud facilè neglecti. vid. *Conring. de Ducibus & Comit. Imp. Germ. th. 14. 15. 16.* postea eodem, quo Ducalis, fato sub Ottonibus hereditaria facta. *Burgold. ad I. P. p. 1. D. 21. membr. 2.*

14. Porrò Comitum alii Pallens sive Pfaltz-Grafen/ (à Palatio i. e. aula Regis) qui scil. Palatiis Regum præfecti, ut eorum vice jus dicerent. vid. *antiq. Ordin. de Off. Com. Palatini ap. Goldast. tom 3. f. 403.* alii Marggrafen/ dicti (à voce Marckh/ limitem vel fines notante v. *Lindenbrog. gloss. voc. Marcha.* Diss. *Schönborn. l. 5. Polit. c. 39.* quem sequitur *Dn. Rhetius in Dissert. de Statu subdit. Imp. c. 2. n. 240.*) qui scil. limitibus sive limitaneis provinciis præfecti, ut eas ab incursionibus hostium tuerentur, & simul ibi jus dicerent; alii Landgrafen/ qui provinciis in medio regni sitis, ut eas defenderent & simul officium Judicis sustinerent, præfecti; Alii Burggrafen/ qui Castro alicui præfecti, ut id cum adjacentibus bonis Ecclesiasticis jure & armis tuerentur. Constat enim Episcopis, cæterisque Ecclesiasticis Statibus non ita statim

regalia, summamque Jurisdictionem prima vice competiisse. Ne ergò Episcopatus, Abbatiæ & Monasteria æqua Juris administratione ac contra vim hostilem defensione destituerentur, viris prudentia & virtute bellica claris data sunt à Regibus ac Cæsaribus Imperii Castella, ut non modo hæc, sed & sacra illa bona, jure ac armis tuerentur, qui à re ipsa dicti Burggravii, quasi Castri Custodes & Judices. Burgum enim idem est ac Castellum vid. *Kylling. de Ganerbiis Castror. Disc. 3. n. 21. Albin. Misn.* Chron. *tit. 8.* Nomina hæc manserunt & adhucdum hodiè supersunt, licet res in aliam planè abierit formam, & ipsi officiis, substratisque territoriis Carolinorum & Ottonum tempore, in patrimonium redactis, juribus quoque Regalium ornatis, pariter ut Duces, 1. hæreditaria Dignitate gaudere, ac 2. Principum honore censeri cœperint.

15. Ob factam autem in re mutationem dicimus hodiè I. *Comitem Palatinum esse Principem, qui de Regione Palatinat⁹ nomen & characterem habente ab Imperatore investitus est.* Habuit Germania duos imprimis Comites Palatinos, Rhenanum & Saxonicum. Cum enim regnum Teutonicum duplici jure uteretur, Franconico & Saxonico, quorum hoc tractum Saxonicum usque ad mare Balticum, illud tractum Rheni cum Belgico, Suevicum, Franconiam Orientalem, Bavariam & Austriam ad Alpes usque

usque Italicas, omnia à veteribus Francis subacta complectebatur, hinc factum est, ut duo etiam Principales Palatini haberentur, Saxonicus & Rhenensis &c. *Marq. Freber. de Origg. Palat. l. 1. c. 3. p. 21.* Hincque ad Rhenum in nostra usque tempora permansit nomen Palatinum & conservatur in Bavariæ Ducibus, ac Illustribus Comitum Palatinorum Rudolphinæ Lineæ Ramis; scil. Electorali, Principali Neoburg. Bipontin. & Birckenfeld. cum hoc in titulatura discrimine, quod Bavari Comitivam Dignitatem Ducali subjiciant atque scribant: Duces utriusque Bavariæ, ac superioris Palatinatus, Comites Palatini ad Rhenum &c. Reliqui vero eandem præmittant: Comes Palatinus Rheni, Dux utriusque Bavariæ &c. vid. *Sprenger. Luc. Imp. c. 5. init.* Saxo autem non amplius utitur hoc nomine, utut adhuc in Insignibus prima tertii ordinis parmula cœrulea Aquilam expansam auream Corona insignem præferens Palatinatum Saxonicum designet, ex mente Dn. *Speneri in Part. Spec. Op. Herald. Proleg. de Insignib. Dom. Sax.* §. 13. *seq.* Et ex eo haud dubiè quoque manavit Vicaria ista Palatinis & Saxonibus adhuc usitata in Imperio nostro potestas.

16. II. Marchionem sive Marggravium qui de Marchia h. e. de Principatu regali dignitate Marchionatus, einer Marggraffschafft / gaudente ab Imperatore investitus est. Præcipui

Marchiones Imperii Principali Dignitate præditi fuere Marchiones Brandenburgenſes, quos poſt Scriptores Genealogicos diligenter deſcribit *Limn. lib.5.c.6. & ibid. in add.* add. *Zimmetshuſii* Brandenburgiſcher Stamm-Baum/ *Rentſchii* Brandenburgiſcher Cederhain; Marchiones Miſniæ, quorum res Scriptores rerum Saxon. ut *Albini Chron. Miſn. Reineri Reineccii Chron.* von der Meißner Herkommen/aperiunt, repræſentantur hodiè à Saxoniæ Ducibus: Marchiones Moraviæ, quos poſtquam Moraravia Bohemiæ acceſſit, Reges Bohemiæ ſiſtunt; Badenſes & Hochbergenſes, quorum Genealogiam poſt Genealog. ſummatim proponit *Limn l.5.c.5. ibiq; in addit. add. Schurzfleiſch. Res Badenſes. Im-Hoff. S.R.I. Notit. Hiſt. Herald. Genalog. l. 4. c. 8.* Reliqui ſunt Marchio Luſatiæ, quem Auſtriaci & Saxo in titulis oſtendunt, Rotelenſis, quem hodie Badenſes item repræſentant, Marchio Burgoviæ, cujus vices Auſtriaci gerunt, Marchio Numenus & Pont à Mouſſon, cujus vices Dux Lotharingiæ ſuſtinet.

17. III. Landgravium, qui de Principatū aliquo Imperii Landgraviatus nomine veniente ab Imperio & Imperatore eſt inveſtitus. Tales ſunt Landgravii Haſſiæ, Caſſellani & Darmſtadienſes, deſcripti à *Limn. l.5.c.10. ibique in add.* Landgravius Leuchtenbergiæ, qui in præſens eſt Dn. Maximilianus, Sereniß. Electoris Bavariæ

variæ Patruus, titulo tamen universa Familia Bavarica utitur; Landgravius Alsatiæ, cujus titulo non tantum Archi-Duces Austriæ, non obstante *Instrumento Pacis* cum Rege Galliæ confecto, sed & Episcopi Argentinenses utuntur, qua ex ratione? vid. apud *Burgold. p. 1. D. 20. membr. 2. num. 24.* Thuringiæ, qui titulus hodie omnibus Saxoniæ Ducibus communis. Præter hos dantur & alii, qui tantum in Comitum dignitate sunt, ut Landgravii Susenbergiæ quos hodie repræsentant Marchiones Badenses, die Land-Grafen zu Nellenburg/ de quibus *Spener. part. Special. op. Herald. l. 2. c. 75. §. 1. seq.* die Land-Graffen zu Baare/ qui titulus est Comitum à Fürstenberg/ Land-Graffen zu Klettgaw/ qui est Comitum von Sultz/ Land-Graffen zu Stulingen/ itidem Comitum Fürstenberg. lineæ Blombergiæ, teste *Spener. Part. Spec. Oper. Herald. l. 3. c. 18. §. 18. 19. & cap. 28. §. 12.* ubi de Pappenheim. Stulingensi lineâ.

18. IV. Burggravium, priorum ad exemplum, cui ab Imperio & Imperatore Burggraviatus cum Principali Dignitate concessus. Celebriores in Imperio Burggravii Dignitate Principali pollentes fuere Magdeburgicus, qui hodie ad Elector Saxon. spectat; Norinbergensis qui est familiæ Brandenburgicæ, quæ licet pristina omnia non habeat, titulo tamen penitus sine re haud gaudet vid. *Limn. l. 4. c. 4.*

n. 86. Strombergensis. Stromburgum autem sedes quondam Burggaviorum est castrum antiquissimum ad Lippiam fluvium prope oppida Wiedenbruck & Rheda / situm in Episcopatu Monasteriensi, hanc ex investitura Ferdinandi III. & inde ejus respectu in Scanno Seculari votum & sessionem in Comitiis *anno 1653.* prætendit Episcopus Monasteriensis. v. *Limn. l. 4. c. 7. num. 87. ibique in addit. tom. 5.* Sunt & alii, qui tamen prioribus dignitate & potestate non sunt Pares. vid. *Limn. d. l.*

19. Principum specialissimè sic dictorum nomine quinam nobis veniant, ex dictis *num. 1.* constare potest, laudavimus ibi tanquam primos & ab antiquissimis temporibus dignitatis hujus participes, Anhaltinos; Cæteri Principes in Imperio, sed qui præter nomen hoc & alios Ducum, Marchionum & similes titulos gerunt, sunt Archi-Duces Austriæ ratione Sueviæ, velut in titulo ipsorum est: *Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Princeps Sueviæ, Marchio S. R. I. &c.* Duces Megapolitani tanquam Principes Vandalorum, Pomeraniæ Duces respectu Rugiæ, qui & in Regum Sueciæ titulis adhuc hodienum est; *Dux Scaniæ, Estoniæ, &c. Cassubiæ & Vandaliæ, Princeps Rugiæ, Dominus Ingriæ, &c.* Sed hi nomine Principatuum suorum nullum peculiare in Comitiis habent votum: Qua conditione etiam sunt Illustr. Dn. Radzivilius & alii itidem Princi-

pes

pes Imperii dicti, quanquam nec Status Imperii sint, nec quicquam ab Imperio possideant. Contra Sereniss. Elector Brandenb. gaudet titulo Principis Halberstadii, Mindæ & Camini, non inani saltem, ut isti, sed plenario Principum Jure suffragandi instructo. vid. *Instrum. Pac. a. 11. §. 11. & subscript. R. I. de anno 1654.* Pari modo Duces Megapolitani nomina Principum Suerinensis & Ratzenburgensis induerunt vi *Instr. Pac. art. 12.* & Landgravii Hassiæ Cassel cum voto Principes Hirsfeldenses audiunt per *Instr. Pac. art. 15.*

20. His accesserunt etiam noviter Arembergicus, Hohenzollerensis, Eggenbergensis, Lobkowitzius, Salmensis, Dietrichsteinensis, (Principis Dietrichstein. Maximiliani filium Ferdinandum Josephum non amplius admittere voluerunt cæteri Imp. Status ad votum & seß. quod non haberet bona immediata Pincipe digna, sed cùm deinde Laudatus Princeps Ferdinandus Josephus S.C.M. Sanctior Consiliarius & Supremus Aulæ Præfectus factus ab Imperatore Dynastiam Traspum im Engadischen an der Schweitzer Gräntze sitam cum accessionibus juribusque omnibus & ipsa etiam superioritate territoriali comparasset *d. 19. 29. Maji 1686.* iterum admissus est) Piccolominius, Nassovius in Hadamar & Dillenburg, Auerspergensis, qui omnes à Ferdin. II. & III. è Comitiva vel alia etiam minus grandi dignitate ad Principatum

tum evecti, in Comitiis Ratisbon. *anno 1654.* ad sessionem & votum ab Imperatore Statuum Imperii consensu admissi. vid. *R. I. de anno 1654. in fin.* Ad eandem dignitatem Principalem à Ferdin. III. quoque evectus est Enno Ludovicus, Princeps Frisiæ Orientalis &c. qui tamen, certas procul dubio ob causas, ordinarium inter Comites locum in Comitiis retinuit, & quia sine mascula prole decessit, cum eo Principalis Dignitas rursus periit, quam tamen post frater ejus Georgius Christianus, Magni Eberhardi Ducis Würtemberg. gener, defuncto fratri in regimine succedens, iterum accepit, & in filium Christianum Eberhardum propagavit, qui etiam in modernis Comitiis *anno 1667.* sessionem & votum in Principum Scamno obtinuit. Eadem dignitas porrò à Gloriosf. nostro Imper. Leopoldo collata est Joh. Ferdin. de Porcia, S. Cæs. Maj. Supremo Aulæ Magistro, communi Electorum ac Principum consensu sub datis reversalibus ad jus sessionis & suffragii actualiter obtinendum in Senatum Principum *die 6. Maji anno 1664.* introducto, qui tamen jam tum expiravit. It. Egonis Comitis de Fürstenberg filiis, ex quibus Herman. Egon in Senatu Principum sessionem & votum *anno 1667.* nactus est; Joh. Adolpho, Comiti de Schwartzenberg, Judicii Aulici Præsidii *d. 0.* (16.) *Julii anno 1671.* post *d. 22. Aug. an. 1674.* in Consilium Principum pro obtinenda ibidem

sessio-

ſeſſione & voto introducto; Alberto Erneſto Comiti Oetingenſi, Georgio Friderico, Comiti Waldeccenſi, Imperii & Ordinum Generalium Reip. Bataviæ Generali campi Mareſchallo *an.1682.* ad dignitatem Principalem evecto, & *6.16. Novembr.1686.* in Senatum Principum Imp. introducto. Hujusmodi novos Principes antehac Principes Comites, Gefürſtete-Grafen/ dixere, fuereque tales Comites Hennebergici (quibus Principalis dignitas *anno 1310.* ab Henrico VII. Cæſare conceſſa, Tabulæ Cæſareæ habentur inter opuſcula Hiſtorica *Meibomii. p. 508.*) & à Ducibus Saxoniæ Conventibus Imperii hodiè repræſentantur, ac Mompelgardenſes, quos Duces Würtembergici repræſentant, eorumque reſpectu etiam votum in Comitiis ferunt. Similiter ſe habent ſed voto deſtituti Comites Habſpurgenſes, Tirolenſes, Kiburgi ac Goritiæ ab Archi-Ducibus Auſtriæ nunc repræſentati.

CAPUT VIII.

De Comitibus & Baronibus Imperii communiter & ſigillatim.

PRincipes ſequuntur Comites (ſimplices) & Barones Imperii, territorii amplitudine atque dignitate Principibus inferiores, apud ſuos tamen non minus Principibus valentes.

Comi-

Comites unde dicti & quinam olim sub Francorum maximè Imperio fuerint, *præcedenti capite* innuimus: Hodiè & quidem hoc loco nobis Comes dicitur, qui Comitatu ab Imperio & Imperatore cum sublimi Status & territorii jure investitus est: Pertinent igitur huc potissimum Comites 1. qui sunt Status Imperii, Reichs-Grafen. Habet scil. Germania nostra duo Comitum genera, Comites Imperii immediatos, & mediatos, quos *Beckman. in Not. Dign. Illustr. Diss. 3. c. 3. num. 1.* vocat subordinatos. Illis (quos hic maximè consideramus) ad Comitia, & in iis ad Concilium Principum aditus patet, hocque probandæ huic dignitati abundè sufficit, daß sie auff die Reichstäge beruffen/ und daselbst zu dem Fürsten-Raht einen Zutritt haben. *Besöld. de Comit. Imp. n. 13.* Sed abeunt deinde in Classes sive Scamna, eoque à Principibus divertunt, ut cum Principes singuli viritim vota ferant, Comites conjunctim & omnes eadem Classe comprehensi simul sive curiatim audiantur, ita ut omnium tot sint vota, quod Classes & Scamna habentur. Abeunt autem in Classes seu Scamna quatuor, eoque totidem in præsens curiata in Comitiis habent vota; Scamna vero ista sunt Wetteravicum, Suevicum, Franconicum & Westphalicum vid. *sect. 1. c. 30. num. 13. & 15.* ibique alleg. Hi Comites subordinati seu Landsassii sub aliis Statibus Imp. degunt, tales sub Sereniss.

niß. Electoribus Brandenb. fuere die Grafen von Hohenstein und Schwed/Herren zu Vierraden; sub Ducibus Pomeraniæ & Episcopo Caminensi die Grafen von Neugarden/ Eberstein und Massau. Sub Ducibus Brunsuicensibus die Grafen von Hallermund/ von Lutterberg/Eberstein/Homburg/Wolpe/Wunstorp/ Blanckenburg/ Seegeberg/rc. 2. Non Principes. Nam Comites Principes, Gefürstete Grafen/ Principibus accensentur & *in Ordin. Camer. p. 2. tit 2. & duobus seqq. in rubr. & text. ac tit. 5. §. 1. in fin.* aliisque locis *ejusdem Ordinationis* ex mente *Sixtini de regal. l. 1. c. 4. num. 22.* verbo Fürstenmässige comprehenduntur, alias ubi hujus vocis non fit mentio, verbo Fürsten etiam unà cum aliis Principibus in Constitutionibus ac Recessibus Imper. continentur. vid. *Besold. voc.* Gefürstete Grafen. ubi de quæst. Ob die Gefürstete Grafen. pro Principibus Imperii, oder denselben gleich/ zu achten? latiorem habet discursum.

2. Vocis BARO origo adeò est controversa, ut tot ferè sint derivationes, quod Scriptores, nonnulli illam ex Græca, alii ex Hebraica, quidam ex Latina, alii ex Hispanica, allii vero Gallica, alii Germanica Lingua deducunt, uti videre est apud *Matth. Stephani de Jurisdict. l. 1. p. 1. c. 6. num. 118. seqq. Cluten. in Syllog. rer. quot. concl. 26. lit. l. Besold. de Comit. & Baron. concl. 15. Limn. l. 4. c. 5. num. 11. seqq. Nolden. de Nobil.*

bil. c. 8. num. 192. seqq. Nos in tanta tantorum Virorum discrepantia cujusque relinquimus arbitrio, ut quam velit, eligat, interim verisimilius esse existimantes, vocem origine Germanicam esse, ac à vocabulo Baar/ quod idem ac Liber, Frey/ olim fuit, descendere; Convenit quoque Etymologia hæc cum voce Germanica, qua Barones Liberi Domini Freyherren/ dicuntur. Significationem ejus quod attinet, Virum dignitate prænobilem denotat, & quandoque generaliter, quandoque specialiter Scriptoribus usurpatur. Nomen Baronis generaliter acceptum tribuitur omnibus feuda regalem dignitatem annexam habentia tenentibus, ita ut & Duces, Marchiones, Comites sub eo comprehendantur. *Reinking. l. 5. cl. 4. cap. 15. num. 15. Paurmeist. de Jurisdict. l. 2. c. 11. n. 28.* Specialiter autem Dignitatem post Comites proximam, inferiorique nobilitate majorem significat; hoc sensu ferè nos illud nunc etiam accipimus, dicentes, hic in specie nobis Barones esse, qui de Baronatu vel Baronia ab Imperio investiti ac inter Ordines Imperii cooptati sunt.

3. Consideramus enim hic potissimum Barones, qui Imperio immediatè, tam personæ, quam bonorum intuitu, subjecti, in Comitiis una cum Comitibus quatuor Comitum Scamna constituunt, iisque implicita vota ferunt. Hinc non minus quam Comites Status Imperii

perii

perii ſunt, & pro talibus ab omnibus habentur, quibus & in Matricula Imperii, dum mixtim recenſentur & in ornatu veſtiario *Reform. Pol. de an. 1530. & 1548. tit.* von Grafen und Herrn. *13.* in privilegio & jure Auſtregarum *Ord. Cam. p. 1. t. 1. pr. & §. 2. R. I. de anno 1570.* §. dieweil den auch/ rc. in famulitio, per *leges torneamentorum*, in Conſtitutione Pacis Religioſæ, & paſſim in aliis, æquiparantur; quod utique in Baronibus mediatis, h. e. qui non niſi à Principibus vel aliis Statibus feuda vel allodia poſſident, ſecus eſt.) Imò moribus Germaniæ per omnia iis pares eſſe, nullumque plane inter eos diſcrimen eſſe, præterquam quod Baro de Comitatu non ſit inveſtitus, multi noſtrum ſtatuunt. vid. *Gerhard. Hexad. qu. Jur. Publ. 9. quæſt. 3. Blum. Proc. Cam. tit. 27. num. 39. Beſold. de Comit. & Baron. Imp. num. 46. ſeqq. Schütz. v. 1. D. 8. th. 7. l. D.* Aſt quanquam in jam recenſitis & fortè nonnullis quoque aliis eandem Comitum & Baronum fortunam eſſe agnoſcamus, in omnibus tamen & per omnia eos pares eſſe, parique jure cenſeri, minimè perſuademur, ſed imò arbitramur cum *Limn. tom. 1. addit. ad l. 4. c. 2. num. 27.* illos non 1. nomine tantùm, quod conſtat, ſed 2. re ipſa quoque differre, diverſitas enim nominum rerum diverſitatem arguit *l. 7. C. de codicill.* quam Receſſus Imp. etiam ulterius confirmant, dum per particulam disjunctivam oder / *ſeu*, *vel*,

quæ inter diversa ponitur vid. *Strauch. in Lex Part. Jur. voc. seu. n. 1.* eos expressè separant. Satzung vom gemeinẽ Pfenning zu Wormbs/ *1495. tit.* von den sieben Schatzmeistern. Cammergerichts-Ordn. *de anno 1500. tit.* und erstlich der Articul halben/ ꝛc. & ipsimet dissentientes eo ipso agnoscunt, dum Comitem Comitatum & Baronem Baronatum habere fatentur. 3. Etiam ordine dignitatis. Nomen Comitis enim semper in Recessibus Imp. nomini Baronis anteponitur, ac si in eadem persona Comitis & Baronis qualitas concurrit, hæc ultimum, illa primum locum obtinet. vid. *R. I. de anno 1603. subscript.* Philipsen Graven zu Hohenloe. 4. Dignitatis antiquitate. 5. Ornamentis sive corona. vid. *Limn. d. l. Conf. Bechman. ad A. B. c. 8. num. 50. Gastel. de Statu Europ. noviss. c. 31. num. 38.* ubi tamen addit, quod hi Barones, qui inter Status Imperii referuntur, nomine tantum, non re ipsa à Comitibus differre, iisdemque frui privilegiis & pari dignitate cum istis censeantur.

4. Germanis Barones hi variis appellantur nominibus, quæ à nonnullis ita distinguuntur, ut alia sint mera cognomina, ut Freyherren/ Freye/ quomodo passim in Constitutionibus Imperii generatim omnes vocantur vid. *Limn. d. l. p. 414.* alia verò nomina distinctiva, quæ veluti gradus quosdam huic dignitati inducant, ut quando dicuntur 1. nude Herren. 2. Sem-

Semper-Freye. 3. Edle Herren/ &c. Gravius enim Domini quam Baronis nomen habitum esse, ex eo colligi potest, quod inter ipsorum Principum titulos receptum sit, non utique In universale potestatis testimonium, sed in specie certorum locorum intuitu, quos licet digno Principibus jure possideant, non tamen Principis aut simili, sed inferiori Domini aut Dynastæ (qui titulus à Germanis frequenter pro Domino ponitur. vid. *Instrum. Pac. art. 4.*) nomine sibi tribuant, illudque reliquis majoribus titulis suis postponant. Sic Austriacos uti dicunt titulo, Herrn auff der Windischen Marck zu Portenau/ und zu Salins/ &c. Electorem Brandenburgicum, Herr zu Ravenstein/ der Lande Lauenburg und Bütau/ Duces Würtembergiæ, Herrn zu Heidenheim / Principes Anhaltinos, Herrn zu Zerbst und Bernburg / & seorsim nunc Servestanos, Herrn zu Jever und Kniphausen/ Marchiones Badenses Herrn der Lande zu Rostockh und Stargard/ &c. Inter ipsos autem Barones Dominorum nomine prodiderunt Ruthenos, Herrn zu Plauen/ Schleiz/ Graiz/ Cranichfeld/ Lobenstein/ und Gera/ qui tamen super. annis à Cæsare titulo Comitum mactati, hodiè Grafen von Plauen dicuntur, notante *Fritschio in addit. ad Limn. lib. 4. c. 5. num. 27.* Schönburgenses, Herrn zu Gleicha und Waldenburg / &c. Titulum der Semper Freyen gessisse ajunt Westerburgenses,

quos Comites de Laimingen jam & in hoc titulo repræsentant, geruntq; adhuc etiam Limpurgici, Erbschencken von Limburg/quanquam & nudus titulus der Herren ab ipsis adhibitus legatur: Christoph Herr zu Limpurg/ deß Heil. Röm. Reichs Erbschenck. in subscript. deß Königl. Vertrags zwischen Hertzog Albrecht und Wolffgang an einem/ und Herrn Ruprechts verlassenen Erben/ ꝛc. ap. *Goldast*. Reichshandlungen. *p. 51.* Vox hæc quod hybrida sit, *Limn.* auditu durior est, usus tamen & antiquitas satis eam tueri videtur, nec planè dissimilis illi est titulus Semper Augusti; Quod originem ejus verò attinet, *Limnæus* cum *Besoldo* sequitur *Seldenum*, priscos nempe Germanos Semper liberos, medios liberos & infimos liberos tanquam Nobilium classes habuisse, ex iisque præcipuos fuisse die Semper Freyen/ quæ confirmant ex *capit. 47.* deß Schwaben-Spiegels. Titulo, Edle Herren/utuntur Comites Mansfeldenses ratione Heldrungen/scribuntur enim Edle Herren zu Heldrungen: die Grafen und Edle Herren zu der Lippe/ die Grafen und Edle Herren von Spiegelberg/ die Edle Herren von Wartberg/ ꝛc. Sed alii Barones, quocunque appellantur nomine & sive simpliciter, Herren/ sive Edle Herren / sive Semper Freyen/ sive Freyherren vocentur, omnes nobilitate ac dignitate pares esse arbitrantur, nullumque in ipsis dignitatis agnoscunt gradum. *Paurmeist.*

de

de Jurisd. c. 11. num. 39. Reinck. l. 1. cl. 4. c. 15 num. 22. Schütz. v. 1. D. 8. th. 7. l. D. Burgold part. 1. D. 21. membr. 1.

5. Comites & Barones hodierni Comitiorum jure gaudentes, quatuor ista Comitum Scamna constituentes, hoc commun. locantur ordine, sed nonnullorum familiæ jam sunt extinctæ. *In Scamno Wetteravico:* Comites de Sain & Witgenstein / Comites Nassau-Sarbrucken / Comites de Hanau / Comites de Solms / Wild- und Rhein-Grafen / Comites de Salm / Comites in Isenburg & Budingen / Comites de Leinigen / Comites Stolbergenses, Comites de Waldeck / Comites de Falckenstein / Comites de Schwartzburg & Honstein / Domini Rutheni, nunc Comites de Plauen dicti, Comites de Wied Runckel / Comites de Mansfeld / Edle Herren zu Heldrungen / Comites de Ortenburg / Comites de Berg / Comites de Schönburg / Domini in Glaicha & Waldenburg / Comites de Königstein / quorum Comitatum possidet Elector Moguntinus, prætendunt tamen in eum Comites Stolbergenses; vid. *Klock. tom. 2. Cons. 29.* Comites de Pyrmont / quorum Comitatum possident Comites Waldeccenses: Comites de Gleichen / quorum ditiones partim ad dominos feudi redierunt, partim eas Comites Hohenloici & Hatzfeldii possident. Barones de Fleckenstein & Dachstul / Comites de Krichingen / Comites

Stauff Ehrenfels / quorum Comitatus per emptionem venit ad Palatinum Neoburgicum, Comites de Hohnstein / horum Comitat. per *Instrum. Pac. art. 11.* venit ad Electorem Brandenb. quatenus consistit in Lohr & Klettenberg / reliqua possident Comites de Schwartzburg & Stollberg; Comites de Beuchlingen / Possident h. Comitatum Domini de Werther / sed extrahit Saxo. *Gastel. de Statu Europ. noviss. c. 31. num. 97.* Barones de Plöß / Baronatum h. hodiè Landgravii Hasso-Cassellani possident; Comites de Hag / quos extraxit Bavarus. *In Scamno Suevico:* Comites de Montfort / Comites de Fürstenberg / Lin. Blomberg / Mößkirch / cæteræ Lineæ Principali dignitate gaudent; die Erb-Truchses von Walpurg / Lin. Scheer & Zeil; Comites de Königseck; Comites de Oetingen-Wallenstein / Linea de Oetingen Oetingen regente Principali item dignitate jam gaudente; Comites de Mundelheim / hodiè ad Bavarum h. Comitatus spectat; Comites de Graffeneck / Comites de Marckrain / Comites de Fugger / Comites de Wolckenstein / Comites de Sultz / Barones de Gerolzeck / Baronatum, familiâ in Jacobo, Domino in Hohen-Geroldseck & Sultz / *anno 1634.* quoad masculos extinctâ, hodiè possidet Comes de Cronberg / prætendente in eundem M. Badensi vid. *Instrum. Pac. art. 4.* Comites de Zimmern / quos pro parte repræsentant Für-

stem-

ſtenbergici, Comites de Hohen-Embs/ Comites de Eberſtein/ quos Baden-Baden repræſentat; Comites de Rechberg/ Barones de Freyberg in Juſtingen/ Comites de Wolffſtein/ Comites de Coloredo & Wald-See/ Comites de Apensberg & Traun/ Comites de Tylli & Breitteneck/ de Trautmansdorff/ de Schlick in Paſſau & Weißkirchen/ de Sinzendorff/ de Ungnad in Weiſſenwolff/ de Waldſtein. *In Franconico:* Comites de Hohenloe/ & Wertheim/ de Rineck/ (horum Comitatus, familiâ in Philippo Comite Reineccii poſtremo ſuæ gentis *anno 1559.* jam extinctâ, in varias diſtractus partes, diverſos nactus eſt dominos, major ejus portio ad Archi-Epiſcop. Mogunt. devoluta & ante aliquot annos Comiti à Noſtiz collata eſt; Herbipolitanæ Eccleſiæ Præfectura Schönrein cum pagis nonnullis ceſſit, Erpacenſibus Wildenbrun/ Iſenburgicis quoque nonnihil, & portio etiam Hanovicis accrevit. *Im-Hoff in S. R. I. Notit. l. 8. praſ.*) die Erb-Schencken von Limpurg/ Comites de Schwartzenberg/ ex quorum familia Johannes Adolphus Principis Imp. dignitate *anno 1671.* auctus *die 22. Auguſt. 1674.* in Principum Senaculum ſolenni more introductus, Barones de Seinsheim/ quorum locum jam ſupplet Princeps Schwarzenbergicus, Comites de Nothafft & Wernberg/ de Reichersberg/ quos proximos repræſentat Epiſco-

ſcopus Würtzburgenſis, Comites de Noſtitz/ Lib. Bar. de Schonborn/ noviſſimè recepti. *In Weſtphalico:* Comites zu Sain/ Comites de Schaumburg/ hi repræſentantur ab Haſſiæ Landgraviis, ad quos hereditas eorum vigore *Inſtrum. Pac.* translata, ſalva tamen transactione inter Chriſtianum Ludovicum D. Lüneb. & Haſſiæ Landgravium, Philippumque C. Lippiæ inita, Pinnebergicum verò Comitatum in Holſatia Rex Daniæ, & Dux Holſat. in Gottorp occuparunt, hicque poſtea portionem ſuam Ranzoviis vendidit; de Oldenburg & Delmenhorſt/ Comit. Rex Daniæ hodiè poſſidet; de Benhteimb/ Tecklenburg & Steinfurt/ Comites de Rietberg/ de Bronchorſt in Grönsfeld de Blanckenburg/ quem Comit. poſſident hodiè Duces Brunſvicenſes in Wolfenbüttel; Comites de Hoya/ pertinet Comitatus h. itidem jam ad Duc. Brunſvigo-Zellenſes; Comites Wiedenſes & Runckelani, Comites de Barby & Mulingen/quorum ultimus Auguſtinus Ludovicus *anno 1659.* obiit; Poſſedit hactenus Comitatum Sereniß. Dn. Auguſtus, Dux Saxo-Querfurtenſis, qui Hallæ Saxon. reſedit nuper etiam defunctus; Comites de Diepholt/ Comitatum h. Comitibus emortuis Duces Brunſvic. in Zell poſſident, Comites Salmenſes ratione Reifferſcheid/ Comites de Rheinſtein/ Comitatum h. Elector Brandenburg. hodiè poſſidet. vid. *Gaſtel. c. 31.*

num.

num. 142. Comites de Reckheim/ Comites von der Marck und Sleiden/ Comites von der Lippe/ de Manderscheid/ de Velen/ Baro de Bassenheim/ L. Bar. de Winneburg & Beilstein/ quorum Dynastiæ hodie pertinent ad Barones de Metternich/Comites de Ranzow. De singulorum Illustr. Familiis vide Genealogos, inprimis *Joh. Jac. Speneri Theatr. Nobilit. Im-Hoff. S. R. I. Notit.*

CAPUT IX.

De Civitatibus Imperii Liberis.

ULtimam Statuum Imp. classem constituunt *Civitates Imperiales.* Quarum in appellatione vox *Imperialis* non *in genere*, quatenus denotat quicquid quocunque modo ad Imperium pertinet, (hoc sensu enim omnes Civitates ad Imperium spectantes, ubicunque sitæ sint, & sive liberæ, sive municipales sint, Imperiales dici possunt) sed *in specie & juxta communem Curialis Styli usum* (quatenus designat dignitatem Status Imperii, & ponit differentiam specificam inter eas Civitates quæ jus sessionis & suffragii in Comitiis habent, vel non habent) accipitur; Vocantur etiam aliàs *Civitates Liberæ*, non absolutè, quasi omni ex parte liberæ, nullique prorsus subjectæ essent nullum omninò superiorem recognoscentes, sed secundùm quid, quatenus à Principum &

Statuum Imperio liberæ Imperatori immediatè parent. *Paurmeist. de Jurisdict. l. 2. c. ult. n. 11.* unde & porrò *Immediatæ*, Germ. verò Käyserl. Reichs-Städte / Freye Reichs-Städte / Freye und Reichs-Städte ꝛc. appellantur. Etsi enim nonnulli differentiam faciant inter Urbes Imperiales liberas, & Imperiales tantum, unter den freyen Reichs-Städten und Reichs-Städten. *Illas* dicentes quæ ab Imperatoribus cum immediata statim Imperii subjectione conditæ, & hinc vel integram Aquilam vel partem ejus in insignibus suis referunt. *Has* verò, quæ olim sub Episcoporum vel aliorum Statuum jugo fuere, postmodum verò ab eorum jurisdictione se pecunia redemerunt, vel aliis mediis exemptionem & libertatem obtinuerunt nihil de Aquila participantes. vid. *Bertram. de Comit. concl. 44. Paurmeist. d. l. 2. c ult. num. 21. seqq.* quibus omnino contrarii sunt *Cluten. in Syllog. rer. quot. th. 27. lit. C. Matth. Stephani de Jurisd. l. 2. p. 2. cap. 1. num. 82.* hanc differentiæ rationem planè invertendo freye Reichs-Städte dicentes, quæ Statuum territoriis exemptæ & Imperio incorporatæ; Reichs-Städte autem quæ à prima origine liberæ fuerunt. Attamen verissimum est in Constitutionibus Imperii freye Reichs-Städte & Reichs-Städte Synonimicè accipi & promiscuè poni, realem adeoque inter eas differentiam non esse; vid. *Reink. l. 1. cl. 4. c. 20. n. 36.*

Wehner.

Webner. voc. Freye Reichs-Stådte. non obſtante copula (und) inter diverſa poni ſolita. Eſt enim illa quidem omnino diſtinctionis nota, ſed ratione qualitatum, eidem ſubjecto competentium, non diverſorum ſubjectorum. Tribuuntur ſc. his Civitatibus quando in ſubſcriptionibus Receſſuum Freye und Reichs-Stådte vocantur, duo diverſa prædicata, quod videl. Civitates 1. liberæ. 2. Imperii i. e. in Imperii Comitiis votum & ſeſſionem obtinentes ſint, non verò duæ diverſæ earundem conſtituuntur ſpecies. *Schuz. v. 1. D. 8. th. 22. l. B.*

2. Sunt autem *liberæ Imp. Civitates* in oppoſitione ad Civitates Municipales ſeu Provinciales, Land-Fürſten-Herren-Stådte/ nihil aliud, quam *Communitates Imperio immediatè ſubjectæ, jure ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis Imperii gaudentes.* Diſtinguuntur hac ipsâ deſcriptione ſatis clarè ac manifeſtè ab illis, quas Municipales diximus, quippe quæ immediatè Principi vel alii Imperii Ordini ſubditæ parent, Imperio autem & Imperatori mediatè, mediante ſcil. illo Statu, cui primò & immediatè parent, ſubſunt, proinde in Comitiis Imperii quoque locum non inveniunt. Quod autem diximus Civitates Imperiales Imperio & Imp. immediatè ſubjectas eſſe, & jure ſeſſionis ac ſuffragii in Comitiis Imp. gaudere, reſpectu Civium univerſorum collectivè ſumptorum in quantum cum Magiſtratu ſuo unum Corpus con-

constituunt, atque personam quasi civilem à singulis hominibus abstractam conficiunt, sive respectu totius Universitatis simul acceptæ intelligendùm esse, pluribus monere superfluum fuerit, cum satis constet, cives seorsim sumptos, & ut singulos, inter immediatos referri minimè posse, quia Senatui, tanquam Magistratui suo, cui etiam hoc respectu jurant, hactenus parent, eidemque collectas, onera & operas præstant; utcunque in corpore spectati non minus Cæsarem respiciant, & inde ei vel ejus nomine ipsius Commissarius pariter ac Senatus, ex nota consuetudine & observantiâ, (quæ quidem licet ab antiquis Francorum Regum & Impp. temporibus cum *Fritschio* non penitus deducenda veniat, satis tamen antiqua & à multis retrò seculis recepta,) homagium præstent, (quod tamen Lubeca ac Argentoratum recusavit, notante *Fritsch. Elect. Jur. Publ. part. 2. c. 6.* quem ibi vide) rebus etiam civitatis majoribus pro statu Reipubl. adhibeantur. Id quod quoque innuit Königs Ferdinandi Resolution über den Religions-Frieden/ ap. *Goldast. p. 1.* der Reichs-Satz. *p. 288.* Et inde Coloniensibus quibusdam civibus contra Senatum *an. 1588.* super Constit. Pac. Relig. Processus denegati, teste *Mindan. de Proceß. Camer. l. 1. c. 31.*

3. Cum verò jus sessionis & suffragii in Comitiis ferendi sit potissima & quasi propria nota, imò essentialis forma, Status Imperii, & ejus

ejus indubitatò Civitates Imperiales ſint participes (vid. *Inſtrum. Pac. art. 8. §. tam in univerſal.* ubi ipſis votum deciſivum antea à nonnullis diſputatum diſertè confirmatur, &, ut iis non minus, quàm cæteris Statibus Imp. competere debeat, diſponitur, hinc vi *illius* §. ipſæ quoque admiſſionem ad ſimultaneam re & correllationem, ſine qua ſe vix eo cum effectu gaudere ac potiri arbitrantur, urſerunt, ſed nondum tamen impetrarunt. vid. *Burgold. ad d. art. 8. Inſtrum. Pac. p. 3. D. 10. num. 3. 4. Author.* der Grundfeſt. *p. 2. c. 6. Hagemeier. de Comit. cap. 6. add. Limn. l. 7. c. 1. n. 46. ſeqq. ibique add. tom. 1. Bœcler. Not. Imp. l. 11. cap. 3.*) non poteſt iis ullo modo denegari Status dignitas, & quæ ex mente *Strauchii Diſſ. 4. th. 22.* poſitâ qualitate Status ponitur, negatâ verò negatur, Territorialis Superioritas & Jurisdictio Germ. Lands Hohe Obrigkeit/Lands-Obrigkeit/Lands Herrliche Bottmäſſigkeit ꝛc. dicta, cum ſublimibus quæ ei cohærent juribus, cæteris Statibus Imperii competentibus. Etſi enim *Andr. Knichen* tàm in *velitatione Apologeticâ*, quam in *Epopſi* nullum non moveat lapidem, ut Superioritatem territorialem eis adimat; ſententia tamen ejus & veterum doctrinæ adverſatur (*Gail. de Pac. Public. l. 1. c. 7. num. 11.*) & hodiè à plerisque improbatur (vid. poſt allegatos *Limn. l. 7. c. 1. num. 50. Schuz. vol. 1. D. 6. th. 8. l. E. & D. 8. th. 23. l. E. Wurmſer. Ex. 3. concl. 17.*)

17.) & ipsâ experientiâ confutatur. Sufficere in præsens nobis debet publica Imperii decisio in *Pacificatione Osnabrugensi art. 8. §. tam in universalibus.* Ubi tamen notandum, quod, quoniam nonnulli, licet rem ipsam Civitatibus Imperialibus concedant, de nomine tamen Superioritatis Territorialis iis controversiam faciunt, cum hoc ipsum dignitatem regalem simul comprehendere ipsis videatur, *Instrumentum Pacis*, hac forsitan ex causa, ibi circumlocutione aliqua potius, quam ipso vocabulo Superioritatis Territorialis uti maluerit: Verba sunt hæc: *Iisque (Civitatibus Imperii) rata & intacta maneant regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi & inde dependentia, aliaque jura ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda Jurisdictione &c.* Sed cum de re constat, de vocabulis non est litigandum.

4. Nec quicquam contra hanc sententiam facit, quod quædam ratione certorum quorundam jurium, ex præscriptione vel conventione, Principibus nonnullis sint adstrictæ, (quemadmodum in Urbe Agrippina Sereniß. Electori Coloniensi competunt actus quidam meri Imperii, Duci Brunsuicensi in Goslaria, jura quædam non vulgaria. Et Marchio Brandenburgensis ratione Burggraviatûs Norinbergæ, Dux Juliacensis Aquisgrani, Episcopi

Spi-

Spirensis, Wormatiensis & Augustanus in Civitatibus hujus nominis sua jura habent) Nam licet harum libertas in illis magis quam aliarum sit restricta, nihilo tamen minus salvum ipsis est & remanet Jus territorii. *Sixt. de reg. l. 1. c. 4. num. 82.* Sunt enim omnes sibi in eo similes, quod sint Status & jure territorii gaudeant, sed quoad jura privilegia, & prærogativas multum inter eas est discriminis. vid. *Schuz. v. 1. D. 8. th. 24. Limn. tot. lib. 7.* causam discriminis ex sequentibus *num. 8. & 9.* traditis facilè suspicari licebit.

5. De Origine libertatis Civitatum Imperii variè Dd. sentiunt. vid. *Burgold. p. 1. D. 21. m. 4. num. 12. 13.* Jam inde à Carolo M. (quem in quibusdam Saxoniæ urbibus Rolandi, sui ex sorore Bertha nepotis, statuam pro libertatis argumento in ejus honorem, ob res militiæ plæclarè gestas, posuisse dicunt, sed error est intolerabilis vid. *Conring. de Urbibus German. θ. 71. Strauch. Diss. Exot. 1. θ. ult. Burgold. p. 1. D. 21. m. 4. num. 22. ibique alleg. Goldastus, Gryphiander tract. de Stat. Rolandin. & Dn. Johan. Frider. Rhetii Disp. de Statuis Rolandin.* qui in multis à priorum recedit sententia,) eam nonnulli arcessere conantur cum *Wurmser. Ex. 18.* contra rerum Germanicarum fidem. Constat enim raras tum in Germaniâ Trans-Rhenanâ (alia sanè fuit Cis-Rhenanæ Romanis subjectæ conditio; Enim verò in illâ à Julii Cæsaris tempo-

temporibus passim plurima à Romanis extructa sunt castella, urbesque conditæ, quæ paulatim in insignem excreverunt magnitudinem, sicut in tractu Danubio atque Alpibus interjecto, qui deinceps etiam Germaniæ accrevit, maturè celebri famâ urbes per Rhetiam, Vindeliciam, Noricum & Pannoniam floruerunt, sed quæ una cum illis à Germanicis populis, qui Rheno & Danubio transgresso in Galliam omnem, Pannoniam, Vindeliciam & Noricum sese effuderunt, aut vastatæ sunt, aut penitus excisæ, aut certè pessimis modis mulctatæ, nec quicquam cum illâ cis Rhenum & Danubium à Germanis occupatâ in Francorum ditionem pervenerunt, familia Merovinga rerum potiente, pristinum splendorem recuperarunt, aut in majorem amplitudinem excreverunt; licet autem paulo melior eas fortuna sub familiâ Carolinga respexerit, eam tamen mox iterum fœda Normannorum & Ungarorum incursiones admodum turbarunt) fuisse civitates, illasque villarum magis quam urbium nomine & specie. Nam non potuere prisci Germani ob laxam vitæ libertatem ullo modo urbes ferre, sed militiæ, venationi, segnius agriculturæ dediti, simplici gentium more in campis agrisque degere maluere. Postea autem per religionem Christianam mitigati, & civilioris vitæ gustu imbuti, illam morum feritatem paulatim exuerunt, & delicias ac securitatem

tatem ſtruendis, muniendisque urbibus parandam circumſpicere cœperunt.

6. Sed & innumera libertorum nihil proprii agri habentium copia, quæ, cum poſt introductam religionem Chriſtianam multis in locis ſervitus exoleſceret, aut laxior redderetur, ſuccrevit, & vel imprimis, illæ Normannorum ac Ungarorum immanes & crudeliſſimæ in mediam Germaniam ultimis Carolinorum & Henrici Aucupis temporibus factæ irruptiones, urbium exſtruendarum ſtudium promoverunt. His enim obex ponendus erat, quod commodius fieri non poterat, quam urbibus exſtructis. Quare Henricus Auceps ſummâ prudentiâ, pace ab iis ad novem annos receptâ, in patriâ munienda admodum vigilavit, & primus præ aliis urbibus ſtruendis ac muniendis operam dedit, verè Theſeus Germanicus, ut enim ille Athenienſes, ſic hic Saxones certè, ſi non & alios Germanos, ex agro in urbes compulit. Auxit verò indubiè urbium numerum Principum ad tantas opes provectorum numerus, ſingulis, accenſo æmulationis ſtudio & mollioris vitæ cupidine, ſibi urbes ſtruentibus, rureſtresque aut exteros, ut eò concederent, propoſitis immunitatibus invitantibus.

7. Incrementa porrò urbibus addidere fœdera mutuæ defenſionis & commerciorum cauſa inita. Ex quibus nobile præprimis eſt

id, quod *anno 1255.* contraxere urbes Rheno adſitæ, cui etiam Principes aliquot adſcripti, (vid. *Lehmann. l. 5. c. 92 Chron. Spir.*) & illud, quod vulgò vocant Hanſicum ſive Hanſeaticum, cujus initium in eadem penè incidit tempora, tantæque quondam fuere vires, ut ipſis Regibus Sueciæ, Angliæ & Daniæ fieret formidabile. Etſi poſt *annum 1500.* ea ſocietas tantùm non penitus corruit, tum quod minores urbes lucrum in ſolas majores redundare videntes paſſim deſciſcerent, tum quod aliæ quoque gentes Oceanum aut mare Balticum accolentes commercia frequentare cœperint, & ſic ipſarum monopolium exſpiraverit, unaque cum eo vires conciderint, ita, ut nunc etiam ex octoginta & ultra Civitatibus, quibus, iſta conſtabat aliquando, non niſi tres, Lubeccenſis, Bremenſis & Hamburgenſis, rudera talis fœderis repræſentent, ac ne quidem ſpes de ejus reſtauratione ſuperſit, ut apparet ex iis, quæ *anno 1658.* agitata fuerunt, reperiunturque apud *Lundorp. Contin. p. 8. l. 8. c. 173. ſeqq.* vide omninò latius originem, incrementa, ſtatumque præſentem fœderis hujus peculiari opere recenſentem *Joh. Angelium à Werdenhagen* & de Civitatum ac Urbium in genere origine *Conringium.*

8. Sic autem in Germania conditæ Civitates & urbes initio eâdem Imperii forma, qua aliæ Imperii regiones, adminiſtrabantur. Duces

ces

ces nimirum vel Comites & Episcopi, hi Ecclesiasticâ, illi civili potestate, iis præfecti erant. Reliquæ numero paucæ Imperatoribus immediatè subjectæ remansere αὐτονομίαν vel Superiotatem nullam habuere. Nam Imperatoribus eodem jure, quo cæteræ Principibus subditæ fuere, per Præfectos Imperiales, Reichs-Schultheissen/ Reichs-Vögte/ ab illis gubernatæ. Demum post Ottonum & partim etiam Henricorum tempora nonnullæ earundem laxiorem libertatem usurpare cœperunt, quod turbis intestinis agitati Impp. aut recens ad id fastigium evecti in ordinem eas redigere non possent, ultrò earundem favorem & subsidium privilegiis & immunitatibus concessis ambirent, vel etiam jam præstitam sibi operam illis remunerarentur, in refractarios Episcopos & Principes firmamento. Paulatim quoque sese liberarunt ab Advocatis & Præfectis Imperialibus. (*Quos num postliminio reducere, dennoque constituere Imperatori jus fasque sit & expediat?* inter Dd. contentionis serra reciprocatur, affirmativam cum *Lucio Vero in nova Apocalypsi pro innocentia Cæsarum, &c. Cons. 86. fol. 254. Speidelio voc.* Reichs-Städt/ *addit. I.* tuente. Negativam contra pluribus defendente *Dan. Heidero.* tr. von den Reichs-Vogtheyen *lit. W. W. W.* cui adstipulantur *Myler. Archol. c. 22. Knipschild.*

l. 5. c. 3. Burgold. p. 1. D. 23. membr. 4. n. 23.) & ſequentes Impp. videntes nonnullos Ordinum altius, quam Regno expediret, creviſſe, & opibus ſuis contra ipſos abuti, effecerunt datis privilegiis, ut primariæ & potentiores urbes iſtorum poteſtati ſubductæ fuerint.

9. Ducum Franconiæ interitus etiam non paucis, quæ iſtis paruerunt, libertatem pepeeriſſe videtur. Nam qui poſtea titulos illos uſurparunt Dominos non agnoverunt, cui rei vel hoc argumento eſt, quod per hunc terræ tractum frequentiores exiſtant, quam in ulla alia Imperii parte. Denique non paucæ, quod juris in ipſas competiit Imperatori, Ducibus aut Epiſcopis, emptione, permutatione, aut alio titulo redemerunt, aliis per vim id excuſſum, cujusque tituli iniquitas poſt per ſubſecutam transactionem purgata. Haud ergò ſimul omnes uno tempore, imò ne ſingulæ quidem uno momento; ſed aliæ aliis temporibus, quædam citius, quædam ſerius, ac ne ſingulæ quidem urbes aliter, quam ſucceſſu temporum libertatem ſuam conſecutæ ſunt, quædam pleniorem ſuis jam viventes legibus, ſuosque habentes Magiſtratus, judicia & Remp. in quibusdam ſuperſunt quaſi notæ quædam priſtinæ ſubjectionis, quibus veteribus Dominis obnoxiæ manent. *Conring. d. diſſ. concl. 107. ſeqq. Hugo de Stat. Reg. Germ. c. 1. n. 7. Burgold. 1. D. 27. membr. 4. Dn. Joh. Frid. Rhet. Diſp. de Statuis Roland. c. 4. n. 20. ſeqq.*

seqq. Quando primum ad Comitia vocari cœperint Civitates Imper. pariter controversum est. v. *Limn. l. 7. c. 1. n. 48. & in add. tom. 1. p. 117.* ubi Carolum IV. primum omnium Civitates liberas ad Comitia generalia vocasse contendit. Sed vid. *Lehman. Chron. Spir. lib. 4. c. 3. p. 281. Dn. Rhet. Disputat. de Statu Subditor. Imp. c. 2. num. 67.*

10. Hodierna regiminis Civitatum Imp. forma est vel Aristocratica, administratione penes pauciores, qui probitate, generis dignitate, virtutum gloria, Sapientia antecellunt, consistente, vel Democratica, civibus omnibus indistinctè imperantibus, non simul actu, sed potentia & alternatim, Optimatum vices Magistris Collegiorum, tribuum & centuriarum tenentibus, & civium universorum nomine nonnullis ex plebe vel populo & tribubus successivè certis temporibus electis, cæterisque imperantibus; vel mixta, quæ in multis conspicitur.

11. Ratione Religionis Civit. Imperiales in puras & mixtas distinguuntur. *Illæ* dicuntur, in quibus una est religio Catholica, vel Evangelica. *Mixtæ* in quibus utriusque religionis exercitium publicum viget vid. *Pacif. Rel.* §. nachdem aber in vielen Freyen und Reichs-Städten. *Instr. Pac. art. 5. §. 3.* Sunt etiam *quædam* illarum præ aliis publicis & solennibus Imperii negotiis expediendis assignatæ. Ita

Francofurtum est locus destinatus Electioni Regis & Imperatoris Roman. German. zur Kayserl. Wahlstadt / Aquisgranum ejusdem Coronationi inservit, Norinbergæ prima regalis curia, i. e. prima Comitia adscripta. vid. *A.B. 28. §. 5. ibi Limn.* Dein *quatuor* vocantur außschreibende Städte / quia scilic. cæteras ad Conventus suos Stadt-Täge / quos quoties necessitas id expostulat, liberè instituere possunt. *Cap. Leop. art. 6.* eosque vel universales vel particulares conscribunt & convocant, suntque Straßburg / Nürnberg / Franckfurt / Ulm.

12. Omnes autem in Comitiis Imperii universalibus peculiarem & proprium Senatum constituunt in duo Scamna, Rhenanum scil. & Suevicum, usitate potius, quam accuratè propter Circulum Francon. & Westphal. divisæ. *Scamno Rhenano* insident: Colonia Agrippina, Cölln am Rhein / de qua vid. *Limn. l. 7. c. 10. Oldenburger in Limn. Enucleat. lib. 4. c. 10. Gastel. de Stat. Europ. noviß. Publ. P. 6. c. 32. num. 15. seqq.* Aquisgranum, Aachen / vid. *Limn. 7. c. 2. & in addit. Knipschild. l. 3. c. 1. Oldenburg. Limn. Enucl. lib. 4. c. 2. Gastel. d. c. 32. num. 20. & 3. seqq.* Argentoratum, Straßburg / vid. *Limn. 7. c. 3. & Oldenburg. d. l. 4. cap. 3. Knipschild. lib. 3. c. 3. & 51. Gastel. d. c. 3. num. 24. & 2. seqq.* Lubeca, vid. *Limn. l. 7. c. 30. & in addit. Oldenburger l. 4. cap. 34. & addit.*

21. Knip-

21. Knipſchild. l. 3. c. 32. Gaſtel. d. c. 32. num. 27. & ſeqq. Caſp. Sagittarii Hiſtoria Urbium Lubecæ, Hamburgi & Lüneburgi. Wormatia Worms. *Limn. l. 7. c. 56. & addit. Oldenburger l. 4. c. 65. Knipſchild. l. 3. c. 62.* Spira, Speyr. *Lehmanni Chron. Spir. l. 1. c. 1. ſeqq. l. 4. c. 1. ſeqq. Limn. l. 7. c. 46. & in addit. Oldenburg. l. 4. cap. 53. Knipſchild. l. 3. c. 50. Gaſtel. d. c. 32. num. 36. ſeqq.* Francofurtum ad Mœnum, Franckfort am Meyn/ *Limn. l. 7. c. 16. & addit. Oldenburg. l. 4. c. 17. Knipſchild. l. 3. c. 14.* Hagenoa, Hagenaw. *Limn. l. 7. c. 22. & in addit. Oldenburger l. 4. cap. 24. Knipſchild. l. 3. c. 21. Gaſtel. d. cap. 32. num. 47. & ſeqq.* Colmaria, Colmar. *Limn. l. 7. c. 12. & addit. Oldenburg. in L. E. lib. 4. c. 14. Knipſchild. l. 3. cap. 9.* Seleſtadium, Schlettſtadt. *Limn. l. 7. c. 45. Knipſchild. l. 3. c. 48. Oldenburg. l. 4. c. 52.* Sed hæ tres Civitates jam à Gallo detinentur. Goslaria, Goßlar. vid. *Limn. l. 7. c. 19. & addit. Oldenburg. l. 4. c. 20. Knipſchild. l. 3. c. 20. Gaſtel. d. c. 32. n. 51.* Brema, Bremen. vid. *Limn. l. 7. c. 7. & addit. Knipſchild. l. 3, c. 6. Burgoldenſ. ad J. P. p. 3. Diſc. 13. & ibi Franc. Irenici. Limn. Enucl. l. 4. c. 7. Gaſtel. d. c. 32. num. 52. ſeqq.* Mülhuſium, Mülhauſen in Thüringen. *Limn. l. 7. c. 34. Oldenburg. l. 4. c. 37. Knipſchild. l. 3. c. 34.* Nordhuſa, Nordhauſen in Thüringen. *Limn. l. 7. c. 37. Oldenburg. l. 4. c. 41. & addit. addit. 14. p. 191. it. p. 217. 221. & 223. Knipſchild. l. 3. c.*

 36. Weiſ-

36. Weissenburgum Sebusiorum, Weissenburg im Waßgaw. vid. *Limn. l. 7. c. 52. Oldenburg. l. 4. c. 59. Knipschild. l. 3. c. 56.* Landavia sive Landavium, Landaw. *Limn. l. 7. cap. 28. & addit. Oldenburg. l. 4. c. 32. Knipschild. l. 3. c. 29. Gastel. c. 32. num. 76.* Superius Ehenhemium, Ober-Ehenheim. vid. *Limn. tom. 4. ad l. 7. post cap. 38. p. 291. Knipschild. l. 3. c. 39. Oldenburg. l. 4. c. 43.* Cæsareo Montanum, Kaysersberg. *Limn. tom. 4. ad l. 4. cap. 34. Oldenburg. l. 4. c. 31. Knipschild. l. 3. cap. 27.* Monasterium in S. Gregorii Valle, Münster in S. Gregorien Thale. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 34. p. 264. Knipschild. l. 3. c. 38.* Roshemium, Roßheim. *Limn. l. 4. ad l. 7. post c. 44. p. 337. Knipschild. l. 3. c. 45.* Türckhemium. *Limn. d. l. 4. ad l. 7. post c. 48. p. 251.* Sed & has sex Civitates jam Gallus detinet. Dortmunda Tremonium, Dortmund. vid. *Limn. l. 7. c. 14. p. 222. Knipschild. l. 3. c. 12.* Fridberga, *Limn. l. 7. c. 17. Oldenburg. l. 4. c. 18. & l. 2. c. 18. Knipschild. l. 3. c. 15. Gastel. c. 32. n. 83.* Wetzlaria, Wetzlar. vid. *Limn. tom. 1. add. l. 7. c. 52.* Gelnhusa, Gelnhaussen. vid. *Limn. l. 7. c. 20. & in add. Enucl. lib. 4. c. 21. Knipschild. l. 3. c. 16.* Prætendit etiam hic sessionem & votum Hervordia, Hervord/ sed *anno 1647.* eam Elector Brandenburg. ut membrum Comitatus Ravenspurgensis occupavit. vid. *Limn. Enucl. l. 4. c. 28. Londorp. Cont. VI. l. 4. c. 146. & seqq. à pag. 706. usque ad p. 776.*

it. Ham-

it. Hamburgum, contradicentibus Rege Daniæ ac Duce Holsat. *Oldenb. L. E. l. 4. c. 25. & addit. addit. 18. 19. 20. Gastel. cap. 32. num. 59. seqq.*

13. In *Scamno Suevico* consident: Ratisbona, Regenspurg. de qua vid. *Limn. l. 7. c. 39. & in addit. Enucl. l. 4. c. 46. Knipschild. l. 3. c. 43.* Augusta Vindelicorum, Augspurg. vid. *Limn. l. 7. c. 4. & addit. Oldenburger. l. 4. c. 4. Knipschild. l. 3. c. 3. Gastel. c. 32. num. 89. seq.* Norinberga, Nürnberg. vid. *Limn. l. 7. c. 35. & addit. Oldenburger. l. 4. c. 39. Knipschild. l. 3. c. 38. Gastel. c. 32 num. 91.* Ulma, vid. *Limn. l. 7. c. 50. & addit Oldenburger. l. 4. c. 57. Knipschild. l. 3. c. 54.* Eslinga, vid. *Limn. l. 7. c. 15. & addit. Oldenburger. l. 4. c. 16 Knipschild. l. 3. c. 13.* Reutlinga, vid. *Limn. l. 7. c. 42. & addit. Oldenburger. l. 4. c. 49. Knipschild. l. 3. c. 44.* Nordlinga, vid. *Limn. l. 7. c. 36. Oldenburger. 4. c. 40. Knipschild. 3. c. 37.* Rotenburgum an der Tauber. vid. *Limn. 7. c. 43. & addit. Oldenburger. 4. c. 50. Knipschild. l. 3. c. 46.* Halla Suevorum, Schwäbisch Hall. vid. *Limn. 7. c. 24. & addit. Oldenburger. 4. c. 26. Knipschild. 3. c 22.* Rothwila, vid. *Limn. 7. c. 40. Oldenburger. 4. c. 47. Knipschild. l. 3. c. 47.* Uberlinga, vid. *Limn. 7. c. 49. Oldenburger. 4. c. 56. Knipschild. 3. c. 53.* Heilbronna, vid. *Limn. 7. c. 25. & addit. Oldenburger. 4. c. 27. Knipschild. 3. c. 23.* Gemunda, Schwäbisch Gemünd. vid. *Limn. 7. c. 18.*

Oldenburger. l. 4. c. 19. Knipſchild. l. 3. cap. 17. Memminga. vid. *Limn. 7. c. 33. Oldenburger. l. 4. c. 36. Knipſchild. 3. c. 33.* Lindavia. v. *Limn. 7. c. 29. & addit. Oldenburger. l. 4. cap. 33. Knipſchild. 3. c. 31.* Dunckelſpuhla. vid. *Limn. 7. c. 14 & addit. Oldenburger. 4. c. 14. Knipſchild. 3. c. 11.* Biberacum, Biberach. vid. *Limn. 7. c. 8. & addit. Oldenburger. 4. c. 8. Knipſchild. 3. cap. 4.* Ravenſpurgum. vid. *Limn. l. 7. c. 41. & addit. Oldenburger. 4. c. 48. Knipſchild. 3. c. 42.* Schwinfurtum. *Limn. 7. c. 47. & addit Oldenburger. c. 54. Knipſchild. 3. c. 49.* Campidunum, Kempten. vid. *Limn. 7. c. 11. & addit. Oldenburger. 4. c. 11. Knipſchild. l. 3. cap. 28.* Winshemium. *Limn. 7. c. 55. Knipſchild. l. 3. c. 61. Oldenburger. l. 4 c. 64.* Kauffbeura. *Limn. l. 7. c. 27. & addit. Oldenburger. l. 4. c. 30, Knipſchild. l. 3. c. 26.* Wila, Weil. *Limn. l. 7. c. 53. addit. & Oldenburger. l. 4. c. 62. Knipſchild. 3. c. 58.* Wangena, Wangen. *Limn. l. 7. c. 51. Oldenburger. l. 4. c. 58. Knipſchild. l. 3. c. 55.* Iſna. vid. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 26. p. 240. Knipſchild. l. 3. c. 26.* Pfullendorff. *Limn. tom 4 post cap. 38. p. 291.* Offenburgum. *Limn. l. 7. c. 38. & addit. Knipſchild. l. 3. c. 40.* Leutkircha. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 30. p. 249. Knipſchild. 3. c. 30.* Wimpina, Wimpffen. *Limn. l. 7. c. 54. & addit. Knipſchild. l. 3. c. 60. Oldenburger. 4. c. 63.* Weiſſenburgum in Nordgoia, Weiſſenburg in Nordgaw. *Limn. t. 4. ad l. 7. c. 52. Oldenburger. l. 4. c. 60. Knipſchild. l. 3.*

l. 3. c. 57. Gastel. c. 32. num. 120 Gienga, Giengen. *Limn. tom. 4 ad l. 7. c. 21. p. 230. Oldenburger. 4. c. 23. Knipschild. l. 3. c. 19.* Gengenbachium. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 21. Knipschild. l. 3. c. 19.* Zell am Hammerspach. *Limn. t. 4. ad l. 7. c. 56. Knipsch. l. 3. c. ult.* Buchornia. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 9. Knipschild. 3. c. 8.* Ala, Alen. *Limn. l. 7. c. 5. Oldenburger. 4. c. 5. Knipschild. l. 3. c. 3.* Buchovia, Buchaw am Feder-See. *Limn. tom. 5. ad lib. 7. cap. 9. Enucl. 4. c. 9. Knipschild. 3 c. 7.* Bopfinga. *Limn. tom. 4. ad l. 7. c. 38. Knipschild. l. 3. c. 5.*

14. Civitatibus Imp. liberis & iis oppositis Municipalibus seu Provincialibus nonnulli addunt *mixtas*, qualem esse dicunt Hamburgum. Sed cum in definitione illarum mire varient Dd. nec uno modo, quid mixturam talem faciat, exponant, minimeque in Imp. Constit. ulla mixtio fundata, alii non sine ratione hoc civitatum genus rejiciunt, aut saltem tales dari negant. vid. *Burgold. p. 1. D. 21. m. 4. num. 19. 20. 21. Dn. Rhet. Disp. de Stat. Roland. c. 4. num. 25. & de Statu subd. Imp. cap. 3. num. 261. & seq.* Rectius forsan dixeris Imperiales esse vel sine contradictione, vel non sine aliorum contradictione tales. Deinde Municipalium alias Principum suorum nutui ad omnia obnoxias, alias verò multis immunitatibus ac privilegiis ornatas, imò nonnullas eò usque evectas, ut cum Imperialibus contendere audeant, quales Rosto-

Roſtochium, Wiſmaria, Hildeſia, Osnabruga, Magdeburgum &c. quia tamen Imperio non immediatè ſubſunt, & jure Comitiorum Imperii deſtituuntur, in numerum Municipalium hactenus rectè referuntur.

CAPUT X.

De Statuum Imperii Poteſtate, ſeu Superioritate Territoriali in genere.

HActenus quidem conſideravimus Status Imperii & in genere & in ſpecie, quoad inſtituto noſtro ſatis eſſe exiſtimamus, illîc definiendo, hîc differentias eorum aliquanto ſpecialius excutiendo, nunc igitur juſtâ methodo ſectioni priori conformi progrediemur, Jura eorum quoque viſuri. Cum verò duplex ſit Statuum Imp. reſpectus, unus ratione Imperii, ubi tanquam Optimates & Coimperantes ſummæ Poteſtatis ſ. Majeſtatis participes ad gubernacula Imperii, vi ſtatus mixti, ſimul ſedent; alter ratione territoriorum ſuorum in quibus ſunt Imperantes, & inſtar Regum, ſublimi jure, non tamen vera Majeſtate conſpicui, præfulgente ſuperioris Imperio, duplicia quoque ſunt eorum jura. Sed quæ priori reſpectu ipſis competant jura, *ſectione priori* ſatis explicatum eſt, ut opus haud videatur de his quicquàm amplius addere, præterquam quod

quod *Lampadius p. 3. c. 3.* hæc iis, ut ſingulis, competere aſſerens, quidpiam alienum ab Ariſtocratiæ (de qua forma Imperii noſtri omninò quid participat) naturâ ſtatuiſſe videatur. Enimverò cum unam agnoſcamus Imp. noſtri (*ut totius*) Rempubl. una quoque Majeſtas ipſi tribuatur oportet, quæ, ſive ex toto, ſive pro parte ad Status ſpectet, ipſis collectivè ſumptis, adeoque non ut ſingulis competere cenſebitur. Nec eſt, quod inquias, ſi in ſingulis nulla potentia agendi eſt, neque à juncta illorum opera actio manare poterit; Poteſt enim ineſſe ſubjecto potentia, ſed tamdiu inefficax, donec ex conjunctione aliarum robur accipiat, cujusmodi in naturalibus eſt v. g. potentia ad movendum ingens ſaxum. Hanc enim quæ in ſingulis invalida, ſi plures demum conferant, effectus ſequi poteſt, qui ideò non ut à ſingulis, ſed ut ab univerſis, non immeritò dicitur procedere; & ſequeretur alioqui ex oppoſita ratione illud abſurdum, quod nihil ab Univerſitate ſive Collegio quatenus tali fieri poſſet. De his ergò quæ poſteriori reſpectu habent, ſaltem diſpiciemus, in quibus quidem explicandis eò brevioribus nobis eſſe licebit, quo majorem iis impendit operam B. *Dn. Nicol. Mylerus ab* Ehrenbach/ *abſolutiſſimo tr. de Statibus Imperii*, qui ab omnibus facilè comparari poteſt, & legi omninò meretur.

2. Sunt

2. Sunt hæc Statuum Jura partes potentiales Jurisdictionis sive Superioritatis Territorialis, quæ ut totum aliquod potestativum ex iis ceu pluribus partibus potestativis constat, & in unum concreta est, de qua proinde pauca præmittere, non adeò erit inconveniens. Est autem illa Summæ Potestatis genus quoddam analogum, quod & nomen arguit. Vocatur enim Superioritas Territorialis, Superioritas autem simpliciter dicta Summa Potestas civilis intelligitur. *Instrum. Pac. Cæs. Gall.* §. *itemque dictus, &c. 74.* In Statibus Imperii verò non simpliciter Superioritas, sed cum additamento, Superioritas territorialis vocatur. Adjectio igitur verbi *Territorialis* deminutionem quidem Summæ potestatis subindicare videtur. *Dn. Ludolph. Hugo de Statu region. Germ. c. 2. num. 9.* Dicitur etiam hæc sublimis Statuum potestas, Jus Territorii, jus superioritatis, regalis superioritas, jus αὐτοκρατορίας analogicè scil. Jus Statuum Imperii regium. *Anton. Colero de Jure Imp. concl. 39. 40.* jus inferioris Majestatis, vel Majestas dependens dicitur, quanquam non sine causa contradictionem involvere videatur hæc appellatio *Sibrando Diss. de sup. territ. posit. 3.* aliis nomine omnimodæ Jurisdictionis, generalis dominii, & meri Imperii venit, quanquàm propriè loquendo hi termini sint Juris Civilis, cum Jurisdictione Territoriali, quam Jus Civile nescit, utpote mori-

moribus introducta, nequaquam videantur esse confundendi. Germanicè vocatur, die Lands-Fürstl. Obrigkeit/ die Lands Hohe-Obrigkeit/ die Lands-Hoheit und Herzligkeit / die Ober-Herzligkeit / oder Bottmäßigkeit. vide post alios *Myler. de Stat. Imp. c. 36. n. 1.*

3. Definitio realis juris hujus territorialis Statuum Imperii non adeò est in promptu, maximè propter definiti (quod, ut dictum, genus analogicum est propter hominum dissensiones explicatu difficile) naturam vid. *Dn. Ludolph. Hugo de Stat. reg. Germ. c. 3. num. 1.* Tentabimus vero numne dici queat esse *potestas summa Majestatis æmula, omnia, quæ ad regimen civile pertinent, complectens, Statibus Imperii sublimi jure, salva tamen Imperatoris, Imperiiq; Majestate, in territoriis suis competens.* Sunt equidem, qui absolutam Statibus Imp. in ditionibus suis regendis potestatem, veramque adeo Majestatem tribuunt. vid. *Johan. W. Relfendso, Heromontanus, tr. de summa Princ. German. potestate c. 3. Bernhard. Khöne Diss. de moderno Statu Electorum Sacri Imperii pag. 36. seqq.* ubi eam in specie Electoribus vindicat. Ast licet non inficiemur, Ordinum Imperii in ditionum suarum administratione potestatem satis amplam esse; & aliquid è Summa potestate civili trahere, ac analogia quadam Summæ potestati civili respondere; attamen ut planè liberam & verè summam potestatem eos in ditionibus suis regen-

regendis habere concedamus, minimè à nobis impetrare possumus, ob vinculum, quo illos Imperio ac Cæsari, ex terrarum suarum ab Imperio descendentium, eòque casu contingente redeuntium feudali recognitione, ac Imperiali investitura, ad fidem & obsequia obstrictos novimus. vid. *Dn. Joh. Frid. Rhet. Disp. de Statu subdit. Imp. c. 2. §. 10. 11. Disp. de Secularisat. cap. 4. §. 22.* add. *supra sect. 1. c. 9. num. 5. & 6. ac formulam Juramenti in Dn. Sam. Stryck. Exam. Jur. Feud. Append. n. 14. 15. 16.* Ordn. deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1521. tit.* Handhabung deß Friedens ꝛc. *21. §.* Darauff befehlen wir allen und jeden obgeschriebenen / Euch auch hiermit auß Römis. Käys. Macht / bey den Eyden und Pflichten / die ihr Uns von deß Reichs wegen insonderheit gethan / und bey dem Gehorsam / den ihr Uns als Röm. Käyser schuldig seyd / auch bey Verlust aller Käyserl. Gnaden / Privilegien und Rechten / so ihr von Uns und dem Reich oder sonsten habt ꝛc. Agnoscit quoque hoc Vir Illustris V. L. von Seckendorff im Teutschen Fürsten Staat. *p. 2. c. 2. n. 1.* verb. das dannenhero ein Teutscher Fürst ꝛc. & *num. 2.* verb. daß eine Fürstl. Hoheit / nicht gar also absolut sey / sondern auff Käyserl. Majestät und das Heil. Reich ihren underthänigsten respect habe. Nec ipsos Status id diffiteri opinor. Sanè apertè id confessus est Mauritius Hassiæ Landgravius, inquiens: *Tria Studia Imperii*

perii ruinam procurare: Primum eorum, qui Caput Imperii nostri absolutum, non limitatum exoptant; Secundum eorum, qui libertatem Statuum deprimunt, ut servire quàm obedire malint; Tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti quàm ligati apparere malint.

4. Nec quicquam dissentientibus opitulatur. 1. quod Principes in literis sive mandatis utantur inscriptione: **Wir von Gottes Gnaden.** vid. supra *sect. 1. c. 1. num. 14.* vel 2. tritum illud axioma: *Tantum quisque Status potest in suo territorio, quantum Imperator in Imperio;* cujus originem non ad *Castrensem* cum *Klock. vol. 3. Cons. 102.* referimus, sed cunabula ejus ad seculum 13. & Imp. Rudolphi I. Imperium cum *Hulder. Eyben. in Diss. de Orig. huj. dicti c. 8.* apud *Fritsch. vol. 2. D. 9.* rejicimus. Varias enim hoc recipit declarationes, quas vid. apud *Lud. Hugon. de Statu reg. Germ. c. 4. num. 9. 10. 11. Reink. l. 1. cl. 5. c. 6. Knipschild. c. 1. num. 43. Ming. de super. territ. concl. 54. Klock. de contribut. c. 4. num. 304. seqq. Myler. de Stat. Imper. c. 14. num. 11. seqq.* Quibus adhibitis non adeò quidem est intolerabile, imprimis si cum *Franzk. l. 2. Resol. 15. n. 47.* ita formetur: *Principes &c. jure territoriali eandem fere potestatem in territoriis suis habere, quam exercuerunt Cæsares in universo Imperio;* Quanquàm & alia ejus notet vitia *Bœcler. in N. S. R. I. l. 5. c. 2. n.*

1. 2. hoc tamen, quod à dissentientibus inde vult probari, evincit minimè. Aliis *Heromontani* argumentis abundè satisfactum est ab aliis. Vide modò breves Animadversiones, quæ sub nomine *Hunonis ab Hunenfeld Teutoburgii* extant, quarum verus Author *Conr. Sam. Schurtzfleisch.*

5. Distingui autem potest illa Statuum Imperii Superioritas & Jurisdictio territorialis 1. ratione subjecti in Superiorit. territorialem Ducum, Principum, Marchionum, Comitum &c. Die Landsfürstl. Gräffliche hohe Obrigkeit/ & liberarum Civitatum, die hohe Lands-Obrigkeit / Lands-Oberherrligkeit vulgò dictam. 2. ratione formæ vel est Monarchica, in Principatibus sc. & ubicunque est penes unum; vel Aristocratica; vel Democratica, in Civitatibus scil. liberis Imperialibus, in quarum aliis penes Patritios & Optimates, in aliis verò penes Populum est superioritas. 3. ratione exercitii in liberam & restrictam. Nonnulli enim Principum Imperii in territoriis suis de omnibus suo arbitratu statuunt, ut Elector Palatinus, nullis in Palatinatu Electorali (aliàs enim & in Bipontino & in Neoburgico inveniuntur, teste *Sprengero in Lucern. mod. Stat. Imp. c. 2. p. 221.*) Statibus Provincialibus existentibus; alii autem de gravioribus negotiis ad totius regionis salutem spectantibus, nonnisi convocatis Comitiis, ex Ordinum Provincialium (Landstände) consilio statuere possunt, alibi

alibi rurſus majoris, alibi minoris ſunt authoritatis Ordines illi Provinciales, ſicque neceſſitas eos ad conſultationes publicas vocandi, & aſſenſum illorum requirendi non ubique eſt æqualis, ſed tam pro negotiorum, quam regionum diverſitate variat. Pari modo Civitates Imperiales inæqualiter de hac ſuperioritate participant, & aliæ illarum magis, aliæ minus poteſtate exercendi illam gaudent. Quandoque etiam Statui uni jura quædam Regalia ex ſpeciali conceſſione vel præſcriptione in alterius Status competere territorio conſtat, ſicque hujus poteſtas aliquo modo circumſcripta eſt, vid. ſupra *Capit. 5. circa finem*. 4. ratione durationis eſt vel tranſiens de perſona ſingulari in perſonam per

{ Electionem / Succeſſionem } in Principatibus { Eccleſiaſticis; / Secularibus;

vel permanens in Civitatibus ſcil. Imperii liberis.

6. Originem Superioritatis & Jurisdictionis territorialis quod attinet, fuit illa ferè talis. Devictis à Carolo M. primo Germanorum Imper. Hunnis, Alanis, præſertim Saxonibus, aliisque Imperii hoſtibus, Imperator ditionibus in Provinciæ formam redactis, ex numero militum Veteranorum, in exantlati laboris præmium, quosdam præfecit, ac nonnullos eorum Duces fecit, alios Palatii Comites, pleroſque verò Comites in certo quodam

diſtrictu ordinavit, ut veluti Judices & Provinciæ Rectores Reip. in partibus ſibi concreditis præeſſent *Limn. l. 4. c. 3. Pacif. a Lap. ad Monzamb. Diſc. 4.* Sed erant tum adhuc hæc Ducum, ac Comitum nomina tantùm nomina officiorum, muneris ac adminiſtrationis, ipſisque minimè dominium quoddam in Provincias iſtas, & Regalia tribuebantur, verùm ſolùm Gubernatores ſive adminiſtratores Provinciarum, & Regum ac Impp. miniſtri erant. *Chriſt. Lehman. Chron. Spir. l. 2. c. 21. 22. 23.* Succeſſu autem temporis, ſubortis præſertim variis in Imperio turbis ac diſcordiis, Duces & Comites potentiores facti, turbis illis ſuffulti liberius ſibi ſumpſerunt imperium, & non amplius adminiſtratoria poteſtate contenti jure ſuperioritatis commiſſas ſibi Provincias vindicarunt, Imperatores ergò his ipſorum tum temporis Præfectis, ne ſpe ampliorum opum ac dignitatum acquirendarum totum peſſundarent Imperium, colludentes cum ipſorum hoſtibus, præter adminiſtrationem illam dominium quoddam & jus ſuperioritatis in aſſignatas Provincias jure feudi concedere, ſicque hoc remedio ad præſtandam ſibi fidem devincire coacti fuere. Atque ita pedetentim hæc Principum &c. poteſtas magis magisque crevit, & ex temporalibus perpetuæ & patrimoniales Dignitates (ſub Ottone M. imprimis) factæ ſunt, adhucdum hodiè in qualitate iſta perdurantes.

rantes. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 1. aph. 4. Pacif. à Lap. ad Monzambano Disc. 9. n. 2. Burgold. ad Instr. Pac. part. 1. Disc. 20. membr. 2.*

7. Ecclesiasticis (Episcopis scilic. Abbatibus &c.) à Carolo M. ejusque Successoribus ex singulari devotione erga religionem & religiosos unà cum Secularibus Principibus ad Consilia publica jam convocari svetis, indeque in ambitionem prolapsis, & illorum ad exemplum etiam Principatus, Comitatus ac fundos unà cum terrendi jure & potestate Seculari ambientibus, eadem Territ. Jurisdictio pariter ex Ottonis M. liberalitate primum competere verisimiliter cœpit. Dicitur enim ille Fratrem Brunonem, Episcopum Coloniensem, Lotharingiæ Ducatu ditasse. Hoc autem Ottonis M. exemplum cæteri dein Imperatores certatim amplexi amplissima territoria Clericis non tàm religionis, quàm potentiæ suæ firmandæ studio, concesserunt. Ne verò provinciæ, quæ Imperio debebantur, ab eodem penitus divellerentur, & Ecclesiæ incorporarentur, Jurisdictione potissimum Ecclesiasticâ Calixto II. Papæ ab Henrico V. (ut Pontificii contendunt) concessâ, recognitionem eorum ab Imperio more Principum Secularium requirere voluerunt. vid. *Burgold. p. 1. D. 20. membr. 1.* Civitates autem Imperiales eam diu post Principes & Status reliquos successivè acquisiverunt. vid. *c. 9. n. 8. 9.*

8. Causa ejus est Imperator, quatenus juxta leges Imperii publicas, adhibito, quorum opus est, consensu, (v. *Cap. Leop. a. 44.* sup. *c. 1.*) alicui jus Status & territorii concedit; Constituitur enim atque acquiritur Jus sublime territorii primò investiturâ ab Imperatore Imperii nomine jure feudi factâ. *Schüz. v. 1. D. 6. th. 8. lit. A.* quæ tamen de feudis Imperio apertis (ut quæ, Electoratibus exceptis, juxta *Cap. Ferd. IV. Leop. I. art. 30. & Josephi art. 29.* ad labescentis Imperii vires nonnihil restaurandas, in bona Imperii patrimonialia convertenda) haud facilè amplius, nec cum fit, unquam sine Imperii aut ad minimum Electorum consensu, fieri debet. vid. *sect. 1. c. 23. num. 10.* Quomodo verò *an cumulativè vel privativè hac investitura Jurisdictionem territorialem in Status transire faciat?* à nonnullis quæritur; Quamvis autem *Reincking. l. 1. cl. 5. c. 7. per tot.* multa, quæ Statibus Jurisdictionem privative concessam comprobant, collegerit. E contra vero *Mynsing. 6. O. 9. Bocerus de invest. feud. cap. 3. num. 100.* non privativè, sed cumulativè eam transferri pluribus probent; attamen Neoterici ferè eò inclinant, quod nec privativè, nec cumulativè, sed subordinatè Statibus competat. vid. *Joh. Simon. de Superior. territ. cap. 5. num. 2.* Sed cave, ne hinc inferas: Ergo Imperatore in territoriis Statuum præsente Jurisdictionem illorum quiescere, apertè enim huic refragatur *Ord.*

Cam.

Cam. p. 2. t. 1. pr. & tit. 5. §. und soll sonst ꝛc. *tit. 6. §.* wo sich aber zwischen. *Capit. Leop. & Joseph. art. 3. Ord. Jud. Aul. tit. 2. §.* wir befehlen auch ꝛc. *R. I. de anno 1654. §.* benebens sollen ꝛc. *105.* Et quamvis Imperatori ad fines Civitatis Imperialis appropinquanti in signum reverentiæ claves offerri soleant, id tamen magis est voluntatis, quam necessitatis, & an alii Status v. c. Principes &c. idem ipso adventante faciant vel facturi unquam sint, dubito; Nec solet Cæsar Reservatis suis in territoriis Statuum in eorundem uti præjudicium. *v. sect. 1. cap. 7. n. 2.*

9. Secundò acquiritur Jurisdictio & Superioritas territorialis immemoriali præscriptione, quæ Jurisconsultis *Vetustatis* nomine venit in *l. 1. in fin. l. 2. pr. l. ultim. de aq. & aq. pluv. arc.* & non tantùm inter unius Imperii cives, sed inter ipsos quoque populos liberos jure Gentium locum habet, tradente *Grotio 2. de J. B. & P. 4.* vid. *Reinking. l. 1. Cl. 5. c. 1. n. 24. Schuz. v. 1. D. 6. th. 8. lit. D. Ludolph. Hug. c. 6. num. 25.* ubi *num. seq. 26.* quædam annotavit de natura hujus præscriptionis, quam perperam nonnulli (vid. *Struv. Ex. 43. th. 23. ibi alleg.*) cum præscriptione centenariâ confundunt, ut etiam ostendit *Carpz. p. 2. c. 1. d. 7. Faber. lib. 7. tit. 13. d. 2.* Tertius modus acquirendi Jurisdict. & Superioritatem Territorialem est Electio & Postulatio in Statibus Ecclesiasticis conspicua.

10. Quartus ad Principes tantùm Seculares,

Comites item ac Barones pertinens, vulgò constituitur Successio, per quam tamen non tam acquiritur, quam acquisita in Successores transmittitur, sic ut primò quidem descendentes masculi, in infinitum, servatâ tamen graduum prærogativa, adeoque primùm filii vocentur, & quidem æqualiter omnes vid. *Myler. de Statibus Imper. c.23.* nisi jus primogeniture, quod singulariter ad vires Provinciarum conservandas conducit, fuerit alicubi vel lege publica, (ut in Electoratibus *A. B. c.7.*) vel pacto, vel consuetudine (ut in Archi-Ducatu Austriæ, Ducatu Bavariæ, (ante devolutum quoque ad ipsum Electoratum) Ducatu Brunsuicensi ditionis ac lineæ Wolffenbüttelicæ, Palatinatu diversarum linearum, Ducatu Würtembergensi, Megapolitano, Landgraviatu Hassiæ, tàm lineæ Darmstadinæ, quàm Cassellanæ &c. v. *Georg. Henric. Springsfeld de Apanagio c. 3. num. 43. & seqq. Myler. de Statib. Imp. c. 21. num. 3. Itter. de feud. Imp. c. 12. num. 15.16.* introductum ac receptum; tum enim Primogenitus solus paternarum ditionum heres est, fratribus de portione commoda ad alendum prospicere obstrictus. vid. modò cit. *Authores* & *Wilh. Leiseri Disp. de Apanagio* apud *Fritsch. vol. 3. Exerc. Jur. Publ. 9. Joh. Frid. Rhetii Disputat. de Jure Portion. alimentaria.* Deficientibus autem descendentibus secundò agnati ex latere, in infinitum, secundum graduum

duum prærogativam veniant. vid. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 9. th. 6. 7.* Tota familia extincta, nisi antea in hunc casum ex conventione hæredes sint quæsiti, per *Pactum Confraternitatis*, (*quod est conventio duarum pluriumve illustrium familiarum, ad hoc, ut una familia quoad heredes masculos extincta, altera superstes in bona & Principatus defunctæ succedat, inita, Imperatoris authoritate roborata*; & dividitur 1. in *Universale*, quo de omnibus paciscentium Principatibus, ac universo illorum patrimonio disponitur; & *Particulare*, quod super certo duntaxat Principatu (si plures teneant) aut de certa Principatus & bonorum parte initur. Estque rursus vel ex utroque latere universale aut particulare, vel universale ex uno, particulare ex altero. 2. In *Ambilaterale*, quo ab utraque familia idem finis, successio scil. alterâ earum extinctâ, intenditur; *& Unilaterale*, quale fuit pactum Marchionum Brandenburgensium cum Ducibus Pomeraniæ, antequàm *anno 1571.* fieret ambilaterale. De qualibus pactis successoriis extat *Dissert. Ritteri ap. Arum. vol. 1. J. P. D. 22. Nicolai Martini, & Johan. Casparis Guttich.* ap. *Seyfart. in Nucleo Discurs. hact. in J. P. editor. p. m. 722.* ut & in specie *de Confratern. Saxo-Hassiaca Benedicti Carpzovii*) ad Imperium Principatus, Ducatus &c. redit.

11. Subjectum Jurisdictionis Territorialis constituunt Status Imperii omnes tam Ec-

clesiastici (quatenus sunt territoriorum, quæ ab Imperio immediatè tenent, domini) quam Seculares, sed hac cum differentia, quod hi territorium cum jure territoriali tanquàm patrimoniale in liberos transmittant, non illi; etiam Civitates Imperiales. vid. *Instrum. Pac. art. 5. §. 11. in pr. & art. 8. §. tam in Universalibus, &c. Reinking. l. 1. cl. 5. c. 5. num. 5. & seqq. Knipschild. de Civit. Imp. l. 2. c. 4. num. 7. seqq. Limn. l. 7. c. 1. num. 50.* & quamvis non omnes æquè de illa superioritate participent, inde tamen non licet inferre eas, quarum potestas aliquo modo circumscripta, penitus non esse Status, nec ullam planè Jurisdictionem territorialem possidere. *Num autem Civitates Imp. jure superioritatis reali tantùm gaudeant, an personali insimul*; quæri solet: Posterius affirmare videntur *Lampad. p. 3. c. 14. num. 25. Burgold. p. 3. Disc. 10. num. 1.* Prius contra amplectuntur *Mingius de Superior. territor. cap. 3. concl. 44. Stephani de Jurisdict. l. 2. part. 2. c. 1. num. 63. Becker. l. 3. c. 9. §. 3. Schütz. v. 1. D. 6. th. 10. l. D.* Nos Superioritatem territorialem unam esse existimamus, quæ ratione objectorum eadem, sive illam Dux vel Princeps, sive Comes, sive Civitas Imperialis exerceat, pro subjecti verò diversitate eam diversas sortiri appellationes, ita, ut cum additam. in Principe dicatur, die Fürstliche/ in Comite, die

Gräff-

Gräffliche / in Civitate nudè, Hohe Obrigkeit.

12. Tribuit eandem quoque Civitatibus mixtis, quæ sibi quoad Regalia & Privilegia quædam ab Imperatore concessa Jus Civitatum Imperialium vindicare conantur, tametsi constet, easdem quoad cætera revera Principi alicui Imperii subjectas esse, item Collegiis Canonicorum & Canonissarum, qui quæve immediatè Cæsari & Imperio in civilibus parent, German. Frey. Kayserl. Stiffter / qualia dicit esse Collegium Canonicorum Bruxellæ in Prurhein / Canonissarum in Burgscheid / juxta Aguisgranum; nec non Burggraviis Ganerbiorum & Commendatoribus Ordinis Teutonici immediatè Imperio parentibus, Nobilibusque Immediatis, licet Status non sint, *Schützius v. 1. D. 6. th. 10. lit. F. G. H. Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 2. in fin.* aliique. Ab iis verò recedunt *Joh. Strauch. Diss. Exot. Jur. Publ. 4. thes. 22.* & in *Diss. de Statut. à Summo Principe. th. 7.* it. *in Inst. Jur. Publ. l. 1. c. 23. num. 8. Nobiliss. Dn. Ludolph. Hugo, Sereniss. Duc. Brunsvigo. Lüneburg. Hanover. Cancellarius meritiss. tr. de Statu region. German. c. 5. num. 5. 6. Dn. Rhet. Inst. Jur. Publ. lib. 1. tit. 19. num. 17. & l. 2. tit. 1. num. 39. Phil. Reinh. Vitriar. Inst. Jur. Publ. l. 3. tit. 15. num. 12.* ac alii, qui insignia Status his, qui Superioritate territ. pollere concupiscunt, competere

petere oportere. & Superioritatem territorialem propriam affectionem Status Imperii esse, seque adeò hæc duo ad invicem instar relatorum habere, ut positâ vel negatâ qualitate Status ponatur vel negetur Jus territoriale, & vice-versa, docent.

13. Passivè & materialiter Ordinum Imperii (quibus activè & formaliter inest) cohæret ditionibus: quæ à terrendo Territoria, unde & ipsa Superioritas Territorialis denominatur, vocantur. Constituunt autem singula Statuum Territoria per se peculiare aliquod corpus civile, Imperio autem insitum, peculiari regimine civili, Reip. communi totius Imperii tamen subjuncto, administrandum. Hincque *Dn. Ludolphus Hugo c. 2. num. 2.* territorium etiam describit, esse partem Imperii loco distinctam, ad hoc, ut peculiari regimine civili Reip. communi subjuncto administretur. Est autem ejusmodi territorium interdum unius in solidum, interdum pluribus unius familiæ simul aut successivè regentibus commune, iterumque vel Seculare vel Ecclesiasticum. Quicquid verò sub ambitu territorii alicujus continetur, Domini territorii Superioritati generali juris præsumptione subesse creditur, donec exemptio & libertas liquido doceatur. vid. *Myler. de Stat. Imp. c. 37. Fritsch. Fascic. Axiom. Jur. Publ. ax. 4.*

14. Effectus Superioritatis Territorialis *in genere*

genere hic est, quod per eam Dominus territorii sit quasi Imperator in suo territorio, ejusque personam ibi repræsentet, non identitate potestatis specifica, sed analogia quadam & proportione, ut *Dn. Strauch.* loquitur, & in eo tantum possit, quantum Imperator potest in Imperio universo, intellige sub prioribus declarationibus, in iis, quæ ab Imperatoribus communicata, non in Reservatis, nam quamvis multa ac magna jura Statibus sint communicata, quædam tamen Imperatori ad splendorem, majestatem & authoritatem sunt reservata, quæ adeò iis usurpare, ac tangere non licet. *In specie* verò sese exerit in Juribus & actibus Jurisdictionalibus, qui secundum quosdam illam ut effectus suam causam sequuntur, secundum alios verò partes ejus potentiales sunt, ex quibus, ceu pluribus operandi facultatibus, ipsa quasi in unum quoddam potestativum concrescit, & illarum respectu totum potestativum dicitur. Pertinent huc actiones & judicia, quibus de jure territorii disceptatur, quæque pro juribus inde competentibus vindicandis, vel libertate territorii contra injustos talium jurium usurpatores tuenda competunt, de quibus videatur *Dn. Ludolph. Hugo c. 6. num. 29. 30.*

15. Modi amittendi superioritatem sunt 1. Mors naturalis omnium successorum, quâ feudum Imperiale, exceptis Electoratibus, Imperio

rio

rio incorporatur. 2. Mors Civilis ac proſcriptio, de qua vid. *ſect. 1. cap. 21.* Redit autem hoc caſu amiſſum territorium cum cohærente ipſi jure ad Imperatorem & Imperium, interdum quidem plenè & irrevocabiliter, interdum autem ſaltem ad dies vitæ Status proſcripti, poſt mortem vero dein rurſus proximioribus agnatis cedit. vid. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 15. aph. 13. 14. Schutz. v. 1. d. 6. th. ult. lit. F.* 3. Felonia Juri Feudali cognita. 4. Venditio & permutatio, quæ tamen vix ſine conſenſu Imperii valere ac conſiſtere poteſt. 5. Immemorialis præſcriptio. 6. Renuntiatio & refutatio, quæ tamen agnatis non præjudicat. 7. Abuſus. 8. Exemptio ab Imperio *Mingius th. 84.*

CAPUT XI.

Incipit Explicare jura Territorialia initio facto à Iure recipiendi Homagium.

HIſce ſic præmiſſis nunc ordine devolvimur ad Jura Statuum, vigore Jurisdictionis territorialis iis competentia, quæ præcedenti capite actus Jurisdictionales, quia Jurisdictionem territorialem ex quorundam opinione pro cauſa agnoſcunt, rectius verò partes ejus potentiales conſtituuntur, vocavimus. Dicuntur alias ſpeciali nomine *Jura Territorialia.* Inter ea autem primum occurrit *Receptio Homagii,* hoc

hoc enim in aſſecurationem obſequii & fidelitatis à ſubditis exigitur, ut non ſolum publica pax & tranquillitas conſervetur, ſed & omnis ſeditionis ſuſpicio, devotione illa jurisjurandi obfirmata, tollatur, adeoque Jurisdictionis hujus fundamentum dici poteſt. Eſt autem Homagium (ſic dictum quaſi hominis ligium i. e. obligatio ad obſequium, ſervitia & fidelitatem, quod aliis Hominium, ſubjectionis juramentum, German. Erb- und Lands-Huldigungs Pflicht dicitur) nihil aliud, quam adſecuratio fidelitatis & obedientiæ, quam ſubditus facit Domino territorii, ſub cujus Jurisdictione degit. *Schüz. volum. 1. Diſput. 6. theſ. 17.* ſive juris vinculum, quo Dominus territorii ſubditos ſibi ad obedientiam ac fidelitatem adſtringit, cujus intuitu & ipſe quoque fidus eſſe jubetur. *Myl. de Stat. Imp. c. 38.* Et ſimpliciter (vid. *argumenta reſponſoria Bremenſ. ad arg. oppoſ. Suecor. ſecundum.* ap. *Burgold. p. 3. D. 13. n. 3. p. m. 98.*) præſtitum eſt prima agnitio & confeſſio ſubjectionis, recognitæque teſſera ſuperioritatis, quam tamen non à priori, ſed poſteriori arguit. *Reink. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 6.* quia non ideo quis cenſetur ſubditus, quia jurat, ſed quia ſubditus eſt, ideò jurat, & viceverſa, non ideò quis ſuperior eſt, quia recipit juramentum, ſed quia ſuperior eſt, ideò exigit & recipit juramentum.

2. Sed cum multi Dominis territoriorum ratio-

ratione rerum in eorum territoriis sitarum homagium præstent, qui ratione personæ suæ omnino liberi, & nemini nisi Cæsari subjecti sunt, homagium illud, generali quantumvis verborum serie conceptum, ad ea solum restringendum erit jura, quæ habet is, cui præstatur, & incivile foret ex nuda illa juramenti exteriore præstatione, non inspecta conditionum adpositarum qualitate, de omnimodæ ac plenissimæ subjectionis jure judicare. *Joh. Christ. Tenzel. de jure subject.* apud *Fritsch. v. 1. Ex. J. P. 2. num. 85.* Hincque à nonnullis Homagium (in æquivoco sensu) distinguitur in personale (sive propriè sic dictum) & reale, quod bonorum in alieno districtu sitorum possessionem respicit, non verò personam ab universali subjectione territoriali liberam & immediatè Imperio subjectam afficit, aut eam simpliciter subditam ac Landsassiam facit, quæ distinctio cumprimis in locis, ubi Landsassiatus Land-sasserey plenè viget, usum habet. vid. *Tenzel. d. Diss th. 59. 60.*

3. Regulariter autem illud subditi, Landsassii & incolæ omnes, cujuscunque sint dignitatis & conditionis, (nisi qui se ab ejus præstatione jure vel conventionis vel præscriptionis immunes probaverint, tamen nihilominus Domino territorii fidelitatem & obedientiam debebunt. *c. 14. x. de jurejur. Leiser. de Juram. fidel. subdit. §. 34. seqq. Reinking. d. l. num. 9.*)

toties

toties quoties mutatio in persona domini vel morte vel alio quocunque modo contigerit, etiam lite inter Dominum territorii ac subditos ratione superioritatis ac subjectionis pendente, & domino in quasi possessione superioritatis constituto. vid. *Myler. ibique alleg. c.38. num 12.* in antiquâ & consueta formula, *arg. eorum. quæ art. 10. 11. & 12. Instr. Pac. habentur*, invitis iis, à quibus exigitur, non mutanda, *Maul. de Homag. tit. 1. num. 18.* mediante corporali juramento, nisi aliud conventione vel præscriptione sit inductum, personaliter præstare tenentur. Et si sine justa causa recusent, competentibus mediis, (vid. *Gail. 1. Obs. 17. num. 8. Besold. voc. Huldigung &c.*) armata quoque manu, cum adsistentia vicinorum Principum, (*arg. art. 7. Capit. Leopold. & Joseph.*) ad hoc adigi possunt.

4. Præstatur regulariter solis actu regentibus. *Reinking. d. c. 4. num. 40.* Primogenito sc. ubi jus primogenituræ viget; omnibus, ubi conjunctim imperant; ubi vero territoria divisa, ei cui ista pars obvenit. Ritter. *de homagio §. 98.* etiam fœminæ in Principatum succedenti, & cui ea rursus nubit, vid. *Nucl. Resp. Camer. Resp. 14.* pro more regionum etiam futuri Domini Territorii Tutoribus. *Ritter. d. §. 98.* quanquam multis in locis, usque dum Dominus major factus, differri soleat *Uffelman. de homag. §. 37.* Aliquando tamen in eventum futuræ

mortis sine prole mascula quoque proximis agnatis, & his deficientibus remotioribus, aut etiam confraternitate junctis præstari consuevit. vid. *formulas Jurament.* ap. *Stryk. in Exam. Jur. Feud. append. n. 7. seqq.* Præterea etiam Uxori Principis, ratione futuri dotalitii à subditis futuris eventuale juramentum, exigentibus id pactis dotalibus, præstari, experientia testatur.

5. Præstito eodem subditi à Domino protectionem tam rerum, quam personarum, vulgò den Lands-Schutz/ consequuntur, ut ita absque injuria ejusdem se aliis Dominis, nisi in casu extremæ & inevitabilis necessitatis, de quo *Besold.* voc. Huldigung rc. subjicere nequeant; id quod singulariter quoque prohibitum est *Capit. Leop. & Joseph. a. 9.* verb. als wollen wir nicht allein durch Abmahnung rc. & homagio interdum expresse inseritur, sicut & reciprocè Dominus absque ulla vel dignitatis vel superioritatis læsione, interdum expresse & juratò, ut plurimum per Reversales, subditis suis protectionem, und sie bey ihrem alten Herkommen/ Freyheiten/ Recht und Gerechtigkeiten zu erhalten/ zu schirmen und zu handhaben/ promittit. vid. *Instrument. Pac. artic. 5. 10. 13. Reincking. d. c. 4. num. 20. An autem illam Privilegiorum confirmationem petentes subditi Instrumenta Privilegiorum suorum primæva & Originalia, ad requisitionem domini territorii, antea exbi-*

exhibere teneantur? in utramque partem disputatur apud *Klock. tom. 1. Consf. 19. per tot.* defendentem quod subditi productionem talem & editionem Originalium detrectare nequeant: secundum quam sententiam etiam olim JCti Jenenses responderunt.

6. Subditi autem econtra vigore subjectionis per præstitum homagium confessæ Domino suo reverentiam, fidem, & obsequium omni jure debent, mandatis, edictis & inhibitionibus ejus parere, necessitate exigente onera imposita sustinere, ad Conventus Provinciales comparere, coram tribunali stare ac respondere, mensuræ ponderum & ulnarum formam ex archetypo illius desumere &c. tenentur. vid. *Tenzel. d. Diss. thes. 115. seqq.* Ast cum ipsi subditi mediati etiam Imperatori subjectionis jure & devotione devincti sint per text. *R. I. Worm. de anno 1564.* §. wiewol auch in der Executions-Ordnung ꝛc. utri fortius obligentur, Imperatori ne, an verò Domino suo immediato? quæritur. Huic fortius eos obligari non sine causa putat *Reinking. l. 1. cl. 5. c. 1. num. 66.* quia ei quasi duplici ex capite obstricti, propter juramentum scil. quod ipsi specialiter præstant, & propter specialem Jurisdictionem, quam ipse habet, Cæsari autem saltem ratione Universalis Jurisdictionis devincti sunt. Hinc 2. etiam subditi legibus Domini sui immediati vivunt, iisque etiam sine assensu Imperatoris subjiciuntur.

Primò namque attenduntur jura municipalia, quàm communia & Imperialia. *Knichen. de jur. territ. c. 1. num. 365.* Et 3. quoque fructus Jurisdictionis, redituum, bonorum vacantium, pœnarum, multarumque compendia, onerum realium & personalium præstationes in immediatos territoriorum Dominos redundant; & ne quidem feuda aut bona allodialia à Vasallis & subditis Statuum Imp. ex crimine læsæ Majestatis in Imperatorem admisso commissa Cæsar fisco Cæsareo applicat, sed eorundem confiscationem Statuum arbitrio relinquit. vid. *Cap. Ferdin. III. art. 28. Ferdin. IV. Leop. a. 27. Josephi art. 26.* add. *Myler. c. 68. num. 8. ibi alleg.*

7. A juramento hoc subjectionis omnino distinguendum est Juramentum Fidelitatis, quod Vasalliticum & Vasallagium Lehens-Pflicht / vocant, & Status respectu beneficiorum vel feudorum in territoriis suis præstitorum à Vasallis suis, quibus prædium aliquod in feudum concesserunt, exigunt. Hoc enim non nisi ob res in feudum concessas, etiam per procuratorem, præstatur, & ex non subdito non facit subditum. Illud vero personaliter præstandum est, etiamsi nulla bona à Domino subditus teneat, & multò fortius ligat. v. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 8. aph. 6. num. 9. Besold. voc.* Huldigung 2c. *& voc.* Lehnmann/Lehen-Pflicht 2c. Ac quamvis juramenta Vasallagica etiam vocem Gehorsamb quandoque ferant inclusam,

ſam, per hoc tamen eatenus tantum obſtringitur Vaſallus, ut in cauſis feudi naturam, conſtitutionem, qualitatem &c. reſpicientibus dominum agnoſcere & obſequium in illis cauſis, præſtare teneatur. *Tenzel. d. D. num. 85.* vid. tamen Dn. *Stryck. Diſſ. de Vaſallo deſertore c. 1. num. 26.* monentem, hodiè in multis Germaniæ locis neminem niſi cum jure ſubjectionis feuda poſſidere poſſe, idque in ſpecie de Pomerania teſtari *Mev. 2. d. 325. num. 3.* de aliis Dn. *Rhet. ad 1. F. 21. p. 78. & 129. pr.* quod ipſe ſic intelligit, ſi Vaſallus ſimul in territorio Domini habitare velit, niſi ſpeciali conſuetudine ſola feudi poſſeſſio, non obſtante domicilio alibi conſtituto, perſonam vaſalli Jdictioni ſubjiciat. Alias juramenti ſpecies, ut Juramentum Obſequiale vel Officiale, Ambts-Pflicht/Raht und Dienſt-Pflicht/ Protectionis vel Clientelare Schutz-und Schirm-Pflicht/ Ganerbiorum, vicinorum der Ganerbſchafften und Nachbarſchafften/ Panagium Bürger-Eyd ꝛc. cum huc propriè non pertineant, ſicco præterimus pede.

CAPUT XII.

De Iure Statuum Imperii circa Sacra.

CÆtera Statuum Jura, quæ vigore Jurisdictionis territorialis exercere potis ſunt, partim circa Rempubl. togatam, partim circa ſagatam occupata ſunt. In togara rurſus occurrunt Sacra atque Profana. Et quidem

jus circa Sacra potestati civili quoque competere ex fine Rerumpubl. satis superque *superioris section. cap. 5.* probavimus. Nec id Sacræ abnuunt literæ. vid. *Rom. 13. v. 11. Jerem. 49. v. 19.* Certè custodia utriusque tabulæ, quæ potestati civili commissa est, jus & curam sacrorum eidem luculenter defert. vid. *Deut. 17. vers. 18. 19.* Confirmant idem magis exempla sacra *Num. 27, 18. 19. 2. Sam. 6, 10. 12. 2. Reg. 12, 5. 7. 1. Chron. 16. 24. 2. Chron. 29, 30. Jos. 3, 5.* Et nostro etiam in Imperio antiquitus omne Jus circa Sacra & Ecclesiastica, das Recht in Religion- und Kirchen-Sachen / Imperatorem ac Ordines regni conjunctim sibi vindicasse, ex legibus Capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii, quæ hodieque à diligentissimo Viro *Friderico Lindenbrogio* edita extant, manifestum est. Postquam autem Duces, Comites, &c. ditiones suas, hac regia fermè, qua adhucdum fruuntur, authoritate administrare cœperunt, unà cum cæteris regalibus ipsis quoque regium aliquod Imperium circa Ecclesiastica in territoriis eorum cessit. Verum invalescente magis magisque Præsulis Romani authoritate, postquam is regnum in Ecclesia occupavit, Imperator & Principes juris sui circa sacra possessione exuti, per aliquot secula Curiæ Rom. pinguem, non satis tamen tutam, servierunt servitutem. Nam quanquam in possessionem Monarchiæ istius venerit Jupiter Romanus, de jure tamen semper dubi-

dubitatum ac diſputatum fuit. v. *Dn. Ludolph. Hugo. c. 3. num. 25.* Tandem per Transactionem Paſſavienſem & ſubſecutam Pacificationem Religioſam regimen rerum Sacrarum, Geiſtliche Gerichtbarkeit/ quoad Status Auguſt. Confeſſ. qui illud ſibi in territoriis ſuis jure Imperii civilis tanquam partem ejusdem vindicabant, rurſus in Superioritatem territorialem tranſiit, hocque reſpectu per Pacem Relig. Ordinibus A. C. addictis Jurisdictio Eccleſiaſtica non tàm data, quàm reſtituta atque confirmata dicitur, *Reinking. l. 3. cl. 1. c. 10. num. 3. Ludolph. Hugo d. c. 3. num. 28.* Cum ergò, ut jam oſtenſum, Jus circa Sacra Statibus A. C. competens jure territorii & ſuperioritatis, vigore Pacis Religioſæ in diverſis Imp. Comitiis, omnium *Impp. Capitulationibus*, ac noviter *in Inſtrum. Pacis Osnabr. Monaſt. art. 5. §. 1.* in omnibus articulis diſertè confirmatæ, hodiè innitatur, patet veriſſimum nunc eſſe vulgatum illud: *Cujus eſt regio, ejus eſt religio*, quod tamen non ita crudè & abſolutè, ſed juxta determinationem Pacificationis Religioſæ & cumprimis Inſtrumenti Pacis Osnabrug. Monaſt. accipiendum. vid. *Fritſch. Elect. Jur. Public. p. 1. c. 6.* quod totum verbotenus repetit *in annot. ad Inſtrum. Pac. art. 5. §. 12.*

2. Conſiſtit verò eminentiſſimum hoc Statuum Imperii A. C. regale. vid. Illuſtr. Veit Ludwig von Seckendorff/ Teutſchen Fürſten-

jus circa Sacra poteſtati civili quoque competere ex fine Rerumpubl. ſatis ſuperque *ſuperioris ſection. cap. 5.* probavimus. Nec id Sacræ abnuunt literæ. vid. *Rom. 13. v. 11. Jerem. 49. v. 19.* Certè cuſtodia utriusque tabulæ, quæ poteſtati civili commiſſa eſt, jus & curam ſacrorum eidem luculenter defert. vid. *Deut. 17. verſ. 18. 19.* Confirmant idem magis exempla ſacra *Num. 27, 18. 19. 2. Sam. 6, 10, 12. 2. Reg. 12, 5. 7. 1. Chron. 16. 24. 2. Chron. 29, 30. Joſ. 3, 5.* Et noſtro etiam in Imperio antiquitus omne Jus circa Sacra & Eccleſiaſtica, **das Recht in Religion- und Kirchen-Sachen**/ Imperatorem ac Ordines regni conjunctim ſibi vindicaſſe, ex legibus Capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii, quæ hodieque à diligentiſſimo Viro *Friderico Lindenbrogio* edita extant, manifeſtum eſt. Poſtquam autem Duces, Comites, &c. ditiones ſuas, hac regia fermè, qua adhucdum fruuntur, authoritate adminiſtrare cœperunt, unà cum cæteris regalibus ipſis quoque regium aliquod Imperium circa Eccleſiaſtica in territoriis eorum ceſſit. Verum invaleſcente magis magisque Præſulis Romani authoritate, poſtquam is regnum in Ecclecleſia occupavit, Imperator & Principes juris ſui circa ſacra poſſeſſione exuti, per aliquot ſecula Curiæ Rom. pinguem, non ſatis tamen tutam, ſervierunt ſervitutem. Nam quanquam in poſſeſſionem Monarchiæ iſtius venerit Jupiter Romanus, de jure tamen ſemper dubi-

dubitatum ac disputatum fuit. v. *Dn. Ludolph. Hugo. c. 3. num. 25.* Tandem per Transactionem Passaviensem & subsecutam Pacificationem Religiosam regimen rerum Sacrarum, Geistliche Gerichtbarkeit / quoad Status August. Confess. qui illud sibi in territoriis suis jure Imperii civilis tanquam partem ejusdem vindicabant, rursus in Superioritatem territorialem transiit, hocque respectu per Pacem Relig. Ordinibus A. C. addictis Jurisdictio Ecclesiastica non tàm data, quàm restituta atque confirmata dicitur, *Reinking. l. 3. cl. 1. c. 10. num. 3. Ludolph. Hugo d. c. 3. num. 28.* Cum ergò, ut jam ostensum, Jus circa Sacra Statibus A. C. competens jure territorii & superioritatis, vigore Pacis Religiosæ in diversis Imp. Comitiis, omnium *Impp. Capitulationibus*, ac noviter *in Instrum. Pacis Osnabr. Monast. art. 5. §. 1.* in omnibus articulis diserte confirmatæ, hodiè innitatur, patet verissimum nunc esse vulgatum illud: *Cujus est regio, ejus est religio,* quod tamen non ita crudè & absolutè, sed juxta determinationem Pacificationis Religiosæ & cumprimis Instrumenti Pacis Osnabrug. Monast. accipiendum. vid. *Fritsch. Elect. Jur. Public. p. 1. c. 6.* quod totum verbotenus repetit *in annot. ad Instrum. Pac. art. 5. §. 12.*

2. Consistit verò eminentissimum hoc Statuum Imperii A. C. regale. vid. Illustr. Veit Ludwig von Seckendorff / Teutschen Fürsten-

Statt. *p. 2. c. 11. num. 2. in fin.)* I. In jure patronatus Regio, vi cujus Ecclesia & religio, tanquam res inermis, in Republ. defenditur, omnis cùm externæ tùm internæ violentiæ, atque impedimentorum, vel ipsi cultui, vel rebus ac personis ad eum spectantibus intentatorum, propulsatione, per arma etiam ac bella. vid. *Strauch. Diss. Exot. 9.* Potest II. vi hujus juris quilibet Imperii Status A. C. liberum religionis exercitium in ditione suâ, vel sibi etiam oppignoratâ, non solùm introducere, sed & introductum reformare ac mutare, hat die Befugnis und Freyheit die Religion in gewisser Maß zu ändern/ und zu reformiren/ nisi pacta inter Imper. Status & subditos inita obstent. *Instr. Pac. art. 5. §. 12.* ubi tamen additur limitatio *§. hoc tamen non obstante. 30. & seq. 31. 32. Rhet. Disp. de Jur. Stat. circa sacra. c. 4. num. 7. Fritsch. in annot. ad Instrum. Pac. art. 5. §. 10.* verb. *Domino directo, &c. p. 462.*

3. Libera autem esse debet ejusmodi institutio vel reformatio ab omni scil. vi & compulsione extrinseca; ad fidem enim nemo est cogendus invitus, quippe quæ non imperari, sed impetrari, non præcipi, sed percipi, (ex auditu scil. verbi divini,) non juberi, sed juvari, non armis injungi, sed cœlitus animis infundi amat. *c. 33. c. 23. quæst. 5.* nec ulla intolerabilior est tyrannis, quàm conscientiis dominari velle, ut habet effatum Maximil. II. Imp.

cedro me-Christe dignum. Sique subditi Domini religionem spontè amplecti, & ob religionis mutationem cultus sui exercitio destituti in ipsius territorio diutius habitare nolint, liberum habent beneficium emigrandi & solum vertendi, idque non necessitatis sed voluntatis est, *Pac. Relig.* §. wo aber unsere / ꝛc. *Instrum. Pac. art. 5. §. hoc tamen non obstante,* & vers. *Placuit. Fritsch. Elect. Jur. Publ. p. 2. c. 4. & in annot. ad Instr. Pac. art. 5. §. 12.* verb. *sua sponte, &c. p. 484.* vid. imprimis *Decker. de Pac. civil. relig. danda Num. 43. 44.* Cæterum non modò Statibus Imper., sed & Nobilibus immediatis hæc reformandi potestas competit per *cit. art. 5. §. 10.* verb. *Libera & immediata Imp. nobilitas, &c.* Ex quo tamen neutiquam Jurisdictionem territorialem Jure Status competentem illos sibi attribuere posse dicunt *Strauchius Diss. Exot. J. P. 4. th. 22. Dn. Rhetius de Stat. Imp. circa Sacra. cap. 2. num. 15. seqq.* aliique, qui Superioritatem territorialem ipsis competere negant. vid. *supra cap. 10. n. 12.* cum nonnisi ex personali privilegio potestas hac ipsis sit concessa ex ipsorum mente.

4. III. Ad Jus Sacrorum Statibus A. C. competens pertinet Jus Senatus & Consistorii Ecclesiastici, das Recht deß Kirchen-Raths und Consistorien/ inter quæ duo hæc est differentia, quod in Senatu Ecclesiastico (im Kirchen-Rath/) negotia jura Episcopalia,

concernunt Ecclesiasticas seu bonorum seu personarum, quarum quædam ex speciali privilegio hoc forum invocant, ut Studiosi, qui & Clericorum appellatione continentur. *Richt. in Expos. Auth. Habita. C. ne fil. pro patr. passim.* Et Clerici quidem in omnibus personalibus actionibus, sed & levioribus delictis, quæ pœnis civilibus s. potius Ecclesiasticis eluuntur, (nec enim nisi mixtum Imperium Jurisdictioni Consistoriorum apud Protestantes adhæret. *Carpzov. l. 3. def. 5.*) unà cum liberis, haud tamen famulis, hic conveniuntur. *Carpzov. l. 3. defin. 3. 5. 6. & l. 6. Resp. 42.* *Hæ* verò aliquando ad Ecclesiasticum, aliquando ad Seculare forum, pro qualitate actionis intentatæ, sive circa causas civiles sive delicta versetur, perveniunt, ut causæ decimarum, usurarum, patronatus, juramenti, (hujus tamen relaxationem quoad effectum agendi ad Principem, quâ Secularem, spectare verius est. vid. *R. I. August. de anno 1555.* §. und sollen die jenigen so in den Kreysen zu Obersten gewehlt / rc. & §. und sollen in diesen beyden Verordnungen/rc. *Ord. Cam. p. 2. tit. 24. Conrad. & Benedict. Carpzov. de regalib. th. 34. Reinking. l. 3. cl. 1. c. 10. num. 42. seqq.*) matrimonii. *l. 16. l. pen. de Episcop. aud. Carpzov. l. 2. Jurispr. Cons. d. l.* ac quæ huic consectaria censentur, v. gr. dispensationum, adulterii, quando scil. agitur ad separationem. Pertractantur autem hic causæ

hæ

natione ſcil. & præſentatione, abſolvitur Jus Patronatus vulgare, quod eſt *jus ac poteſtas præſentandi Eccleſ. Miniſtrum idoneum* excepto tamen Superintendente, cui munus hoc à Principe jura Epiſcopalia habente immediatè defertur, *Carpzov. lib. 1. def. 19.*) *ad miniſterium vacans, fundatoribus Eccleſiæ, aliisque ſimilibus perſonis competens;* & quà tale cum Superioritate territoriali nihil commune habet, ſed poteſt etiam penes alium exiſtere, qui tamen cum Domino territorii, ſub quo ſita eſt Parochia, in fide conſentientem præſentare debet, etſi fortè ipſe diſcrepet. *R. I. de anno 1555.* §. damit auch ꝛc. Jus autem præſentatum confirmandi, ordinandi, ut & removendi v. *Mev. 7. D. 27.* Juris Epiſcopalis partes ſunt, expediendæ à Conſiſtorio, Presbyteriovè) prævio examine legitimè confirmati, ordinati, inveſtiti munia ipſis juſſu divino concredita fideliter expediant 1. in purâ verbi divini prædicatione, cui quoque vita honeſta & inculpata reſpondere debet 2. in Sacramentis adminiſtrandis, & quidem ſecundum inſtitutionem Domini, à quo immane quantum diſcrepant Concilia Conſtantienſe *de anno 1415.* & Baſileenſe *de an. 1437.* 3. in ligando & abſolvendo. 4. in conſolando, 5. in increpando, quod fit vel ſimpliciter, vel cum excommunicatione: *hoc* non niſi cum cognitione & Decreto Domini territorii; *Illud* in certis terminis faciant. Nam injurioſis verbis

verbis usi Concionatores sive expreßè nominando peccatorem, sive graphicè depingendo, æquè ac alii actione injuriarum conveniri poterunt. v. *R. I. de anno 1530.* §. Wir haben uns. *An. 1542.* §. damit aber unter 2c. *Fibig. Disp. 12. semid. qu. 3. Joh. Georg. Simon. Disput. de Action. injur. Sacerdot. concernent.* multo magis autem talis eos modestia decet 6. in refutandis heterodoxis. Item summa ac perpetua ipsius cultus divini inspectio per Visitationes vel generales vel speciales, rituum, ceremoniarum, aliarumque piarum causarum εὐσχημοσύνῃ Ecclesiasticæ conveniens ordinatio, & extraordinaria juxta temporum atque eventuum diversitates moderatio, quo Jubilæorum, aliorumque festorum, jejuniorum &c. constitutio spectat. Concordiæ Ecclesiasticæ studium in præcavendis Schismatis ac hæresibus, conventiculisque hæreticorum, compescendis inanibus contentionibus, & denique si nodus dubiæ Scripturarum interpretationis ac turbida Ecclesiæ tempora incidant, Synodorum ac Conciliorum Provincialium convocatio atque indictio.

7. V. Nec levem Juris sui Ecclesiastici portionem existiment Scholarum cùm superiorum tùm inferiorum curam, fundationem, ac sustentationem. Sunt enim illæ doctrinæ & virtutis, Ecclesiæ & Reip. seminaria, quas in benè constituta Republ. omnino necessarias esse

esse vel hinc apparet, quod veræ felicitatis capaces non videantur esse animi civium rudes penitus omnis doctrinæ ac inculti. Hinc & Athenis olim ab omnibus civibus exigebatur quædam literarum i. e. legendi scribendique peritia. Contrà mirum non est, earum curam usque adeò negligi in Rep. Turcica & Moscovitica, nam cum illi veri Dominatus sint, subditos suos servorum propè loco habent, sicque adeò à vera beatitudine civili, cultuque ingeniorum, quem Rationi Status sui adversum putant, quàm longissimè abducunt. Superiores tamen, quæ vulgò Academiæ vocantur, & ab altera earum specie, Gymnasiis scil. non tam numero docentium, discentiumque, quàm facultate conferendorum honorum Scholasticorum, ab uno Cæsaris Augustali jure derivandorum, distinguuntur, sine Cæsaris confirmatione Status erigere nequeunt.

8. VI. Denique non ultima Principis, alteriusque Status Imp. cura sit, necessarium rerum sacro cultui & Ecclesiæ, ejusque Ministrorum sustentationi deservientium apparatum instituere, ac per prudentem dispensationem conservare. Spectat huc fundatio atque ædificatio Templorum, Oratoriorum, Cæmeteriorum, Gerontocomiorum, Xenodochiorum, Nosocomiorum, Brephotrophiorum, Orphanotrophiorum, &c. utque & ab aliis ædificentur consentiendi facultas. it. Vaso-

rum,

rum, vestium, suppellectilis sacræ, salariorum, primitiarum, oblationum, decimarum, congrua constitutio, Dispensatorum, Oeconomorum, Provisorum &c. idoneorum ordinatio, rationumque ab iisdem repetitio.

9. Caruit Ecclesia primitiva immobilibus, nec ea vel oblata vel testamento relicta sibi retinere potuit. Primus Constantinus M. Ecclesiis prædia à piis oblata retinendi licentiam concessit *in l. 1. C. de SS. Eccl.* Unde quin & hodiè prohiberi lege vel statuto possit, quo minus privatorum bona in Ecclesias ulterius alienentur, non est ambigendum. Nec sanè desunt exempla statutorum, ab Ordinibus Imp. etiam conditorum, quibus cavetur, non nisi impetrata amortizatione (quæ illorum statutorum est veluti solutio & laxamentum, ac à *Carolo Molin. in Comm. ad Consuet. Paris. tit. 1. de fiefs. §. 51. gl. 2. num. 68.* describ. *quod sit licentia retinendi bona immobilia per manum mortuam a Principe impetrata.*) bona immobilia Ecclesiastica fieri posse. vid. *Lindenspür. ad Ord. Prov. Würtemb. fol. 83. Speid. voc. Amortizatio bonor. Myler. c. 88. n. 21. Andr. Ramdohr. Diss. de Amortizat. bonor.* ap. *Fritsch. vol. 1. Ex. J. P. Diss. VII.*

10. Hæc quoque quæ Ecclesiæ jam acquisita sunt & in ejus existunt patrimonio, quin tamen Reip. adhuc subjiciantur, minus est dubium. vid. *Pac. Relig.* §. als auch den Ständen/ rc. & *Instrum. Pac. art. 5. §. ratione redituum*

tuum 15. Dn. Eric. Maurit. Disp. de Secularisat. c. 5. Neque enim res ſacræ & Eccleſiaſticæ, quod privatorum commerciis eximuntur, ideò Jurisdictionem quoque humanam effugiunt: neque Princeps donans Eccleſiiis (multo minus oneroſo titulo alienans) continuò etiam ſuperioritatem ac Jurisdictionem cum re transtuliſſe cenſendus eſt. Non unam proinde ob cauſam eas (& Eccleſiaſticas quidem facilius quàm Sacras) leges noſtræ civiles alienari, atque in profanum uſum transferri, non tantùm per bella, ſed & in media pace, neceſſitate Reip. flagitante, permittunt. *l. 39. §. f. de Legat. 1. l. 83. §. 5. de V. O. l. 14. l. 21. C. de SS. Eccl.* modo accedat conſenſus Domini territorii *Carpzov. l. 2. def. 301. & seqq.* Illuſtre hujus rei documentum præter cætera, quæ ex vi Pacis Religioſæ (vid. §. nachdem. *R. I. de anno 1555.*) in Proteſtantium terris quotidiè ob oculos verſantur, præbuit non ita multis ab hinc annis Imperium noſtrum, cum potentiæ civilis authoritate, redimendæ Pacis cauſa, ampla quædam territoria Eccleſiaſtica in Secularem uſum ac dominium aliis traderentur. vid. *Inſtrum. Pac. art. 11. ſeqq.* Dn. *Rhet. d. diſp. de Secularisat. cap. 2. §. fin.* Quanquam potiora Germaniæ bona Eccleſiaſtica dicta, non tam ſint Eccleſiaſtica, quam Eccleſiaſticorum, quæ cum feudali lege ab Imperio conceſſa teneant, ſi pacem ejus turbaverint, quis eos du-

proinde Jurisdictioni Ecclesiasticæ obnoxii, quando nimirum Ecclesiæ sibi reservant præstationes quasdam, quarum respectu dotis constitutæ memoria conservatur. *Carpzov. l. 2. defin. 307.* urgente tamen Reip. necessitate, si Laicorum non suppetant facultates, etiam bona Ecclesiastica contribuunt. *Carpzov. defin. 309.* Bona quoque, quæ persona Ecclesiastica aut Clericus proprio possidet nomine, tanquam proprium patrimonium, utique nihil vetat tributis subjicere ordinariis, imò salus Reip. exigit, ne illa immunitate onerum honorentur, & oneribus Reip. subducantur. vid. *Carpzov. defin. 311.* Sed satis de jure Territoriali Sacro, plura qui desiderat, adeat Authores hic & supra *sect. 1. cap. 5.* allegatos, quibus addi etiam poterunt Dn. *Joh. Frideric. Rhetii Disp. de Jure Statuum circa Sacra.* & *Tractatus ab Ahasvero Fritschio in Volumen, quod* Jus Ecclesiasticum *inscripsit, coacti.*

CAPUT XIII.

De Iuribus circa negotia prophana, Iustitiæ administrationem respicientibus.

NEgotia profana, circa quæ sese exerit Superioritas territorialis, (in Statu videlicet pacato) melioris methodi ergò cum Dn. *Mylero c. 39. num. 1.* dispescere lubet in Justitiaria, Gratiosa & Utilia.

2. Justitiæ dandum I. *quod possit territorii Dominus ferre Leges & Statuta*, (Land-Rechte/ und Lands-Ordnungen machen) quæ non tantùm subditos, aliosvè forenses in territorio commorantes, ad sui obligent observantiam, sed à Camera Imperiali quoque in causarum inter Provinciales controversarum, ex ipsorum territoriis ad illam devolutarum decisione, modò ritè facta sit insinuatio, attendi debeant, utut etiam Juri communi contrarientur, & desit specialis Imperatoris confirmatio, hæc enim ad esse & validitatem ejusmodi Statutorum non requiritur, quamvis ad præcidendas controversias, & ad bene esse utilis sit. *O.C. p.1.t.13.§.1. & t.57.* Hic tamen observes velim, nos neutiquam vagam ac infinitam Statibus tribuere potestatem à jure communi recedendi, sed imò certos ejus agnoscere limites; scilic. distinguimus cum *Dn. Ludolph. Hugon. c. 3. num.19. & seqq.* inter Jus Publicum & Privatum Jus Publicum in Imperio nostro est duplex: aliud quod ad ipsius Imperii Statum, aliud quod ad singularum regionum administrationem spectat. Quæ igitur ad publicum Imperii Statum, salutemve communem pertinent, ea non ab Ordinibus singulis, sed à toto Imperio legibus definienda. Si quid autem de his rebus in ditionibus suis Ordines statuant, legibus Imperii conforme esse debet, hinc statuto appellatio ad Imperatorem vel Cameram Imp. pro-

prohiberi non poteſt. vid. *Ord. Cam. p. 2. t. 28. §.* Vnd dieweil. *Gail. 1. O. 135. num. 12.* De jure Privato communi cum quær. diſting. rurſus inter Jus Juſtinianeum, & quod Receſſibus Imperii continetur. Cum illo multa comprehendantur, quæ noſtris hodiè rationibus non conveniant, nec tamen quæ ejus generis ſunt, generali aliqua lege Imperii definitum ſit, vel etiam facilè definiri poſſit, ſingulis Ordinibus, quæ ſuis ditionibus minus commoda judicant, corrigere licet. Juris Canonici, quatenus apud nos in cauſis civilibus ſervatur, eadem eſt ratio. Atque de hoc jure communi præcipuè intelligendum, quod communiter aſſerunt, à Statibus per contraria Statuta ei derogari poſſe. Receſſus autem Imperii quod attinet, videndum, quâ mente in iis quippiam ſtatuatur, aliquando enim ſic concludit Lex, ut tamen nihil Statutis & Conſuetudinibus particularibus derogetur, vel etiam diſertè permittatur Statibus, quibus ita viſum fuerit, diverſum quid à lege publicâ Imperii in ditionibus ſuis conſtituere. Talis clauſula habetur in *Conſtit. Crim. Caroli V. in princ. R. I. de anno 1654. §. 171.* verb. zum zweyten. vid. *Mev. part. 4. dec. Wiſm. 77. num. 5. 6.* aliquando verò lex univerſaliter fertur, antiquatis Statutis & conſuetudinibus, quæ publicis Conſtitutionibus adverſantur. Ejusmodi clauſula eſt in *R. I. de anno 1551. §. 71.* Exemplum habemus in *Conſtit. Maxim. I. in R.*

I. de anno 1500. tit. die *Succession* der Dichter oder Enckel. *17.* quæ repetita in *R. I. de anno 1521. §. 18.* Quanquàm autem in nonnullis inferioribus Judiciis illa non attendatur (vid. *Carpz. p. 3. const. 18. d. 1. Mev. d. p. 4. Dec. 77. num. 4.*) Si tamen causa ad Cameram Imperialem perveniat, non secundum consuetudinem inferiorum judiciorum, sed secundum Constitutionem Imperii pronunciatur, teste Referente apud *Klock. in vot. Camer. relat. 10. num. 146.* Quantumvis autem hujusmodi clausula vel derogatoria, vel qua Statibus Imp. diversum aliquid statuere expreßè permittitur, non semper addatur, attamen ex circumstantiis, quæ mens Constitutionis sit, judicari potest. Et in dubio quidem Lex universalis & perpetua censenda, ut non nisi in Comitiis iterum abrogari possit, cujus argumento est, quod Camera Imp. si v. g. in materia usurarum ad eam provocatum sit, juxta Constitutiones publicas tantùm 5. pro 100. adjudicet, etsi alicubi plus stipulari liceat Legibus Provincialibus.

3. Conduntur autem utplurimum Statuta hæc Provincialia in Conventibus Provincialibus Ordinum Provincialium consensu, (auff den Land-Tagen mit Raht und Gutachten der Land-Stände) quod an voluntatis tantum, vel necessitatis etiam sit, antiqua cujusque regionis observantia, & pacta conventa inter Dominum Territorii & Ordines Provinciales omnium optimè te edocere poterunt; suntque stri-

cti

cti juris, & prout jacent accipienda, ita, ut non expressa ratione, verba consideranda magis sint quàm ratio; Si dubia, conditoris est interpretatio, unde enim jus prodiit, inde etiam debet procedere interpretatio. *Myler. c. 39. num. 12. 13.*

4 Quod autem ita rite conditis Statutis Provincialibus intra statuentis territorium omnes & subditi & forenses, ut dictum, obligentur, quanquam hi, si Statutum deflectat à jure communi, ejus non immeritò ignorantiam possint allegare, si diu ibi non sint commorati, dubium habet nullum. v. *l. 4. C. de commerc.* *Sed extra territorium statuentis an obligandi vim quoq; habeant?* quæstionis est. Puto autem in actibus contentiosæ Jurisdictionis Statuta regulariter extra territorium non obligare, per *l. f. ff. de Jdict.* facit *R. I. de anno 1654.* §. anreichend ibi: ausserhalb deß Reichs/ wo diese Constitution nicht bündig. quod quoad forenses itidem in dubium. Subditos autem ubicunque gentium extra territorium versantes iis obstringi volunt nonnulli. vid. *Seb. Medic. tr. de LL. p. 4. qu. 12. num. 2.* quod tamen de actuali aliquo Legis vel Magistratus imperio extra territorium sese exercente non concedo, sed de simplici observantiæ vinculo tantùm intelligo, *arg. l. 3. de off. Præs.* adeoque nec quoad subditos legis imperium extra territorium se exercere posse, non consentiente illo Domino territoriali extero, existimo. Cæterum quoad voluntariam Juri-

dictionem Statuti virtus se extendere potest extra territorium. *arg. l. 2. de offic. Pro-Consf. l. 30. C. de donat.*

5. Uti verò Jure superioritatis penes Status Imp. LL. & Statutorum compositio, & interpretatio (authentica scil.) ita quoque juxta naturam contrariorum penes eosdem residet jus leges latas iterum abrogandi, inque illas dispensandi.

6. Potestati LL. ferendarum affinis est *Potestas publicandi Edicta*, *Mandata & inhibitiones*, öffentliche Mandat und Edict außgehen und anschlagen zulassen / Gebott und Verbott anzulegen / *dandi Rescripta*, Rescripten zuertheilen. vid. *Fritsch. in addit. ad Limn. l. 4. c. 8. num. 286. Myler. c. 40. per tot.* It. *certa pondera, mensuras atque ulnas constituendi*, gewisse Gewicht / Maaß / Eich und Ellen zu ordnen. vid. *Pol. Ord. de anno 1548. tit.* von etlichen Articuln ꝛc. *Myler. c. 46.* Propalam constat, quantum ad *αὐτάρκειαν* civitatis conferant commercia & negotiationes, ceu quibus suppletur id, quod naturæ deest, quo commode omnibus sufficiat. Omni igitur cura ac studio laborent Principes ac cæteri Status Imp. ut commercia in territoriis ipsorum sub justa mensura & pondere exerceantur; quippe quæ subsistere nequeunt, si eorum instrumenta i. e. pondera & mensuræ cum fide publica corruptæ sunt. Hinc optimo consilio quibusdam in locis ad præ-

præcavendas fraudes & deceptiones mensurarum Archetypus (das Land-Maaß) publicè exponitur, & alicubi omnes ulnæ, mensuræ, atque pondera justæ quantitatis signo, sive Principis Territorii insignibus notantur, man brennet oder schlägt der Herrschafft Wapen drauff.

7. Cum frustra condantur leges, nisi Viri Prudentes publica authoritate armati adsint, qui eas custodiant, & executioni mandent, sponte sua fluit II. ad curam Statuum Imperii quoque pertinere *Creationem Magistratuum, eorundemque depositionem & exauctorationem.* Illorum quidam circa Justitiam administrandam occupantur, quales sunt die Amptleute / Vögt / Schultheissen / Schöpen / aliis administratio patrimonii publici incumbit, qui Verwalter / Einnehmer / Pfleger / Schösser ꝛc. vocantur, quæ tamen officia pro loci consuetudine interdum confunduntur: Potest hoc modo Princeps, aliusque Imperii Status plures sibi quasi oculos, aures, manus, pedesque facere, quibus mediantibus, quod ipse videre, audire atque efficere non valet, moderetur. Sed videat omnino, ut eligat Viros probatæ fidei, pios, prudentes, bonæ famæ, nec cum damno Reip. plus tribuat amicorum intercessionibus ac recommendationibus, quam meritis. conf. Seckendorff. *p. 2. c. 5. 6. 8. ibique add.* §. 32. Nam prima pars optimi regiminis in eo consistit, ut

Princeps sit bonus, altera, ut bonis & idoneis utatur ministris.

8. Turpe ergo est & impium talia officia venalia habere, ferè semper enim qui officium emit, id & vendere solet. *Nov. 8. præfat. Nov. 17. c. 1. Nov. 24. c. 2.* Et requirit maximè Fridericus, qui hoc jus inter Regalia refert *c. un. F. 56.* in magistratibus constituendis, ut ad Justitiam tanquam rem sacratissimam expediendam creentur. Non defuerunt quidem olim Impp. turpi quæstui adeò dediti, ut Magistratuum honores & munia vendiderint, inter quos referuntur Zeno & Anastasius. Quod hodienum in Gallia obtinere notum est. Sed hac ratione pessimus quisque ad obeunda munia pertingere potest, modò opibus & divitiis valeat. Melius Athenis, qui ad Magistratum admitti cupiebant, vitæ examen prius subire cogebantur, ac debent omnino vitæ anteactæ habere testimonium. *l. ult. C. ad L. Jul. repetund. Besold. l. 2. Synops. Pol. c. 25.*

9. Indigenarum ac Civium potiorem, quàm peregrinorum hac in parte haberi rationem non est iniquum, sed juri Divino, Civili ac Canonico, variarum etiam Rerumpubl. observantiæ omninò convenit. vid. *Jacob. Lembken. Dissert. de jur. indigenatus. part. special. pos. 15. seqq.* Pro regula tamen universali id haberi non oportet, cum interdum peregrinos, de quorum fide & excellentibus ingenii dotibus constat,

ſtat, præferre præſtet, damit nicht warhaff-tig Land-Kinder/ anſtatt Männer/ in Dienſt genommen werden/ und das jus indigenatus nicht jus indignatus werde/ ut loquitur *Dn.* Seckendorff. *in addit. ad l. 2. c. 5. §. 7. & 8. §. 32. num. 3.* Sed plura de Magiſtratibus ac Officialibus hiſce videſis apud *Myler. c. 41. & in ſpeciali ejusdem tract. de Officialibus.*

10. Ut verò eò melius ſecundum LL. cuique ſuum tribuatur, Principes & Status Imper. vigore Superioritatis erigunt III. in territoriis ſuis *Tribunalia Juſtitiæ*, ut ſunt 1. Cancellariæ, Fürſtl. Cantzeleyen/ pro numero provinciarum interdum plures, ubi à Conſiliariis Principum, ipſorum nomine ac vice, jus dicitur. 2. Dicaſteria vel Curiæ Provinciales, Hof-und Land-Gerichte/ ubi à Judice & Aſſeſſoribus partim ex Nobilium, partim ex Juris Conſultorum ordine delectis, (alicubi etiam Ordinum Provincialium ratio aliqua habetur, ut in hoc ipſo noſtro Ducatu Würtemberg. v. H. G. O. *p. 1. t. 1.*) certis anni terminis, (v. Fr. W. H. O. *p. 2. t. 1.*) cauſæ & Proceſſus expediuntur. Comparantur duo hæc juſtitiæ Tribunalia à *Vultejo de Judic.* duobus Summis in Imperio Judiciis, ita enim *lib. 1. c. 4 n. 62.* quod Camera eſt Imperialis, *inquit*, Spiræ (nunc Wezlariæ) in Imperio, ea ſolet eſſe in ſingulis territoriis Curia illa, quæ vernaculè dicitur das Hof-Gericht/ & quæ eſt Camera in ipſa Aula Imperatoris, ea apud

ea apud Principes solet esse Cancellaria. Curiæ igitur ordinariam Jurisdictionem habent, Cancellariæ ut plurimum delegatam. Quanquàm autem alicubi duo hæc Judicia ita sint ordinata, ut ab altero ad alterum provocatio detur, in pluribus tamen regionibus æqualia sunt, & concurrentem habent Jurisdictionem, æque ac duo Summa Imperii Tribunalia. Et quemadmodum ibi immediati Imperii Cives prima instantiâ, (Austregarum privilegiis exceptis) mediati autem alterâ demum instantia (nisi causæ conditio aliud exigat) conveniuntur, sic in summis illis Principum Judiciis Ordines Provinciales, Præfecti Principum, aliique, qui inferiores Judices non agnoscunt, primâ instantia, cæteri autem secundâ instantiâ ordinariè forum sortiuntur. *Lud. Hugo c. 4. n. 38.* Ab his autem justitiæ Tribunalibus distinguas velim Consilium Status (**den Staats-und den Geheimen Regierungs-Rath**) quod Principes Imp. potentiores ex personis paucioribus selectis formare solent. Quorum enim res tenuiores sunt, cum paucos tantùm habeant Consiliarios, non possunt eos his gradibus distinguere, sed quos habent, promiscuè ad omnia adhibent. v. **Seckendorff**. *p. 2. c. 6. §. 9. ibique in addit. §. 36. & c. 7. §. 33. ibique add. §. 40.* Sunt 3. etiam in Statuum territoriis Præfecturæ Provinciales, & judicia subordinata, quæ vel Magistratus municipales, vel Nobiles Landsassii

ſaſſii vi datæ in feudum Jurisdictionis exercent, à quibus ad illa Superiora provocatur, & interd. quidem citra ulteriorem ad Cameram Imperialem, vel Judicium Aulicum appellationem. vid. *ſupr. ſect. 1. c. 11.* add. *Myler. cap. 42.*

11. Eodem fine, eodemque jure IV. cauſas coram inferiori judicio pendentes vel proprio motu, vel ad partis inſtantiam, ex juſta cauſâ (ut ſi interſit publicæ rei, ſi vehemens & notabilis ſit ſuſpicio contra inferiorem Judicem, commodum forſan ex controverſia ſperantem, vel uni aut alteri matrimonio vel neceſſitudine ſanguinis aut affinitatis junctum, &c. *Rittershuſ. ad Nov. p. 9. c. 6. num. 76. ſeqq.* ſi Judex litem protrahat, aut negligenter officio fungatur, &c. ſine qua ad hoc proclives eſſe non debent, avocare poſſunt, adeò ut avocatione facta (à qua diſtingue Reſcriptum, quo Princeps de cauſa referri juſſit. vid. *Mev. p. 1. d. 249*) Judex inferior non poſſit amplius in judicando procedere. *l. 58. de jud.* Solent autem cauſas ità à judice inferiori avocatas vel ipſi ſtatim decidere, vel ad Conſilium Aulæ, zur Fürſtl. Cantzley / aut Dicaſterium Provinciale, Hoff-Gericht / (à quo ob Domini cum eo concurrentiam, indeque obtinentem præventionem non ſic, ut ab inferioribus judiciis, avocandi licentiam concedit *Mylerus cap. 43. num. 3.* maximè ſi privilegiatum ſit cum clauſula: *avocatione remota*,) remittere *Gail. 1. Obſ.*

Obſ. 41. num. 1. Conf. *Caſp. Alexandr. Diſſ. de Avocat. cauſarum. ap. Fritſch. P. 1. Ex. var. J. P. append.*

12. Competit autem V. vi Superioritatis territorialis, ad ritè recteque adminiſtrandam juſtitiam, eoque modo pacem & tranquillitatem in territoriis ſuis conſervandam, Statibus, proprio quodam jure *Jurisdictio omnimoda*, **die höchſte Gerichtbarkeit in Pein- und Bürgerlichen Fällen** / quam tamen raró ipſi immediatè, ſed ut plurimum per alios exercent, quibus eam per inveſtituram feudalem, vel alio quodam titulo, reali vel perſonali ſaltem jure, (hinc in realem ſeu patrimonialem, & perſonalem ſeu adminiſtratoriam dividitur) concedunt. Horum autem intuitu hodiè communiter Jurisdictio ulteriùs in Superiorem & Inferiorem ſeu in altam & baſſam, **die Ober- und Nieder-Gerichte** / diſtinguitur. Ad illam indubiè pertinent omnes cauſæ criminales, **alle peinliche Sachen** / quarum nomine hodiè ſecundum genuinam & propriam vocis **Peinlich** ſignificationem, tantum veniunt illæ, in quibus pœna corporis afflictiva, ultimum ſcilicet ſupplicium, vel fuſtigatio, membri alicujus abſciſſio, &c. venit imponenda, **welche an Haupt und Haar / auff Leib und Leben gehen.** *Ord. Crim. art. 177. 178.* ut contra *Gothofr. Anton.* poſt *Erneſt. Cothman. Matth. Steph. ad Ordin. Crim. præf. Reinking. l. 2. cl. 2. cap. 14.*

cap. 14 Carpzov. in Pr. Cr. quaest. 102. num. 48. seqq. Lauterbach. in Different. jur. Comm. & Würtemberg. in caus. crim. §. 1. num. 5. latius probant. Ad hanc verò causae civiles ex contractibus, similibusq; honestis negotiis descendentes, & earum executiones, nec non leviora delicta & coërcitio seu leviores poenae, ut pecuniaria, carceris, relegationis, & referuntur, Sed cum haud rarò eveniat, ut moribus unius loci ad superiorem Jurisdictionem referantur, quae ad inferiorem alibi pertinent, & contra, dixerim, in hac materia ad cujusque loci observantiam & consuetudinem praeprimis respiciendum esse, cum *Carpz. de Proc. t. 2. art. 1. num. 8.*

13. Haec autem Jurisdictio cuique in territorio suo salva & intacta manere debet, adeò ut ne Imperatori quidem concurrentia, multo minus ab ordinariis judicibus avocatio, litis causa concedenda. vid. *O. C. p. 2. tit. 1. 5.* add. *A. B. c. 11. §. 1. Cap. Leop. a. 3. & 18. Joseph. a. 3. & 17. Myl. de Stat. Imp. c. 14. §. 20. seqq.* Delinquentem ergò in alterius territorio capiens violati territorii, turbataeque Jurisdictionis reus fit, & ad satisfactionem eo nomine tenetur, nisi è vestigio post perpetratum in suis finibus delictum in vicini Territorium fugientem insecutus fuerit, hoc enim casu conceditur, **die Nach-Eile von einer Obrigkeit in die andere /** eumque propter Jus vicinitatis & actus indivisibilitatem ibi in continenti apprehendere licet,

cet, modo non semel persecutionem effugerit. Neque sic apprehensum Domino loci ad petitionem remittere tenetur, sed ipse in territorio suo, ubi persequendi factum est initium, quod solum hic attenditur, punire potest, nisi delinquens fugitivus, in continua, ex nostra in alterius territorium, persecutione captus, sit reus fractæ Pacis Publicæ seu hostis publicus, is enim Magistratui loci, ubi capitur, wo er niedergeworffen wird/ sistendus est juxta *R. I. de anno 1559.* §. So nun in solcher Nach-Eil. *26.* junct. §. *praced. 22.* und haben Uns/ rc. Conf. *R. I. de anno 1555.* §. würde sich aber/ rc. *36. seqq. Myler. c. 48. num. 10. seqq.* Quadrat huc insignis quæstio: Ob ein Stand deß Reichs einem andern das Durchführen der Maleficanten gestatten müsse? quam pro & contra tractat *Reincking. lib. 2. cl. 2. c. 17. num. 116. seqq.* add. *Wehn. Consil. Franc. 92.*. ubi eam affirmativè decidit, & rectè quidem quoniam non turbat Jurisdictionem, qui tantùm utitur via publica, quæ, cujuscunque etiam territorium attingat, cuivis ad usum licitum, præsertim Reipubl. tuitionem & justitiæ administrationem, patere debet. Et constat neminem prohiberi, quo minus in territorio suo delinquentem capiat, ac pro ratione delicti in eum libere statuat, quî ergò non licitum eò perducere, ubi commodè execu-

executio fieri possit. *arg. l. 2. de Jurisd.* conf. *Besold. voc.* Liefferung der Maleficanten.

14. Justitiæ administrationem porrò juvat VI. *Jus Archivi* das Recht Archiv oder Brieff-Cammer auffzurichten/ und denn darinn befindlichen Uhrkunden völligen Glauben zu erwecken/) quod alia appellatione γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον, Latinis Tabularium, à tabulis publicis, quæ ibi reponuntur, Scrinium &c. vid. *l. 19. C. de test. ibi Brunnemann.* ac Cancellariæ, quemadmodum quoque Germanis Cantzley / Registratur. *Wehner. d. voc.* Registratur. & Hoff-Registratur dicitur, estque locus, in quo scripturæ, monumenta, acta Principis aut Civitatis reponi solent, ut ibi reserventur sub custodia Archiotæ. *Fritsch. de jur. Archiv. c. 1. Myler. c. 47.* Et distinguitur 1. in *Statarium* & *Viatorium*. Illud est, quod in Palatio Principis, vel alio certo loco habetur; Hoc quod in Comitatu Principis circumfertur, in quo libelli supplices Principi porrecti conduntur, quoad subscribantur, i. e. quoad Principi vacet libellis & postulantibus respondere. 2. In *Commune totius alicujus familiæ*, quod Gemeinschaffts-Archiv oder Cantzley dicitur, estque vel sub Senioris familiæ custodia, vel sub communi omnium inspectione, ita, ut claves scrinii in omnium sint manibus, sique documento aliquo communi opus sit, etiam in illorum præ-

præsentia illud aperiri & recludi oporteat: Cujusmodi Archivum generale quoque habent omnes liberæ Imperii Civitates. *Limn. l. 7. c. 1. num. 56.* & *Particulare* ac *separatum* hujus atque illius Principis, Comitis, Civitatis Imperialis, absonderlich Eigen Archiv. 3. ratione scripturarum & literariorum monumentorum, quæ in Archivis publicis asservantur, quia illa non ejusdem sunt generis, sed quædam Statum ipsum, ejusque regalia jura ac privilegia, quædam verò subditorum causas conconcernunt, & acta Judicialia continent, Archivum distinguitur in Secretum, Geheime Archiv oder Canzley/ & Vulgare. *Fritsch. de jur. Archiv. cap. 4.*

15. In Archivo autem constituendo tria hæc præprimis observanda, ut 1. omnia documenta & monumenta literaria posteritati aliquando usui futura in eo sollicite asserventur, ac singula, quæ in gubernatione accidunt, posteris scitu digna, fideliter annotatata in eo reponantur, & sarta tecta conserventur. 2. Ut fidelis, diligens ac peritus custos, quem Archiotam, Archivistam, Archivarium, Registratorem vulgò vocant, ei præficiatur. In quo verò hujus consistat officium, quæque ejus præcipua debeat esse cura vid. apud Dn. Seckendorff. *p. 2. c. 6. n. 14. 15. Besold. in Commentario ad Ord. Prov. Würt. p. 35.* ac *Fritsch. d. tr. c. 5. num. 6. & seqq.* 3. Ut in loco satis tuto

tuto ab incendii periculo, hostium deprædationibus, aliisque casibus libero constituatur ac custodiatur. vid. *Fritsch. d. c. 5.* Ritè constituti Archivi finis, & effectus præcipuus est probatio ac fides rei gestæ publica: Nam scriptura ex Archivo publico benè constituto prolata ac deprompta, licet in se privata, regulariter integram facit fidem, pleneque probat, etiam extra territorium. vid. *Fritsch. c. 7.*

16. Ad Justitiæ administrationem concernentia jura communiter etiam refertur VIII. *Jus indicendi Comitia Provincialia*, Land-Täge/ quæ nihil sunt aliud, quam *Conventus Publici Principum ac Statuum Provincialium, de rebus gravioribus Principis vel provinciæ salutem concernentibus, in commune consultantium.* Et dividuntur 1. in *Universalia*, allgemeine Land-Täge/ quando omnes Ordines convocantur; ac *Particularia* sive *Deputatorum*, quando ex omnium Ordinum numero quidam deliguntur, qui de negotiis, quæ in deliberationem veniunt, & à paucioribus rectius ac celerius expediri possunt, consultent, wann der Außschuß von der Landschafft erfordert wird/ In nonnullis Provinciis Deputati Ordinum rursus distinguuntur, in den engen/ und weiten Außschuß. 2. In *Stataria* certo anni tempore celebrari solita, & *Extraordinaria*, quæ Princeps exigente necessitate publica, v. gr. pro indicendis collectis, ineundis fœderibus,

 decer-

decernendo bello, &c. cogit. *Fritsch. de Conv. Proc. c. 1.* Non autem modò nudius tertius est, quod Principes nostri de rebus, quæ totius Provinciæ vel religionis salutem spectant in Conventu publico cum Ordinibus Provincialibus deliberare, & sic salutem publicam per concilia communi consilio tueri cœperint, sed res est antiquissima, quæ cum ipsa regia eorum cœpit potestate. vid. *Hugo de Stat. reg. Germ. c. 4. §. 28.* vigore cujus etiam illa indicunt; dann Land-Tage außschreiben / und die Land-Stände beruffen stehet dem Lands-Fürsten Krafft der Lands-Fürstl. Hoheit zu. *Myler. c. 45. Fritsch. d. tr. cap. 3. Dn. Rhet. in Comm. ad Jus Feud. Comm. l. 1. t. 1. p. 75. seqq.*

17. Status autem Provinciales, qui ad Diætas hasce convocantur, vulgò Land-Stände dicti, sunt, qui jus sessionis & suffragii in Comitiis Provincialibus habent, die Stimm und Stand uff Land-Tagen haben / ac pluribus in locis triplici ex ordine constant, Prælatorum scil. Nobilium & Civitatum, ut in Electoratu Saxoniæ, Archi-Episcopatu Magdeburgensi, Ducatu Brunsuicensi & Lüneburgensi; ast in Frisia Orientali, wird die Landschafft getheilet in die Ritterschafft / Städte und Haußmannen / seu communitates pagorum. In Austria Inferiore Status Provinciales dividuntur in Prælatos, Dominos sive Dynastas, i. e. Comites & Barones, ac Nobiles; In hoc nostro

ſtro Ducatu in Prælatos & Civitates. *Fritſch. d. tr. c. 4. num. 15. ſeqq.* Et quatenus hi publici concilii corpus conſtituunt, die Landſchafft dicuntur, ac ſubditos univerſos & ſingulos repræſentant, eorumque nomine deliberant & concludunt, adeò, ut quicquid conſtituant, ab univerſo populo conſtitutum cenſeatur.

18. Princeps Conventum Provincialem inſtituturus Ordines Provinciales per literas evocatorias (quarum formulam exhibet *Fritſch. d. tract. c. 5.*) monet, ut præfixo die, loco deſtinato, de rebus publicis deliberaturi conveniant. Si qui vero vocatorum perſonaliter comparere impediantur; debent abſentiam ſuam literis decenter excuſare, & Con- Statibus mandatum dare, alias quisque ſuo emanet damno, & Receſſu Provinciali nihilominus obligatur. vid. *Mev. p. 4. dec. 201.* Formam Conciliorum Provincialium non multum à forma Comitiorum Imp. Univerſalium diverſam, (vid. *Hugo c. 4. num. 10. ſeqq.*) delineatam vide apud Seckendorff. *p. 2. c. 4. num. 9. & ſeqq.* add. *Fritſch. c. 6.* Negotia quorum cauſa inſtituuntur, in genere ſunt illa, quæ ad ſalutem ac communem Principis & totius Provinciæ utilitatem ſpectant; In ſpecie negotium defenſionis Status ac ſubditorum contra vim & arma vicinorum. 2. Punctus contributionis ſive collationis extraordinariæ, alienatio certæ partis provinciæ, punctus gra-

gravaminum, derer Land-Gebrechen / causa reformationis Politicæ & vid. *Fritsch. d. tr. c. 7. Myler. c. 45.*

19. Quod ordinem votandi in iis receptum attinet, ille pro locorum diversitate variat, communiter autem curiatim suffragia feruntur, nec v. gr. Prælatorum votum auctoritate Nobilium ac Civitatum suffragiis præponderat. Fiunt autem relationes primò inter ipsas curias Prælatorum, Comitum, Nobilium ac Civitatum, ita, ut sibi invicem sententias communicent, deinde ad Principem ipsum, à quo vel Ordinum sententia approbatur, vel si displiceat, hinc replicatur, inde duplicatur, & porrò triplicatur, donec res conveniat. Conclusum in scripturam redigitur, diciturque ein Land-Tags-Abschied / *Fritsch. d. tr. c. 8.*

20. Denique maximè promovent Justitiæ administrationem VIII. *Visitationes Provinciales*, die Land-Visitationen / ceu quibus defectus, vitia & corruptelæ judiciorum cognosci, corrigi & tolli queunt, sicque eorundem vigor incorruptus conservari, Magistratuum ac Officialium avaritiæ ac improbitati frenum injici, in negligentes animadverti potest, ut taceam complures alias, quas securitati publicæ & ærario Principis illæ adferunt, utilitates, à quibus eas Principibus, aliisque Imperii Statibus maximè commendat *Fritsch. tr. de Visitat.*

Pro-

Provincialibus, instituendarum modum ac formam, exhibitis quoque articulis, super quibus tàm Officiales, quàm Provinciales, requirendi & examinandi, latius describens.

CAPUT XIV.

De Iuribus Territorialibus Gratiosis.

GRatiam importat I. *Privilegiorum concessio*, Ertheilung allerhand Privilegien und Freyheiten / quam Statibus Imperii in Provinciis suis haud facilè quisquam denegaverit, qui enim LL. ferendarum habent potestatem, quomodo non privilegia concedendi facultatem haberent. *arg. §. 6. de I. N. G. & C.* Conceduntur verò illa expressâ vel tacitâ voluntate, vel proprio motu concedentis, vel ad instantiam & preces, (vid. *Habn. ad tit. de Constit. Princ. num. 2.)* & varias quidem ob causas, aliquando scil. ob ætatem, interdum ob sexum, nonnunquam ob dignitatem, benemerita, indigentiam, infirmitatem &c. vel certo individuo, vel universitati sive ordini alicui, vel denique certæ rei aut causæ, in causis ad concedentis potestatem pertinentibus, unde privilegium Juri Divino adhuc obligatorio, vel naturali contrarium ipso jure nullum est, nec ad alterius injuriam est porrigendum. *Hunn. in Encyclop. Jur. univers. p. 1. t. 6. c. 2.*

2. Esse privilegiorum in eo consistit, quod persona vel res juris communis dispositioni certo in casu eximatur, nam quæ concedunt tantùm, quod habetur jure communi, sunt inutilia *Mev. 5. D. 183. num. 5.* Et ratione concedentis largissimè sunt accipienda (respectu intensionis scil. extensive enim ad exemplum trahi & personam egredi non possunt) modo iis usuri præstanda præstent, nam si e. g. debitores beneficio *R. I. de anno 1654.* §. Nach dem auch im Friedenschluß ꝛc. usuri non obtulerint creditoribus offerenda, fructu illius non gaudent, sed in solidum sunt condemnandi *Mev. 3. Dec. 265.* ratione verò tertii, & quoad ejus præjudicium, strictissimè sunt intelligenda. *Hunn. d. l. c. 10. Dn. Stryck. de mot. propr. Princip. c. 2. n. 52. & c. 4. n. 2. seqq.*

3. Quæ ex mera gratia & ad beneplacitum, auff Wolgefallen / concessa, revocari posse extra omne videtur esse dubium, quia beneplacitum nulli subjacet legi. *Wehner.* verb. Wolgefallen. *Dn. Lyncker. de beneplac. sect. 2. c. 3. n. 3. 4. 5.* Conf. *supra cap. 10. num. 3.* ea quoque quæ in pernitiem totius Reip. vergunt, & bonum publicum impediunt, Comitiali authoritate per legem Pragmaticam cassari posse, testatur exemplum in der Müntz-Ordnung Ferdinandi I. insert. *R. I. de a. 1559.* §. Wo aber jemands / weß Stands ꝛc. *179.* Quæ vero per modum conventionis, aut ob benè merita concessa, quia

quia in contractum transeunt, & contractus omninò præstationem requirit, haud revocari posse videntur, nisi eorum præstetur æstimatio. *Reink. l. 2. cl. 2. c. 8. n. 26. seqq. Grot. 2. 14. 13.*

4. II. *Dispensatio*, quæ est legis ex justa & sontica causa publica authoritate ab eo, qui Legis ferendæ potestatem habet, facta relaxatio, quam Principes & Status exercent 1. in matrimonialibus, in gradibus jure positivo (non etiam jure naturali, ac divino morali prohibitis *Myler. c. 50. num. 7. 8. Mich. Haveman, Gamalog. l. 2. tit. 1. 2. Mev. p. 8. d. 151.* In testamento. Si v. gr. Princeps testamentum à muto & surdo confectum validum pronunciat, ob legitimi testium numeri omissionem vel alterius solennitatis defectum irritum pro valido haberi debere rescribat. vid. *Jus Prov. Würt. p. 3. t. 4. §. f. Besold. ibid. D. 3. th. 37.* ubi refert exemplum. *Myler. c. 50. num. 10.* 3. In contractibus, quos ob defectum solennitatum à legibus requisitarum invalidos ex certa scientia firmos pronunciat. 4. In puniendis delictis, vel omnino pœnam jure communi patrato crimini præstitutam remittendo, vel eandem saltim mitigando, & capitalem in corporalem, corporalem in pecuniariam mutando, quæ dispensationis species *Juris aggratiandi*, (quod dixeris esse regiam reis promeritas pœnas criminales cum judicio remittendi, aut attemperandi & mitigandi potestatem, Begnädigung der Malefi-

canten) appellatione in scholis nostris nemini ignota.

5. Non autem regia hæc in condonandis & mitigandis pœnis voluntas vaga, sed certa ac justa causa subnixa, rationeque moderata, nec admodum frequens esse debet. Quicquid enim justi inest juri aggratiandi, id ex justitia & veritate causæ moventis dependet, ut sic Princeps absque causa ex mera gratia damnato reo pœnam citra cauteriatæ conscientiæ formidinem remittere nequeat; Nimia verò Principis in condonandis criminibus facilitas maleficorum auget audaciam. Causæ, quibus Princeps ad remissionem pœnæ moveri possit, sunt e. g. fatuitas, mandatum superioris Domini, factum absolutè coactum, insigne meritum in Rempublicam &c. Causæ mitigandi pœnam interdum est amicitia, conatus non subsecuto effectu, spontanea delicti confessio, culpa sine dolo, nonnunquam gravis ira, imprudentia, ignorantia, ebrietas, aliquando temporis diuturnitas, intercessio, multitudo liberorum, meritum & eximia virtus, nobilitas & dignitas, officium, paupertas, probitas vitæ anteactæ, summa senectus, sexus, rusticitas, insigne artificium, utilitas publica.

6. Non omnia etiam delicta patiuntur juris hujus exercitium, quæ enim principaliter DEUM offendunt, ut blasphemia, veneficia, pacta cum Diabolo, dispensationem planè non admit-

admittunt. Quibusdam etiam, quæ in proximum committuntur, Jure naturæ & divino prohibita, ut homicidium, adulterium &c. regulariter eadem non est indulgenda, cum his à Deo ipso certæ pœnæ constitutæ sint. *Gen 9, 6. Ex. 23, 12. & 14.* Leviorum autem delictorum, quæ contra Jus Civile aut Statuta Reipubl. perpetrantur, pœnam pro lubitu vel in totum, vel pro parte remittere Statibus licet. Præprimis in libero ipsorum est arbitrio, proprias injurias rigidè an ex gratia exigere velint. Laudabilius tamen est mera eas vindicare gratia, majorque in ignoscendi gratia consistit honor. arg. *t. t. C. de sent. paß. & rest. l. un. C. si quis Imper. maled. l. 2. C. de R. C. R. I. de a. 1576. §.* Es soll sich eine Obrigkeit. *8. Dn. Myler. c. 50. n. 15. & seqq.*

7. III. *Asyli Constitutio.* Quamvis jus Asyla constituendi inter Imperatoris Reservata refeeratur à *Stamlero §. 60.* nullus tamen dubito, quin etiam Statibus Imp. in territoriis suis locum aliquem privilegiis ita munire liceat, ut eò confugientibus homicidis imprudentibus, denen so auß Hitze deß Zorns übereilet einen Todschlag begangen/ (non etiam voluntariis ac dolosis, muthwilligen und vorsetzlichen Todschlägern) tutam præstet mansionem, ad hunc scil. effectum, ut à carceris pœna liberati causam ex loco illo privilegiato commodius defendant. *Georg. Rittershus. de Asylis c. 5. num. 5. Myler. c.*

51. &

51. & in Asylog. cap. 8. Asyla hæc à Statibus Imp. ita quoque, ut & peregrinis ac advenis extra territorium delinquentibus illuc confugientibus eam præstent securitatem, privilegiis muniri posse tradit *Myler. d. c. 50. num. 4. & in Asylog. c. 8. num. 10. seqq.* De quo tamen dubito, tale Asyli privilegium non nisi ab Imperatore loco alicui concedi posse ratus; nam sicut Princeps vel alius Imp. Status delictis extra territorium commmissis veniam dare nequit, ita nec Asylum in territorio suo extra illud delinquentibus constituere posse videtur. vid. *Vitriar. lib. 3. tit. 17. n. 79.*

8. IV. Quæ pœnarum remissioni unà cum Asylorum constitutione annexa videtur *Famæ restitutio*, den Missethätern den ehrlichen Nahmen wieder zugeben/ subditis scilicet, qui propter turpe factum infamiâ juris sunt notati, ex justa causa expreßè vel tacitè facta. vid. supra *sect. 1. c. 16.* quam quidem restitutionem cum territorio terminari, nec provinciæ Jurisdictionem excedere notant *Peregrin. de jur. fisc. c. 1. tit. 2. num. 54. Carpzov. de Regal. thes. 35.* Sed simpliciter id ita admitti nequit, nam si infamia lege saltim provinciali irrogata, indubiè restitutus pro integra ac legali persona ubique in Imperio habendus erit, quod probabiliter quoque de eo casu dicitur, quo infamia jure Civili Justinianeo irrogatur *Myler. c. 53. num. 4. 5.* Si vero Constitutione Imperii, communi

Impe-

Imperatoris & Statuum Imperii consensu promulgata, alicui infamia sit inusta, hunc infamiæ nota eximere Statum Imperii qua talem non posse, haud invitus concedo. Facit huc *R. I. de anno 1526.* §. Und wiewohl der gemeine Mann ꝛc. *Myler. d. l.*

9. V. *Limitatio liberorum* ex illegitima parentum cohabitatione natorum. vid. supra *sect. 1. c. 16. num. 8. 10. seqq. Myler. c. 53.* VI. *Veniæ ætatis concessio*, qua 25. annis minori subdito legitimæ ætatis jus in hunc finem, ut sine curatore agere, conveniri, bonis suis præesse, ac contrahere liberè possit, tribuitur. vid. supra *sect. 1. c. 15. num. 3. seqq. Myler. c. 57.* VII. *Induciæ moratoriæ*, Quinquennel und Anstands-Brieffe/ quæ (si non repugnet 1. natura obligationis. 2. factum debitoris. 3. creditoris qualitas,) debitoribus damno fatali, bello, incendio, naufragio, aut alio casu ad incitas redactis, ne intra certum tempus (quinquennium plerumque) à creditoribus inquietentur, conceduntur, ac fidejussoribus etiam prosunt. *Nov. 4. c. 2. j. l. 4. C. de emancip. liber. l. 3. §. 1. C. de usur. rei jud. l. 27. §. 1. de pact.* Sed non omnium omnino creditorum, tàm exterorum, quam indigenarum, exactiones suspendunt, ut ab Imperiali promanantes culmine, sed concedentium Statuum subditos tantùm impediunt. *arg. l. f. ff. de Jdict. l. 239. de V. S.* Proinde debitori extra territorium Domini sui nil planè pro-

profunt, quominus ibi in loco contractus conveniri possit. *Myler. c. 55. num. 4. 5.* Cæterum quemadmodum hodie Imp. non ita passim moratorias indulgere debet; vid. *R. I. de an. 1654.* §. dieser Unserer ꝛc. *175.* ita per consequentiam quoque ad Principes Imperii non malè argumentari licere videtur. v. supra *sect. 1. c. 17. n. 3.*

10. Quid VIII. *de Repressaliis*, Germ. Rechtliche Hemmung/ Auffhaltung/ Kummer/ Fehde/ oder Pfandung der Güter und Persohnen dictis, dicendum? Sunt illæ remedium & jus extraordinarium alterius loci civem vel bona pro alterius debito, ob protractam denegatamve à Magistratu ejus requisito justitiam, detinendi, à superiori concessum. Quomodo à pignorationibus ac arrestis, cum quibus eas nonnulli malè confundunt, differant. vid. apud *Henr. Arn. à Landsberg. Diss. de Repressal. membro. V.* apud *Fritsch. vol. 2. Exod. Jur. Publ.* Et dividuntur 1. in personales, ubi personæ pro persona; reales, ubi rerum pro rebus; mixtas, ubi simul rerum & personarum fit prehensio. 2. in generales, quando integra aliqua communio ab alia aliqua Republ. læsa iis utitur sine discrimine contra universitatem, quæ læsit, ad damni perpessi restitutionem, & speciales, quas superior permittit inferiori cuipiam, subdito scil. ut vel bona ipsius adversarii in alia Rep. degentis, vel etiam aliam personam, ejusve bona tamdiu retineat, donec vel id, quod suum

ſuum eſt, recuperet, vel hoc modo æquivalens pro eo, quod ipſi à vero debitore competebat, nanciſcatur. Inter cives Imperii verò tam mediatos, quam immediatos de jure locum non habent, cum judicia (Camera Spir. ſcil. & Senatus Aulicus) in Imperio ſint conſtituta, ubi quisque ſuum per viam juris conſequi poteſt, ut non habeat neceſſe illud extraordinario & violento modo petere, *O. C. p. 2. t. 26. R. I. de anno 1579.* §. wann auch die arreſta. &c. *85. R. I. de an. 1641.* §. Nachdem auch die Stånde deß Niederlands ꝛc. *94. Limn. tom. 4. in addit. ad l. 5. cap. 2. num. 53. Inſtrum. Pac. Caſar. Suec. art. 9.* verſ. *abuſus Bulla Brabantina, indeque nata repreſſalia & arreſta penitus tollantur, Abaſv. Fritſch. Elect. Jur. P. 2. c. 12. & in annot. ad Inſtr. Pac. art. 9. p. 503. & ſeqq. Burgold. p. 3. D. 12. num. 2.* In exteros tamen etiam Statibus Imperii competere, & ſubditis ab eis concedi, ſi juſtæ adſint cauſæ, poſſe, ſine conſenſu ac authoritate Imperatoris vel Cameræ Imperialis quoque, communiter placuit. vid. *Myler. c. 56. num. 4. 5. Henr. Arnold. à Lansberg. d. Diſſert. de Repreſſaliis.*

11. Huc refertur IX. *Nundinarum*, minus ſolennium ſcilicet, ſive anniverſariarum, *inſtitutio.* Anſtellung der Jahrmårckt/ quæ fieri poteſt etiam inſcio Imperatore & invitis vicinis. *arg. l. 9. de ſervit. l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. de aqu. & aqu. pluv.* v. ſupra *ſect. 1. c. 17. n. 12. 18.*

12. X.

12. X. *Jus conducendi per vias publicas* das Leibgeleit; die Gleitliche Obrigkeit auff freyer Käyserl. Reichs- und Landstrassen/ vigore cujus Status (v. supra *sect. 1. c. 17. num. 14.*) certo accepto precio (si id usus ferat *R. I. de an. 1548.* §. Ferner noch zu mehrer ꝛc. *20.* ibi: an Orten es herkommen.) transeuntes securos reddere, atque si damnum à prædonibus acceperint, illud restaurare tenentur. *R. I. de an. 1555.* §. nachdem aber ꝛc. *de anno 1559.* § damit dann ꝛc. (ad quod quidem etiam tenentur, licet salvum conductum transeuntes specialiter non petierint, ex veriori sententia, quam *Henr. Klock. de vect. num. 77. Fritsch. de viis publ. c. 12. num. 23. Mynſ. 5. O. 70. Myler. c. 59. num. 5. ibique allegati* defendunt. *Diss. Bocer. de Regal. c. 2. n. 156. Carpz. p. 3. q. 111. num. 64.*) modo non à via publica & regia deflectentes, insolitam viam insolito tempore capesserint, aut conductores, quos secum habuerunt, deseruerint, haben Abwege gesucht/ und sind dem Geleit nicht gefolgt. *l. 2. l. 5. C. de curs. publ. Gail. 2. O. 64. cit. Dd.* ac Provincia non ita sit repleta militibus, ut iis territorii Dominus resistere nequeat, vix ipse suis in Palatiis & pomeriis ab illorum injuriis ac violentis invasionibus tutus. *Klok. Fritsch. & Myler. dd. ll.*

13. Annexum huic est *Jus indagandi, prosequendi & conquirendi securitatis publicæ infestatores*, das Streiffen. vid. *l. 13. ff. de off. Præsid.*

ſid. l. 7. C. de incend. ruin. naufrag. Fritſch. d. l. Vi cujus multis in locis non exiguis ſtipendiis certi aluntur equites miſſarii, vulgò Land-Reutter / Stall-Brüder / Einſpenninger / ad hoc deputati, ut viarum curam habeant, und das Geleit bereiten / *Fritſch. de Nundin. c. 6. num. 40.* Conf. *Myler. d. cap. 59.* Quæſtio: *Ad quemnam pertineat cognitio & coercitio criminis in via publica, in qua Princeps quispiam habet jus conducendi, Civitas vero aliqua Imp. vel Nobilis circum circa omnimodam Jdictionem, ſc. Num ad Principem,* der zu gleiten hat / *an vero ad eum, cui loci competit Jdictio?* ſatis intricata propter rationes & authoritates, quæ pro & contra militant: optimè *arg. l. 2. de Jurisdict.* expediri poſſe videtur diſtinctione illa, quam ex *Bidenbach. qu. nob. 12. Rumel. p. 1. D. 2. th. 8. p. m. 38. & Myler. d c.* ſuppeditant, ut ſi maleficium in ipſo actu deß gleitens commiſſum fuerit, coercitio ſit Domini jure ſalvi conductus gaudentis, der zu gleiten hat/ ſin extra actum deß gleitens/ Dominus territorii, qui omnimodam Jurisdictionem habet, cognoſcat. Uſus tamen & conſuetudo hac in re præprimis ſpectanda. Colligitur verò inde, Jurisdictionem non ineſſe juri ſalvi conductus, niſi ratione maleficiorum in actu deß gleitens commiſſorum, aliàs quæſtio eſſet de caſu indabili.

14. XI. *Collegiorum & Societatum opificum, ut & eorundem Statutorum approbatio, aut ſi*

utilitati publicæ adversentur, *abolitio.* Cum usu plus satis compertum sit, sæpè, quæ sub incunabilis Civitatum cœperunt collegia, utut tunc prospera & utilia, in noxam tandem abiisse, ita ut Magistratuum per illa suppressa authoritas sit, nec leges publicas sub placita sua privata trahere, exsurgere & publicis rebus formam dare erubuerint, sicque multorum motuum occasio & fomentum extiterint, *Jus Collegii dare* inter regalia esse cœpit *l. 3. §. 1. de Colleg.* nec aliter Magistratibus inferioribus permissum, nisi quatenus iis vel Superiorum Principis jura habentium concessione, vel longa consuetudine sit acquisitum, ubi tamen adhuc Superioribus inspectio integra. *Mev. 4. D 301. Ref. Pol. de an. 1548. tit. 36. seqq.* Requiruntur ergò ad constituendum Collegium mercatorum ac artificum seu opificum literæ fundationis & Privilegia à Superiori concessa. Est enim Collegium ejusmodi societas legitima certorum hominum mercimonium aut artificium seu opificium aliquod licitum exercentium, certis Statutis ac Legibus firmata. *Fritsch. de Colleg. Opif. c. 1. num. 3.*

15. Opificia autem alia sunt & dicuntur Gemeine und Ungeschenckte Handwercker/ alia Geschenckte Handwercker. *Ord. Pol. de anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen. *37.* vid. *Fritsch. d. c. 1. num. 7.* ubi ex *Knipschild.* opificia, quæ Geschenckte Handwercker dicuntur, hæc-

hæc recenset: Buchbinder/ Papierer/ Dreher/ Nestler/ Senckler/ Nadler/ Sattler/ Gürtler/ Glaser/ Glaßmacher/ Beindreher/ Goldschmiede/ Rotschmiede/ Zirckelschmiede/ Neyerschmiede/ Kañengiesser/ Uhrmacher/ Büchsenschmiede/ Schlösser/ Balierer/ Windenmacher/ Kupfferschmiede/ Blattner/ Balbierer/ Schleiffer/ Steinmetzen/ Düncher/ Gypser/ Färber/ Hutmacher/ Hosen-und Strümpffstricker/ Schreiner/ Büchsenschäffter/ Bildhauer/ Weißgerber.

16. Jura Collegiorum præcipua *Fritsch. d. tr. cap. 3.* hæc refert. Quod 1. habeant commune ærarium, comunem arcam, eine Ampts-Lade/ cujus administratio est penes seniores, quorum officium est reditus colligere, conservare, dispensare, & in necessarios ac utiles usus expendere, deque acceptis & expensis junioribus Collegis, den jungen Ampts-Brüder/ annuatim rationes reddere. 2. Commune Sigillum, ein Ampts-Siegel/ pro obsignandis literis, obligationibus & liberationibus ad Collegium spectantibus. 3. Commune ædificium, Zunfft-oder Ampts-Stuben/ Zunfft-Stuben/ ubi statis temporibus conveniant, & collegiales tractatus communium negotiorum exerceant. 4. Jurisdictionem in causis civilibus ad artem vel professionem eorum pertinentibus, quæ tamen ipsis non privativè, sed cumulativè saltem concessa, ita; ut cum ea concurrat or-

dinarii Judicis Jurisdictio etiam in iis, quæ ad opificium spectant. *l. fin. C. de Jurisdict. ibique Sichard. Fritsch. de Colleg. Opif. c. 3. num. 2. 3. 4. Brunn. ad l. fin. ff. de Colleg. num. 9. seqq.* Vi Jurisdictionis illius. 5. in rebus suæ professionis Statuta quoque condere possunt, quæ speciali Superioris confirmatione jure communi haud indigent, moribus tamen hodiernis absque ea non subsistunt, & requiritur quidem illa potissimum hanc ob causam, ne ab iis illicita, iniqua, absurda, monopolium redolentia, & Reipubl. damnosa condantur Statuta, qualia censentur, I. quibus cavetur: ne in Collegium recipiantur 1. molitorum, opilionum, balneatorum, tympanistarum, tibicinum &c. liberi v. *R. Pol. de anno 1548. tit. 37. D. Mev. 5. d. 116.* 2. qui non duxerit viduam vel filiam opificis, utut alias sit habilis vid. *Mev. p. 3. d. 38.* 3. qui sponsam imprægnavit ante nuptiarum solennitatem. *Mev. p. 3. dec. 39.* 4. qui ducit ab alio imprægnatam. *Carpz. lib. 6. Resp. 99. & p. 2. c. 6. d. 14. Berlich. p. 2. d. 299.* 5. Cujus mater de atroci crimine diffamata fuit. *Mev. 5. D. 117.* 6. qui lictoris viduam duxit *Carpzov. p. 1. d. 18.* 7. qui alibi domicilium habuit, der anderswo Feur und Rauch gehalten rc. vid. *Fritsch. d. tr. p. 2. c. 4.* II. Statutum, quo injuriati jubentur abstinere ab exercitio opificii sui, donec injuriam vindicaverint. vid. *R. P. de anno 1548. tit.* von Handwercks Söhnen. & *de anno 1577. tit. 37.*

§. Es

§. Es sollen. *Carpz. q. 95. num. 9.* III. quo prohibetur, ne quod unus cœpit, alter perficiat. *l. un. C. de monop. Berlich. p. 1. d. 26. num. 5.* IV. quo statuitur, ne quis majori vel minori precio vendat, quam alter, daß einer seine gemachte Arbeit nicht höher oder weniger verkauffen soll/ denn der ander. *d. l. un. & R. P.* plura vid. ap. *Fritsch. d. tr.* qui in *addit. ad Limn. l. 4. c. 8. num. 299.* quoque refert abusus Collegiorum, quos in modernis Comitiis Ratisb. tollendos esse conclusum. add. *B. Venat. relat. Comit. 4. num. 18.*

17. XII. *Receptio Judæorum*, (qui quo sensu dicantur servi Cameræ Imperialis der Römis. Käys. Majestät Cammerknecht/ & an adhuc hodiè sint? vid. ap. *Limn. ad A. B. c. 9. §. 2. O. 3. 4.* & *Tom. 5. ad l. 3. c. 2. n. 48. p. 147.*) Competiit illa vigore *A. B. c. 9. §. 2.* Electoribus tantùm, successu verò temporis & ad cæteros Imperii Status spectare cœpit. *O. P. de anno 1548. tit.* von Juden und ihrem Wucher. ibi: setzen/ ordnen und wollen/ daß hinführo niemand Juden auffzunehmen/ oder zu halten gestattet werden soll/ dann den Jenigen/ die von Uns und dem H. Röm. Reich regalia haben/ oder in sonderheit derhalben privilegirt seyn. vid. *Rümel. ad A. B. p. 1. D. 8. th. 16. seqq.* ubi certas ponit conditiones, sub quibus recipiendi. Religio tamen plurimis Imp. Statibus in hunc usque diem fuit, non sane sine ratione, (vid. *Limn.*

l. 3. c. 2. num. 19. seqq.) Jure hoc uti. Sic cum tota Serenissima Electorali & Ducali familia Saxonica illud insuper habent Serenissimi nostri Duces Würtembergiæ, & alii. vid. **Würtemb. Lands-Ordn.** *tit.* **die Juden belangend.** *27. fol. 56.* ibique *Lindenspür. fol. 105. seqq.* In specie de his Ordinationes seu Reformat. Politicæ Imp. nostri disponunt, voluntque, ut recepti clavo sive annulo flavo in veste conspicuo ab aliis hominibus discernantur, ne quis cum iis perinde atque cum Christianis imprudens versetur, & consuetudine in eorum errores & vitia trahatur; ut usuras tantum quincunces à Christianis recipiant, commerciis licitis in mercatibus & nundinis utantur, ab emptionibus rerum furtivarum abstineant, easque Dominis citra dispendium restituant, vel si dolo malo alienaverint, precium numerent, si scientes emerint pro delicti modo puniantur; Mutuatam Christianis pecuniam, vel quid & quando crediderint, an & quale pignus acceperint, non suâ, sed Germanicâ linguâ conscribant, quæ scriptura coram loci Magistratu fiat, alias viribus careat, nec de ea cognoscatur; Actiones contra Christianos Christiano nulla ex causa cedant, cessas amittant, si Magistratus, Notarius vel Scriba talem cessionem scripserit, officio & honoribus privetur, cæteri carcere & aliis modis puniantur. vid. *Reform. Pol. de anno 1530. tit.* **von der Juden Kleidung.** *Reform. Pol. anno 1577.*

1577. tit. von Juden und ihrem Wucher. *R. I. de anno 1551,* §. diesem zu begegnen. *79. seqq. Dn. D. Lauterbach. ad tit. ff. de hered. vel act. vend.* §. *2. n. 4.* qui rectè notat *Carpzovium (p. 2. c. 30. d. 45. & lib. 5. Resp. 38.)* & *Richterum (p. 1. Dec. 36.)* quibus accedit *Schütz. v. 2. D. 8. th. 18. l. C.* & *Dieterich tr. de Jur. & Stat. Judaeor. c. 3.* hoc ultimum ad actiones ex contractibus extrajudicialiter initis & usurariis descendentes restringentes.

CAPUT XV.

De Iuribus Territorialibus Vtilibus.

AD Utilitatem denique & emolumentum Statuum pertinent I. *Indictio & exactio collectarum Provincialium* (Land-Steuren anlegen/) quæ ita Jurisdictionis territorialis, uti solutio subjectionis, certa habetur probatio. *c. 2. extra de censib.* quanquàm non tantùm fieri debeat in signum superioritatis & subjectionis, sed & pro fructibus, emolumentisque Jurisdictionis, pro curis & laboribus, pro compensatione expensarum in conservationem pacis & quietis, pro conservanda familiæ dignitate, zu Erhaltung Fürstl. Gräfl. Staats/ pro salariis Consiliariorum, cæterorumque Officialium, sine quibus nec administrari Ducatus, Comitatus, &c. nec conservari sarta tecta salus publica potest.

 2. Sunt

2. Sunt vero Collectæ in triplici differentia: Quædam ſunt perſonales, quæ in ſingula ſubditorum capita indicuntur, & inde quoque aſſumpſerunt nomen *Capitationis* Kopff-Steur / Kopff-Geld / quæ dici poteſt eſſe tributum authoritate publica ſubditis pro uſu Reip. in capita, nulla facultatum, aliqua tamen ætatis habita ratione, æquabiliter indictum. Et ratione ſubditorum, quibus imponitur 1. eſt vel univerſalis, quæ omnibus in univerſum hominibus absque diſcrimine vel ſexus, vel dignitatis ſeu ſtatus indicta; vel particularis, quæ quibusdam tantùm e. g. ſolis maſculis, ruſticanis, togam virilem ſumentibus &c. injungitur, 2. Ratione modi, quo imponitur, alias æqualis omnibus omnino, qui ea cenſentur, alias certis veluti gradibus &c. indicitur. Nec legibus antiquis Romanis tantùm, v. *l. 18. §. 8. & 29. de munerib. l. 8. C. de SS. Eccl. l. un. C. de Colon. Thracenſ.* ſed hodiernis quoque Germanis, Receſſibus Imp. puta, hæc Capitis penſitatio eſt cognita, vid. *R. I. de anno 1518.* §. und nemlich dieſer ꝛc. 2. An autem in benè conſtituta Republ. Chriſtiana admitti & tolerari debeat ac poſſit? de eo vide diverſimodè ſentientes *Klock. de ærar. l. 2. cap. 79. num. 40. & Richter. velit. Acad. 24. membr. 8. num. 85. ſeqq. Gothofr. Strauß. Diſſ. de Capitatione C. 5. num. 9.* Quædam reales, quæ ſimpliciter rebus imponuntur, iisque principaliter cohærent; vocantur

tur merè reales ideò, quod non tantùm rebus imponantur, sed & simul earum intuitu indicantur; aliæ mixtæ, quæ personis injunguntur propter res vel ratione personæ industriæ. *l. 6. §. f. l. f. §. 26. de mun. & honor.* Als wann man sonderlich einem auff sein Handwerck und Handthierung schlägt/ sunt hæ quoad formam personales, quoad materiam verò patrimoniales; & quia materia & forma unum totum constituunt, idcircò mixtæ dicuntur. *Reinking. l. 1. cl. 5. c. 4. num. 131. Fr. Jul. Chop. Diss. de tributis th. 16. seqq. Struv. Ex. 50. th. 89. seqq. Fritschii prælect. Inaug. ad l. 4. ff. de censib. Diatriba de Jure tertii, pro appendice subjecta.* add. *Mev. p. 4. dec. 34. p. 9. d. 128. 129. 130.*

3. Deinde sunt vel Ordinariæ, quæ ex lege vel consuetudine certam, uniformem, ac perperpetuam quotannis vel casu determinato contingente recurrentem habent præstationem, die Ordinari-Steur/ vel Extra-Ordinariæ, quæ extra ordinem utilitate vel necessitate publica exigente imperantur, v. g. pro solvendo ære alieno totius Provinciæ nomine contracto, pro emendo castro, item si subsit vis belli, aut Dominus ab hostibus sit captus, si pontes, viæ publicæ sint instruendæ aut reparandæ. *l. pen. C. de priv. dom. August.* si pro communi defensione fortalitium extruendum, turres aut muri reficiendi. *l. 12. l. 18. C. de Oper. publ. j. R. I. de anno 1654. §.* und gleichwie/ &c.

Cap. Leop. Joseph. a 3. verbo, quoties id necessitas urget, utilitasque publica deposcit, ex sententia in Camera Imp. *anno 1556.* in causa Comitum ab Hanaw contra N. N. lata, quâ pronunciatum, daß sie die Unterthanen zu deß Orths fürfallender Nothdurfft/ und erheischenden Nutzen / mit zimblichen und gebührlichen Schatzungen und Anlagen zu belegen Macht hätten.

4. II. *Jus Detractionis*, (Abzug/ Nachsteur/ Abschoß/ Nachschoß/) quo secundum consuetudinem aut statuta cujusque loci, certam bonorum portionem vel quotam territorii Dominus patrimoniis alio domicilium transferentium, ac hæreditatibus, legatis, donationibus ad extraneos transportandis, in redhostimentum exhibitæ protectionis, & imminuti tributi, deducit. vid. *t. t. C. qu. & quib. quart. pars deb. l. un. C. non licere habitat. Metrocom. R. I. de anno 1594.* §. und so viel/ *rc. 81.* Solvitur, ut patet ex descriptione illa, detractio vel ob domicilii mutationem, cum subditus juri Civitatis renunciat, ac domicilium in alterius Status territorium transfert, von den Außziehenden/ vel ob hereditatis, &c. perceptionem, von Erbschafften/ welche in die Frembde transferirt und gebracht werden. Quamvis verò de jure communi dubium non sit, quin subditis liberis liceat aliò migrare, ibique Civitatis Jus acquirere, etiam invito Domino, modò id

non

non fiat malitiosè. *arg. l. pen. & ult. C. de Oper. libert.* quo etiam facit *R. I. de anno 1555.* §. wo aber Unsere / &c. Illud tamen quoque certum est, posse Principes & Status Imperii huic juri communi derogare, emigrationem non nisi certis conditionibus permittendo, adeò ut eas negligentium bona per arresta sisti possint, nec Constitutio Imperii super arrestis hic allegari queat, aut locum habeat.

5. Nec hæc detractio æquitatis ratione caret, cum pro protectione, aliisque beneficiis Domino aliquid remunerationis ergò relinquere summæ sit justitiæ, & quoniam illa bonorum translatio Domino ratione juris sui damnosa existit, ipsa exigit æquitas, ut pro aliquali damni refusione ei iterum certa pecuniæ summa, nempe pro consuetudine locorum, entweder der zehende/ achte/ vierdte/ oder dritte Pfenning/ detractionis loco numeretur. Sed quæritur *an & ex necessitate migrans tributum migrationis solvere teneatur?* Neg. nisi illa migrandi necessitas ex proprio facto vel delicto proveniat. *arg. l. 36. in f. de jud. l. 7. §. 1. qui satisd. cog.* Sunt tamen ab hoc detractionis onere immunes Princeps, Fiscus, Ecclesia, Consiliarii & Ministri Principum, vid. omninò *Mev. part. 7. Decis. Wism. 28.* item Professores, aliaque Academiæ membra. *Cothmann. Respons. Academ 19. Mev. d. p. 7. dec. 366* (qui id ad cives ex urbana Jurisdictione sub Academicam

demicam transeuntes, sicuti *Berlichius* ad omnes legitimè promotos Doctores alibi, quàm in Academiis, habitantes extendit. vid. *p. 3. concl. 52. num. 33.* quamvis hoc vix ubique observetur) Pastores & Ministri Ecclesiarum eorumque viduæ & liberi. vid. *Rümel. ad A. B. p. 2. D. 5. Besold. voc.* Nach-Steur. Plura de eo videsis in *Dissert. Joachim. Eichmanni de Jure detractionis & emigrat.* apud *Fritsch. vol. 1. Ex. J. P. 3. Henr. Bartels Diss. de eod. jure* apud *eund. Vol. 2. D. 4. Dn. Rhet. Disp. sim. tr. Otto Philipp. Zepper. Jacob. Andr. Crus. sim. trr.*

6. III. *Perceptio Vectigalium* de præterito institutorum aut legitimo titulo acquisitorum. Nam instituere vel vetera adaugere Status Imp. nequeunt, absque speciali Imperatoris concessione, Electorumque consensu, & citra hunc ne ipse quidem Imperator. *R. I. de anno 1576.* §. weiters sind Wir / rc. *Capitul. Ferdin. IV. art. 19. Leop. art. 20.* vid. supra *sect. 1. c. 20. num. 3.* Sed aliud de impositionibus, daciis s. accisis vini, cerevisiæ, frumenti, carnis, &c. Accis/ Imposten/ Ungeld/ Zapffengeld/ Taferngeld/ Fleisch- und Mehl-Pfenning/ quæ omnia sub verbo Gabellarum contineri solent, Doctores statuunt. Hæc enim onera, quoniam subditos principaliter gravant, nec forenses nisi per consequentiam concernunt, ideò etiam absq; Imperatoris consensu à

ſu à Statibus Imper., etiam Civitatibus Imperialibus, exigi, imponi, augeri poſſe, cum rationem Collectarum habeant, tradunt, *Beſold. Conſ. 234. Myler. c. 65.* vid. autem omninò *Cap. Ferdin. IV. a. 20. Leop. a. 22. Joſeph. 21.* add. *Beſold. voc.* Umgeld. *& Speidel. voc.* Accis und Umgeld. *Joh. Frid. Rhetii Diſp. de Acciſis.*

7. Cum Vectigalis jure pari paſſu ambulat IV. *Jus cudendæ monetæ*, quod itidem per ſe ad Jurisdictionem Territ. haud pertinet, ſed ſpeciali Impp. conceſſione vel præſcriptione competit. v. *R. I. de anno 1551.* §. So haben wir Uns / ꝛc. *de anno 1570.* §. alsdann die Müntz-Gerechtigkeit ꝛc. & §. derhalben wollen wir ꝛc. & hodiè noviter acquirendum itidem Imperatoris & Collegii Electoralis requirit conceſſionem vid. *Capitul. Ferdin. III. art. 37. IV. art. 35. Leopold. artic. 34. Joſeph. 33.* & ſupra *Sect. 1. c. 22.* add. *Myler. c. 71.*

8. V. Jure Superioritatis Status Imperii *Angariarum & Parangariarum præſtationes* à ſubditis ſuis jure meritoq; ad utilitatem ſuam exigunt. Sunt autem illæ nihil aliud, quàm munera vel operæ ſubditis neceſſitatis vel utilitatis publicæ cauſa, ob repentinum aliquod exortum negotium, cui celeriter providendum, impoſitæ. Et non ſolum in jumentorum, ſed & plauſtrorum, naviumque ad militum, armorum, tormentorum & aliarum rerum transvectionem præbitione conſiſtunt, da man

der

der Obrigkeit mit Wagen/ Pferden/ Schiffen und dergleichen auff begebenden Nothfall dienet. v. *2. F. 56. l. 11. C. de SS. Eccles. t. t. C. de curs. publ. angar. & parang. l. f. C. de frabric. l. 1. C. de quib. mun. nem. lic. se excus. Myler. c. 72. num. 2. 3.* Annumerantur vulgò muneribus patrimonialibus, quæ rebus i. e. possessionibus proprie cohærent. *l. 11. de vac. & excus. mun l. ult. l. 21. de mun. & hon. l. 11. C. de SS. Eccles.* Et regulariter omnes & singuli, qui territorio subsunt, & in eo prædia possident, illis subjiciuntur, ut nec forenses, nec alias ob ætatem, vel militiam, vel aliter privilegiati, aut in dignitate constituti excusentur, maximè quando ad expeditionem ipsius Principis indicuntur. *l. ult. l. 21. de mun. l. 10. de vac. mun. l. 2. & l. f. de nav. non excus.* Præstandæ regulariter sumptibus subditorum, non autem extra territorium, nisi ab antiquo sic obtinuerit, nam etsi in pactis Curialibus, vulgò Dinckrotul vocant, expressum sit, daß dem Herrn die Unterthanen/ wohin er woll/ fahren und frohnen müssen/ non tamen hoc indefinitè intelligendum, sed restringendum, daß die Unterthanen fahren müssen auch ausserhalb/ verum ad commoditatem & utilitatem ipsius territorii, nicht wann der Dominus absonderlich und weit entlegene Castra hätte/ da eines von dem andern nicht dependirt/ uti censet *Besold. voc.* Frohn. Ab his toto cœlo differunt servitia Aulica & operæ rusti-

rusticorum, Hoff-und Frohn-Dienst/ quippe quæ non tam jure superioritatis vel regalium, quam conventionis aut præscriptionis exiguntur.

9. Huc VI. pertinet *Jus Postarum & cursus publici*, frustra dissentiente *Ludov.* von Hornick *tr. de jur. postar. c. 19. theor. 1. p. m. 319. seqq. c. 9. num. 2. p. 139.* Quando enim argumentatur: *Si Principes Imp. Jus Posta qualecunque habent, id vel jure proprio h. e. ordinario, vel alieno, extraordinario habeant necesse est. At non habent jure proprio, quia illud supremæ in terris Majestatis est, non alieno sive extraordinario, quia hoc est vel emptionis, vel matrimonii, vel permutationis, donationis, occupationis, præscriptionis, &c.* E. *planè non habent* ℞. rectè negando minorem. Omnino namque Jus Postarum & cursus publici proprio jure, territorii scil. sublimis, Principibus Imperii competit, præsentat enim quilibet in eo Majestatis analogon, nec ipsi Cæsari, in iis, quæ conservationem jurium belli & pacis, commerciorum, imò denique tranquillitatem totius Reip. concernunt, cedit. vid. supra. *sect. 1. c. 18. n. 9.*

10. VII. *Jus Fluminum publicorum*, quæ ad territorii, quod perfluunt, Dominos pertinent. 1. quoad proprietatem. 2. quoad Jurisdictionem. 3. Protectionem. ac 4. Utilitatem. *Myler. c. 66. num. 3.* Quamvis enim jure Gentium fluminum usus publicus i. e. omnibus com-

communis ſit, ita, ut in iis piſcari, navigare & ædificare, aquam item inde ducere quilibet poſſit, contraque prohibentem actio injuriarum competat. *§. 2.4. I. de R. D. l. 4. 5. ff. eod. l. 1. 2. §. 12. 19. de flum. t. t. ff. ut in flum. publ. nav. lic. l. 24. de damn. infect. l. 13. §. ſi quis. de injur.* Hodiè tamen hæc libertas adeò reſtricta eſt, ut præter uſum aquæ, eumque non indifferentem, libertati priſtinæ nihil ferè relictum ſit; relatus enim eſt fluminum uſus ad Regalia, & nulli ſubditorum in flumine publico aurum quærere, nulli aquam ex eodem ad privatum uſum divertere, absque ſuperioris conceſſione, licet, nulli ſine ejusdem permiſſu in eo molendinum vel aliud quid ædificare jus eſt; nemo in eo piſcari poteſt, niſi jus illud ſpecialiter à ſuperiore obtinuerit, vel præſcriptione temporis immemorialis, aut conſuetudine acquiſiverit; ſimiliter navigationes ob juſtas cauſas vel planè prohibere, vel ſaltem reſtringere & limitare Dominus territorii poteſt; nec ratium & lignorum transvectionem cuivis promiſcuè permittere tenetur. *Heberle de libert. nat. reſtricta th. 15. ſeq.* uno verbo, vindicant hoc ipſo jure Status Imperii ſibi omnes è fluminibus publicis per territoria ipſorum fluentibus pervenientes utilitates ac incrementa fluviatica, ut ſunt reditus piſcationum, portus, ripatica, inſulæ in flumine natæ, alveus à flumine derelictus, jus concedendi ædificationem molen-

molendinorum, jus grutiæ vel rates ducendi; Bestehet also diß Recht auß verschiedenen Regalien/ als der Fisch- Flöß- Schiff- Mühlen- Baw/ Wehr- Baw/ Insel/ Strand/ und andern Gerechtigkeiten *Heberl. d.l.* de quibus *Myler. c. 66. Rumel. p. 3. D. 3. th. 24. seqq. ibique alleg.* & in *Fritschii Jus Fluviaticum compacti Authores*, quibus addatur *Baptista Aimus*, *de Jure alluvionis cum additionibus illius editus.* Referunt & huc quidam Jus Stapulæ, der freyen Niderlag oder Staffel-Gerechtigkeit/ vigore cujus quis transeuntes cogere potest, ut ibi subsistant, mercesque ibi divendant. Sed istud ex privilegio competere ostendimus supra *sect. 1. c. 20. num. 12. seq.*

11. Succedunt VIII. *Jura Fiscalia*, die Fiscal-Gerechtigkeiten/ quæ licet quodammodo specialem quoque concessionem requirere videantur, tamen Dominis territorialibus ut plurimum ipso usu competunt, quo etiam respicit *Capitul. Leopold. artic. 27. in fin.* Vindicant autem ex fisci rationibus Status Imperii 1. multarum, pœnarumque compendia *Rumel. ad A. B. part. 3. D. 3. th. 28.* 2. Bona vacantia & caduca, Erblose Güter/ cum quis enim intestatus decessit, & nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legitimum relinquit heredem vel bonorum possessorem, fiscus bona ejus non jure heredis & successionis (ut *Riemer. dec. 8. q. ult. Myler. c. 67. n. 3. aliique* putant) sed Superio-

perioritatis) vid. *Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 16. thes. 1. l. f. Peregrin. de jur. fisc. l. 5. c. 1. num. 60.)* propria etiam authoritate (ita demum tamen, si alius quispiam non possideat justam contradicendi causam habens, si enim alius possideat, & contradict. causam habeat, fiscus ab occupatione abstinere, & judicio contra eum, qui jam apprehendit, contendere debet; vid. *Mev. 3. dec. Wism. 102.)* occupat. *l. 4. §. t. t. C. de bon. vac. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 9. num. 3. seqq. Bocer. de Regal. 3. numer. 27.* Pertinent huc, vocabulo Caduci in latiori significatione sumpto, prædia inculta atque deserta, unde ex agris primo ligone eradicatis sive novalibus den Neubrüchen/ rectè territorii Dominus vi Superioritatis in supremæ Jurisdict. recognitionem decimas novales, den Neutzehenden exigit. *Myler. c. 70.* 3. Bona ereptitia, quæ indignis aufferuntur. vid. *t. t. ff. & C. de his, quæ ut indign. ibi Dd.* qui titulus quidem in Germania nostra nec abrogatus est, nec in desuetudinem abiit, teste *Mev. 5. d. 153.* vid. tamen *Carpzov. qu. 34. num. 72.* quicquid sit in Gallia vid. *Sand. l. 4. tit. 4. d. 5.* 4. Bona incestas nuptias contrahentium, (sponsalia, licet de præsenti, contracta esse non sufficit *2. F. 56.)* deficientibus scilic. ex priori legitimo matrimonio descendentibus. *Nov. 12. c. 1. Rittershus. p. 4. c. 2. num. 23.* 5. Bona (scilic. allodialia) proscriptorum & damnatorum scil. ob crimen per-

perduellionis, vel aliud, in quo pœna confiscationis specialiter legibus est imposita, & non tantum per consequentiam bona publicantur *Nov. 134. Const. Crim. art. 111. l. 1. §. domus verò C. de fals. mon. l. 1. vers. si quis autem. C. de monop. Ord. Pol. de anno 1577. rubr.* die Monopolia ꝛc. Hierauff haben wir *Cap. Ferdinand. III. art. 28. Ferdin. IV. a. 27. Leop. art. 27. Joseph. 26.* illa enim confiscatio, quæ jure veteri cum pœna capitali in criminibus omnibus conjuncta erat, & illam tacitè sequebatur, etiamsi sententia non expresse continebatur, *l. 1. & 2. ff. de bon. damn. l. 2. C. de bon. proscript.* in casu existentium liberorum & ascendentium ad tertium usque gradum, hactenus sublata est à Just. in *Nov. 134.* ut non amplius in isto casu obtinere debeat, præterquam in crimine perduellionis; Non autem simul pœna confiscationis specialiter crimini alicui imposita (e. gr. *in Nov. 12. cap. 1. j. 2. F. 56. & O. Cr. a. 117.*) eadem *Nov.* à Justiniano est abrogata. vid. *Heig. 2. q. 33. num. 51. Petr. Theodor. in Coll. Crim. D. 10. thes. 6.* Diss. *Carpzov. q. 135. num. 26.* 6. Bona eorum, qui conscientia criminis (quod habet pænam capitalem una cum publicatione bonorum) violentas sibi intulerunt manus. *Const. Crim. a. 135.* ibique *Matth. Stephan.* 7. Bona vectigali obnoxia ob dolo omissam eorundem professionem. vid. supra *Sect. 1. c. 20. n. 7.*

12. IX. *Jus metallifodinarum*, quod per *A. B.* quidem solùm Principibus Electoribus competebat. v. *A. B. c 9. §. 1.* postea verò etiam in alios Status derivatum est, ita ut hac in re Electorum conditio hodiè pinguior amplius non sit, quàm aliorum Statuum. *Limn. ad A. B. c. 9. §. 1. O. 24.* nomine Metalli autem non tantùm aurum, argentum, æs, electrum, cuprum, stannum, plumbum, ferrum, Gold/ Silber / Kupffer/ Zinn/ Bley/ Eysen / sed & argentum vivum, sal subterrenum, minium, quin & pretiosi lapides, marmora &c. Quecksilber / Alaun/ Vitriol / Kobold / [illegible] Zinnober / Spießglaß / Jaspiß / Marmor und andere Steine / veniunt. *d. §. 1. ibi Lim[illegible]* Seckendorff T. Fürsten-Statt. *p. 3. c. 3. num. 1* sive in publicis, sive in privatis subditorum [illegible]cis hæ metallifodinæ sint inventæ, Regalibus annumerantur, sed secundum quosdam poster. casu (si scil. in privatis locis repertæ) tantù[illegible] quoad canonem metallicum, qui quandoque est pars decima, quandoque alia, secundum loci consuetudinem, portio, ad Principes pertinent; ita enim tradunt *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 16. num. 45. Schütz. v. 1. D. 6. th. 19. l. H.* & alii magno numero relati à *Mylero in addit. ad Rümel. p. 3. D. 3. th. 27.* quibus noviter accessit *Dietrich. ad A. B. c. 9.* verbo *talia possideri pag. 60.* Secundum alios verò & juxta Praxin hodiernam (jure illo veteri, quo metalla, aliaque minera-

neralia ad Dominos fundi pertinebant, certo tantùm ex iis soluto canone, (*v. l. 7. §. 13. seq. sol. matr. l. 4. §. 7. de censib. l. 58. §. 8. de furt. l. 2. C. de metall. &c.*) per consuetudinem contrariam, quam generalem & totius Germaniæ post alios vocat *Carpzov. p. 2. c. 53. d. 1. Struv. S. J. F. c. 6. aph. 26. num. 3.* obliterato) ipsæ metalli fodinæ etiam in privatis repertæ, cum omni jure circa illas, præsertim præstantiores, auri, argenti &c. ad Regalia pertinent, ita, ut in Domini territorii Regale hoc possidentis potestate & arbitrio sit, velitne fundi Domino sub [illegible]ier decimarum perceptionem fructuum ex [illegible] fodinis permittere, vel sibi reservare, neque quisquam sine speciali Domini territorii concessione eas habere possit. vid. *Carpzov.* [illegible]*iv. dd. ll. Schultz. Syn. J. F. c. 7. num. 177.* add. [illegible]endorff. *p. 3. c. 3. num. 3. seqq. Heig. 1. q. 13. num. 29.*

13. X. Germaniæ moribus Jurisdictioni territoriali inhæret *Jurisdictio Forestalis*, Forstliche Obrigkeit / quæ ut totum integrale considerata constat Jure Foresti Forst-Recht & Banno Ferino Wildbahn / quæ duo non sunt unum & idem, sed plurimum differunt, discrimen autem intercedens latè explicat *Besold. Th. Pr. voc.* Forst. & *Myler. de Stat. c. 73. Klock. de Ærario l. 2. c. 2.*

CAPUT XVI.

De Iure belli & Pacis, Iure fœderum & mittendorum Legatorum Statibus Imperii competentibus.

HUcusque fuere negotia Politica Pacis, sequuntur nunc belli. Quamvis autem Potestas bellum gerendi olim in Rep. Rom. solius fuerit Imperatoris, adeò ut nulli inferiori citra crimen læsæ Majestatis eam sibi sumere licuerit. *l. 3. ff. ad L. Jul. Maj. l. un. C. ut usus armor.* nec initio regni Francici etiam ulli Ordini bellum decernere aut indicere permissum fuerit; postea tamen temporis successu potentiores facti Duces ac Comites, unà cum aliis juribus, belli gerendi quoque potestatem sibi arrogarunt, eamque ita exercuerunt, donec sub Henrico Aucupe non modo inter se, sed & cum exteris bellum gerere prohiberentur. Sed non diu illa stetit in vigore sanctio. Post Henricum IV. enim muniri arces & civitates, & iterum turbæ indies majores in Imp. dari, ac inconsulto Cæsare indici bella cœperunt, unde omnes historiæ bellorum, non authoritate publica, sed privatis Ordinum auspiciis, susceptorum plenæ sunt. Idem vitium Italiam etiam invasit ad Friderici III. usque tempora, ubi denuo corrigi vitia isthæc cœperunt, atque vaga illa armorum

rum licentia restricta fuit. Suo ergo modo adhuc hodiè in Imp. nostro Dominis territoriorum competit. *Ming. de sup. territ. th. 76.* Injustum enim quia illis bellum saltem prohibitum est *A. B. c. 17. §. fin. R. I. Spir. de anno 1526.* §. zum andern / 2c. *R. I. Aug. de anno 1530.* §. und dieweil wir nun / 2c. justum permissum censetur. vid. *R. I. de anno 1555.* §. nach dem aber / 2c. ubi ipsis injungitur, ut ita quisque in regione sua se instruat, quo adversus violentiam improvisam tutus sit, & aliis subsidio esse possit. vid. *Hugo c. 3. num. 6. & seqq.* Nec distinguimus utrum bellum sit defensivum, an offensivum; quod utrumque descriptum vide apud *Pufendorff. de I. N. & G. lib. 8. cap. 6. § 3.* adde *Limn. l. 4. cap. 8. num. 247. ibique addit. T. 2.* modo justa & urgens utriusque suscipiendi adsit causa, quæ uno verbo est injuria, *Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 1. num. 2. seqq.*) sive ea jam tum sit facta & illata, quo casu in continenti, etiam irrequisito Imperatore, se defendere licet. *Ord. Pac. Publ. de anno 1521. tit.* die Poen aller Friedbrecher. add. *Ord. Camer. p. 2. t. 9. pr. & §. 1.* sive nondum quidem sit illata, sed inferri tamen probabiliter timeatur, vid. *Strauch. D. Ex. 9. th. ult. Grot. 2. 22. 5.*

2. Quamvis autem ad bellum defensivum non præcisè Imperatoris consensus requirendus. *Gail. 1. de P. P. c. 16. num. 16.* attamen bellum offensivum suscepturus ante omnia Im-

peratorem de causa belli certiorem faciat, consensumque specialem exigat. Si hoc neglecto quis arma in Imperio contra Con-Statum temerè movere ausus fuerit, criminis fractæ pacis publicæ reus erit, *Instrum. Pac. art. 17. §. 7.* contra quem Camera Imp. vel Judicium Aulicum mandata avocatoria sub pœna banni & amissionis omnium beneficiorum & privilegiorum sine clausula justificatoria justissimè decernet. *Gail. d. l. c. 4. per tot. Myler. c. 81.*

3. Dixi *in Imperio contra Con-Statum*: Si enim res ipsi sit cum extero, non rectè eum in Constitut. Pacis Publ. peccasse dixeris, cum Pacis Publicæ Constitutio non nisi inter Imperii membra observetur, & iniquum sit Statum ad observationem Pacis Publ. adstringere, adversario ejus ab illius observatione exempto. Unde quidem patet, non procedere absolutè quod *Lampad. 3. c. 20. num. 7. 8.* tradit, si Status cum extero de rebus ad territorium Imperii pertinentibus contendant, Constitutionem Pacis Publ. itidem servandam, quia res in judicio disceptari & Jurisdictione Imperii definiri potest. Etsi enim ea ita se habere possint, si Status rei personam sustinet, attamen vix est, si ipse agere velit, ut adversarium ad Imperatorem (ceu incompetentem judicem) in jus vocare possit, maximè si adversarius res istas non possideat, ut Imperii Vasallus. Maturè

quo-

quoque bellum contra alium moturus deliberet, an id geri sit è re Reipubl. certaque armorum spes tentetur. Sapienter enim apud *Sueton.* Augustus prælium aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major emolumenti spes, quàm damni metus ostenderetur. Porrò de apparatu, sumptibus, ministris, milite, commeatu, aliisque necessariis, quamdiu bellum distrahatur, haud defecturis diligentissimè habeatur tractatio.

4. Includit hoc Jus belli Statibus competens I. *Jus habendi fabricas armorum bellicorum* (vid. *Nov. 85. c. 1.*) & armamentaria publica, Zeughäuser / item officinas pulveris pyrii & nitri. vid. *R. I. de anno 1555.* §. Und demnach ein Kriegsvolck ꝛc. *de anno 1570.* §. Sintemahl auch aus hochbewegenden. atque hoc olim sub Jure Armandiæ, jam à tempore suæ originis nescio Statibus competente, comprehensum fuisse videtur. *Carpz. de Regal. num. 92. Myler. c. 74.* II. Jus subditis armorum usum exercitiumve injungendi, den Unterthanen Wehr und Waffen auffzulegen / eundemque iterum, ob suspicionem forte seditionis, prohibendi *Myler. c. 75.*

5. III. *Jus Sequelæ Bellicæ*, die Heers-Folge / (est enim & alia species, quæ die Zent-oder Gerichts-Folge / alia, quæ die Ampts-Folge / alia, quæ die Feuer-Folge ꝛc. dicitur, de quibus omnibus vid. *Fritsch. de Jure Lustrat. & Seque-*

la. c. 5. num. 1. & c. 9. seqq.) cujus vigore vocati subditi Dominum suum, sive is ipse bellum moveat, sive contra eum moveatur, armis sequi, ac contra omnes, Imperio excepto, juvare tenentur, & quidem propriis suis sumptibus, nisi consuetudo sit in contrarium, etiam extra territorium, si necessitas exigat, tamdiu, quamdiu ipsorum auxilio opus est. *v. R. I. de anno 1564.* §. ferner dieweil.

6. Quamvis autem omnibus subditis, modo idonei fuerint, arma imponi possint, ipsique regulariter omnes in casu necessitatis ad Sequelam obligati sint, in plerisque tamen G[illegible]maniæ provinciis usu obtinuit, aliquem [illegible]bditorum delectum instituere, & certos tan[illegible] cives exercitiis militaribus instituere, quos vulgò den Land-Außschuß appellant. *Myle[illegible]. c. 75. num. 4.* Dn. Seckendorff. T. F. St. *p. 2.* [illegible] *10. num. 6.* Quam utile autem & necessarium sit, in Civitate selectum subditorum numerum in armis exerceri, & ad virtutem militarem assuefacere, *Thomas Merckelbach. Cons. 20. num. 9.* his tradit verbis: Es sey ein gemein nutzliches und hoch nothwendiges Werck / das Fürsten / Graffen und Herren / zu Schutz und Schirm ihrer von Gott anbefohlener Land und Leuthe / von etlichen zum Streit tauglichen und qualificirten Persohnen / einen Außschuß anstellen / und dieselbe im Drillen / Scharmützel und andern militaribus exercitiis üben und anführen lassen /

lassen / inmassen nicht allein dazu die Politici und Juristen rathen / besondern es gebens auch der alten Römer und anderer berühmter Völcker exempla zu erkennen / welche ihre junge und erwachsende Mannschafft auß Städten und Flecken erwehlet / und ebenmässig in den Kriegswaffen geübt haben. Dannenhero *Boterus di Ragione di stato lib. 9. rubr. della sceltu de' soldati* Und insonderheit *Lipsius l. 5. Pol. c. 8. seqq.* nicht ohn Ursach / hierüber daß heutigs Tags von vielen Herrschafften ein solch nutzlich und heilsames Mittel auß der Acht gelassen / eine Klag führen / und dieselbe eyfferig dahin ermahnen / weiln ihnen umb ihr Land und Leuth / auch gemeinen Nutzens Beförderung / so wohl die alten ersprießliche / zum Theil in Abgang gerathene wiederumb herfür zubringen / als neue Sachen zu ersinden / obligen thut / vor allen Dingen diese beyde Stuck / delectum & disciplinam seu exercitationem, oder den Außschuß / Musterung und Ubung / sola probæ Germanæque militiæ & defensionis vel fundamenta vel firmamenta, in vorigen üblichen Gang und Schwang zu richten / damit in vorbrechenden sorglichen Kriegs-Empörungen und Nöthen / das liebe Vatterland geschützt und errettet werden möge.

7. Cavendum autem 1. Ne per frequentes exercitationes subditi, cùm gravi rei familiaris dispendio, à cura domestica vel artificiorum exer-

exercitiis avocentur. 2. Ne diebus Dominicis aut Festis, quibus sacris vacandum, exercitia militaria exerceantur. 3. Ne Centuriones vel Commissarii militares cum armis monopolia exerceant, & arma exiguo pretio empta duplo majoris iterum subditis vendant. vid. *Fritsch. d. tr. c. 3. n. 4. seqq.*

8. IV. *Jus muniendi & extruendi fortalitia*, (das Vestungs-Baurecht) quamvis hoc an Statibus competat? quidam in dubium vocent, ut videre est ap. *Limnaeum. l. 4. c. 8. num.* [illegible] Sed iis satisfactum *loc. cit. num. 240.* add [illegible] ca- *de anno 1567.* §. Wiewohl wir nun ꝛc. sug[illegible] *1. c. 29. num. 3. ibique alleg. Fritsch. d*[illegible] *talit.* add. *Dn. Sam. Stryck. Disp. de Forta*[illegible] *1. XXIV.* V. *Jus praesidiorum*, Besatzun[illegible] das Recht Städte und Vestungen mi[illegible] nison zu besetzen / vi cujus Dominus terr[illegible] in Civitate, castro vel fortalitio militem praesidiarium, suis sumptibus tamen sustentandum, (sed v. *R. I. de anno 1654. §. 180. in fin. Capit. Leopold. & Joseph. art. 3.*) habere potest, quo ab omnium hostium incursu subditi salvi maneant atque illaesi, civibus etiam invitis. *Myler. c. 78. Fritsch. de jur. Praesid.* Huic adhaeret *Jus Excubiarum*, das Wacht-Rec[illegible] / de quo *Myler. d. l. Fritsch. tr. de Excubiis.*

9. VI. *Jus Aperturae*, die Oeffnung / Oeffnungs-Gerechtigkeit / vi cujus alicui alterius civitas, castrum aut fortalitium belli pacisve

cisve tempore ad securitatem, hospitium vel transitum apertum esse debet, quod tamen jus non semper Superioritati accensendum. *Mager. de Advoc. armat. c. 10. num. 567.* competit enim Apertura nonnunquam etiam 1. jure clientelari. 2. Pacti, confœderationis, amicitiæ, vicinitatis & urbanitatis ratione. 3. Jure servitutis. 4. Jur dominii & proprietatis. 5. Vi præscriptionis. 6. Jure feudi & in- ... itu..æ. vid. *Webner. voc.* Oeffnung. *Fritsch. ... de Jur. aperturæ c. 3. Franc. Irenici ad Bur- ...1. Disc. 26. p. m. 282. seq.*

... VII. *Jus conscribendorum militum,* ... zu werben und anzunehmen / quod ...us Imp. propr is in territoriis jure Su... ..s, in lienis vero ex pacto vel con... ..ne aut præscriptione competit, ita ut ... ..am collectio vel in propriam, vel Imperii ac vicinorum salutem & auxilium fiat, observatis ..giter Constitutionum Imperii requisitis, quæ volunt, daß niemanden / was Wesens der seye / im H. R. Reich / hohes / mitlers / oder nidriges Standes / ohne vorwissen / Bewiuigung und Erlaubniß desselben Crayß-Obersten / auch vor dem er gnugsame Caution und Versi..erung durch Bürgschafft gethan / daß er solch Kriegs-Volck weder wider Kays. Mayest. noch den Römisch. König / oder andere Stände deß Reichs gebrauchen / sondern sich mit sampt dem Kriegs-Volck den Reichs-

Reichs-Constitutionen gemäß bezeigen wolle/ einigen Kriegsmann anzunehmen/ zu bestellen zugelassen seyn solle. *R. I. de anno 1564.* §. demnach. *26. Myler. cap. 79.*

11. Si miles collectus per alterius Status Territorium ducendus, ut denegari nequeat transitus 1. ab eo decenter petendus est. 2. Exercitus in modicas copias divisus transmittendus. 3. & quidem ejus, ad quem milites transeuntes pertinent, sumptu. 4. Domino territorii de omni futuro damno resarciendo datis fidejussoribus vel obsidibus omnino cavendum. *R. I. de anno 1570.* §. und/was vor e... lichen/ ꝛc. *5. & seq. R. I. de anno 1582.* §. dem... nach setzen/ ꝛc. *32. seq. de anno 1598.* §. *31. de an... no 1603.* §. als sich den Chur-Fürsten/ ꝛc. *18* ... *anno 1641.* §. die Durchzüge/ ꝛc. *43. Instrum. Pac. art. 17.* §. *quoties autem milites. R. I. de anno 1654.* §. nach dem auch/ ꝛc. *178.* Quæ omnia repetita in *Ordinatione Execut. Imper.* (der erneuerten Executions-Ordnung/) in præsentibus Comitiis adhuc durantibus confecta tandem aliquando publicanda. *cap. 6.* cujus tenorem exhibet *Fritsch. tr. de transitu militari. c. 8. num. 7.*

12. Ast vah! quantus hodiè saluberrimarum Legum contemptus, neglectæ hactenus sunt omnes hæ provida cura conditæ Constitutiones, causæ potiores sunt: defectus stipendii militaris, quem causantur nonnunquam ipsi

ipsi Principes belligerantes, dum majorem militum numerum colligunt, quam eorum patiuntur facultates, interdum verò Duces, Præfecti & Officiales militiæ, dum ipsi stipendia militibus solvenda retinent, stecken den Sold in ihren Beutel/ und lassen den gemeinen Soldaten Noth leyden/ luxus militaris, laxissima militum nostrorum disciplina, de qua totus conqueritur mundus, studium commodi privati, & communis commodi neglectus. Remedia salutaria, quibus malo huic occurri posset, non deficerent, modò non spernerentur. Remedium 1. possit esse solutio stipendii militaris. 2. Tempestiva provisio annonæ. 3. Severitas disciplinæ militaris. 4. Luxus prohibitio. 5. Decens & tempestiva transitus postulatio. 6. Sufficiens de damno resarciendo cautio. 7. Transitus acceleratio. 8. Prohibitio deß unnöthigen Troß und Bagage/ ꝛc. vid. *Fritsch. de transmilit. c. 11.* VIII. *Jus hospitationis*, die Einquartierung/ cui passivè ceu oneri reali regulariter omnes sunt subjecti, nisi quibus specialiter concessa sit immunitas. vid. supra *sect. 1. cap. 26. num. 6.*

13. Sicuti autem belli potestatem habent Status, ita IX. & *Pacis* ac *fœderum pangendorum*, nec non *mittendorum Legatorum jure* eosdem gaudere, non est dubitandum, de his verò eorum Juribus dictum est supra *sect. 1. c. 27. num. 7. 8. & c. 28. n. ult.*

CA-

CAPUT XVII.

De Iuribus Principum & Statuum, iisdem, citra territorii respectum, ratione Dignitatis, competentibus.

ATque hæc sunt potissima jura Principibus ac Statibus Imp. qua territorium Dominis vigore Superioritatis competentia; Sunt verò Principibus nostris insuper & alia sua excelsa jura atque Privilegia, quæ illis, ut talibus, citra territorii respectum, ratione Principalis Dignitatis, competunt, & libertatem, potestatem ac prærogativam eorum quoad propriam personam designant, Personalia hinc nonnullis dicta, quæ paucis saltim tangemus.

2. Pertinet autem huc I. Libertas operam suam militando exteris Regibus ac Principibus absque speciali Imp. concessione addicendi, ab antiquo, ex indole majorum nostrorum, qui jam dum *Taciti* temporibus, si Civitates, in quibus nati erant, longâ pace torperent, ultro petebant eas nationes, quæ tum aliquod bellum gerebant, ipsis competens. Ita tamen, ne extero Imperium vel quempiam in illo invadente contra Imperium, vel ejusdem Statum aliquem arma capiant, uti patet ex *R. I. Spir. de anno 1570.* §. denselben wir dann Anfangs ꝛc. *ibi*: ohn alles beleidigen deß Vatterlands

lands und dessen Angehörigen/ ꝛc. *R. I. de anno 1582.* ferner obwohl/ ꝛc. vel militem in alterius auxilium inconsulto & sine permissu Imperatoris cogant, Patriâ ipsa militibus indigente. *d. R. I. de an. 1570. in fin. sub rubr.* Verzeichnuß som̃ er Puncten obgeschriebener Bestallung anhängig. §. Zum andern soll das Teutsche ibi: sondern vor allen Dingen desselben (Vatterlands) Wohlfahrt und besten schaffen und befördern. *&* *d.* §. ferner/ ꝛc. *seqq.* Exempla libertatis hujus usurpatæ congessit *Mylerus de Statib. Imper. cap. 16.* ubi *in fin.* integri *tractatus* de hac ipsa militandi libertate Imp. Procerum à se confecti, sed inediti, mentionem facit. Quam turpiter verò etiam hoc privilegio abusa sit præteritorum temporum iniquitas, illorum loquuntur historiæ, testantur querelæ publicæ in *d. R. I. de anno 1570.* §. und was vor etlichen Jahren. *&* §. dieweil dann solcher/ ꝛc. Sed causa forte in ipsa est Germania, quæ communi errore in exteros immodicè proclivis, momentisque non nisi illos præficere amat, quibus externa nativitas, & vel barbarum nomen autoritatem conciliat, abigit plantas suas alibi felicius coalituras, & orbi ostensuras, eis non virtutem, sed favorem deficere, sibique non meliores, sed feliciores prælatos. Cui malo Collegium Elector. in *Ferdin. III. Capitul.* de evehendis ad officia Germanis, obicem ponere voluit. *art. 15.* add.

Capitul. Ferdin. IV. art. 41. Leopold. a. 40. Joseph. 39.

3. II. Spectant huc singularia Principibus Imper. dignitatis suæ tuendæ gratia concessa jura ratione Judicis & Judicii; Ut quod 1. non possint in jus vocari extra Germaniæ limites, ex antiquissima consuetudine & privilegio, de quo *Cranz. lib. 10. Saxon. num. 39. O. C. p. 2. t. 7. Capitul. Ferdin. II. art. 13. III. art. 17. IV. art. 15. Leopold. art. 18. Joseph. a. 17.* ibi: mit rechtlichen oder gütlichen Tagleistungen ausserhalb. *Myler. de Stat Imp. c. 19. num. 3. Limn. l. 4. c. 8. num. 87.* ubi Principes possidentes in causa Juliacensi Imperialem aliquam citationem, ex hoc capite, quod Pragam extra Germaniam evocati essent, nullitatis accusavisse allegat, sed Imperatorem (Rudolphum II.) in particulari responso iis contradixisse *Idem in add. ib.* notat. Decisio ex eo sumenda: *An Praga contineatur sub Germania?* de qua quæst. v. *Schuz. v. 1. D. 10. th. 6. l E. Arum. de Com. c. 5. num. 32. seqq.* Sane si Capitulationis verba: auch andern Unterthanen deß Reichs urgeamus, hodie idem Jus omnibus Imperii subditis datum apparet. 2. quod Principum Procuratores fisci ex usu Judiciorum approbato non cogantur jurare de calumnia, teste *Gail. 1. O. 90. num. 4. Mynſ. 1. O. 74. Klock. tom. 3. Conſ. 193. num. 41. seqq. Roding. Pand. Camer. l. 3. t. 30. in addit. in fin. Novissimus Imp. Rec. de anno*

1654.

1654. §. Uber dieses verordnen wir &c. à corporalis juramenti calumniæ præstatione quoque immunes reddit eorundem Consiliarios. Sed vid. *Mev. p. 5. dec. 237. add. p. 3. dec. 191.* ubi quæstio de ipsorum Officialibus sive Præfectis, Amptleuten / *an illi scil. hac immunitate etiam gaudeant?* Negatur autem, nisi similis reperiatur necessitas, quæ eos ab omni suspicione liberat, qualis in Procuratore Fisci Cæsarei, de quo ipse *Gailium d. l.* intelligit. add. *Myler. d. l. num. 4. 5. 3.* quod Augustissimos habeant Judices.

4. I. Pertinent autem Causæ Civiles Principum regulariter in prima instantia ad Judicium Austregarum, quod est legitima causæ inter certos Imperii immediatos Cives controversæ, coram Judicibus ex Lege Imperii, Pacto familiæ, Privilegio vel præscriptione electis, eum in finem, ut eorum sententia terminetur ac decidatur, instituta disceptatio. Judices ita constituti dicuntur Austregæ à verbo Außtragen / quod idem est ac componere, decidere, definire, weil nemblich etliche dem H. R. Reich ohne Mittel unterworffene Glieder allda ihre zusamen habende Irrungen gegeneinander rechtlichen außtragen / das ist / entscheiden / beylegen und vergleichen.

5. Origo Judicii hujus Austregalis, ut multarum aliarum rerum primordia, controversa est. *Conringius in Diss. de Judic. Reip. German.*

thes. 53. (quem ſequuntur *Burgold. p. 2. D. 20. n. 3. Dn. Textor. ad R. I. noviſs. D. 3. th. 2. ſeqq.*) in diuturnum illud interregnum & turbulenta ac calamitoſiſſima, quæ optimi, prudentiſſimi ac fortiſſimi Principis Friderici II. fata exceperunt, tempora refert, ita inferens: Nulla tempore illius interregni fuerunt judicia publica, neque potuerunt non interea enaſci inter Principes controverſiæ. Sed & poſt interregnum, ad Maximilianum usque, ea fuit Cæſarum imbecillitas, ut Principum multi ab eorum judiciis cauſas ſuas ſuſpendere noluerint. Rara quoque ex eo fuere Regni Comitia, & ſæpè ſatis diu, penes quem eſſet Cæſarea Dignitas, incertum fuit, contendentibus inter ſeſe de illa non paucis ante Bullam Carolinam, ut proindè tam turbulento Reip. Statu coacti fuerint nonnulli Principes alia ſibi quærere judicia. Cum autem Maximiliano Imperatore nova Judiciorum ratio inſtituta, & Cæſar reſtitutam nonnihil vellet ſuam, quam in Principum cauſis dijudicandis obtinuerat quondam, authoritatem, placuit, ut omnium Principum cauſæ ipſis volentibus coram ejusmodi Judiciis (quæ hactenus apud quosdam obtinuerant, non tàm authoritate Reip. quàm ex privato Principum inſtituto) à Cæſare in id confirmatis in prima inſtantia agerentur, conceſſa cuique à lata contra ipſum ſententia ad Summum Camerale ab ipſo Maximiliano Statuum con-

consensu tunc primum constitutum, vel Aulicum Cæsaris Judicium provocandi sive appellandi licentiâ. *Ord. Camer. de anno 1495. tit.* wie Chur-Fürsten/ ꝛc. *in med. de anno 1555. p. 2. t. 2.* §. drauff/ ꝛc. *t. 6. pr. Ord. Jud. Aul. t. 2.* §. dieweil aber/ ꝛc. *sub fin.* Alii autem hæc ipsa judicia Maximiliano ceu primo Authori adscribunt, quos inter *Schubhard. de Austreg. c. 2. n. 49. seqq. Blum. Proc. Cam. tit. 27. num. 8. 9.* quos nequaquam audiendos esse dicit *Conringius*. Ipsi enim, etsi novam aliquam certamque formam iis dederit primus, non rectè constitutionem adscribi, cum disertè *in Ord. Cam. de anno 1495. tit.* wie Chur-Fürsten ꝛc. pr. legatur, welche sonderliche gewillkürte/ rechtliche Außträge gegeneinander haben / die sollen sich laut deroselben gegeneinander gebrauchen. Fortassis autem lis hæc sopiri poterit per distinctionem inter Austregas Conventionales & Legales. vid. *Schütz. C. I. P. vol. 2. Disp. 3. th. 4. lit. A. & B.*

6. Judicium hoc Austregale, ut quodvis aliud, constituunt tres personæ: Reus, Actor & Judex. In Reis autem coram Austregis conveniendis requiritur, ut sint Membra Imperii, immediatè eidem subjecta, quæ nonnisi Imperatorem aut Cameram Judices agnoscant, superiores; Ut verò Rei Status Imper. simul sint, non requiritur, nam Nobiles Imp. Liberi Status non sunt, utut Imperio immediatè subsint, nec nisi Cameram & Imperatorem

Judices superiores agnoscant, & tamen jure Austregarum indubiè gaudent. Neque tamen omnibus immediatè ita Imperio subjectis membris etiam Jus Austregarum statim competit, ut patet ex exemplo Civitatum Imper. Quæ, etsi immediatè Imperio subsint, in Comitiis quoque actualem sessuræ & sententiæ dictionis communicationem habeant, Juris tamen Austregarum regulariter participes non sunt. Dixi *regulariter*, quædam enim ut Norinberga, Ratisbona, Esslinga, Dünckelspüla, Schwinfurtum, Fridberga, Reutlinga, Wormatia, Ulma, Halla-Suevorum, Memminga, & aliæ suas singulares habent Austregas, quas videre licet apud *Reinking. l.2.cl.2. c.16. num. 12. seq. Limn. l.9. c.5. num. 16. Schubhard. cap. 8. num. 15. seq.* vel ex speciali aliquo Cæsaris privilegio vel præscriptione. *arg. O. C. p 2. t. 27. Gail. 1. Obs. 1. num. 20. Knipschild. de Civit. Imp. l. 2. c. 1. num. 55. & 84.*

7. Referuntur ergò huc Electores, tam Ecclesiastici, bonorom suorum, quæ ab Imperio recognoscunt, respectu conveniendi, (ratione personæ suæ enim & quatenus ut Archi-Episcopi considerantur, post Friderici III. Imp. & Nicolai V. Papæ Concordata, imò Transactionem inter Henricum V. & Calixtum II. Pontifici subsunt. *Blum. tit. 26. num. 43.*) quàm Seculares omnes, etiam Rex Bohemiæ, frustra dissentiente *Frid. Lentio de Privileg.*

vileg. Immediat. Sacr. Rom. Imp. Procer. Instant. c. 4. th. 29 seqq. vid. *Dn. Stryck. d. Diss. de for. Austreg. pos. 14. seqq.* Principes (Seculares & Ecclesiastici, etiam ante impetratam ab Imperatore investituram. *Schubhard. de Austreg. c. 3. num. 73. seqq. p. 121. seqq.*) Prælati simplices, Comites, Barones & Nobiles Immediati, die Freye Reichs von Adel/ qui in *Ord. Cameræ* sic distinguuntur, ut dicantur vel primi esse ordinis vel secundi vid. *p. 2. t. 2. seqq.* Primo autem ordini accensentur Electores, Principes & Principali dignitate Illustres. In secundô verò sunt Prælati simplices, (*Num* autem *ob mortem Prælati vacans Capitulum immediatum in causis Episcopalibus etiam privilegiata hac instantia gaudet?* Negat *Gail. 1. Obs. 30. num. 13. Author Decis. Camer. voc. Capitulum.* Affirmat verò post *Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 4 num. 15. Rümelin. ad A. B. p. 2. D. 1. Coroll. 3. Schubhard. c. 3. n. 35. p. 107. Dn. Stryck. d. Disput. num. 29.*). Comites, Barones & Nobiles Immediati. Distinctionis hujus utilitas æstimatur ex utriusque ordinis differentia, quæ hæc est, ut primi ordinis personæ Rei partes sustinentes contra cujuscunque conditionis Actores hoc suo primæ instantiæ privilegio fruantur. *Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. f.* ibi: und sollen solche Außträge/ 2c. Secundi verò ordinis personæ non nisi 1. à primi ordinis actore judicio pulsentur, aut 2. à sui ordinis personis in jus vocentur, *O. C.*

p. 2. t. 3. & 5. eodem gaudeant, extra duos illos autem casus, cessante Austregarum beneficio, vel rectà in Camera vel coram Imperatore sint conveniendæ. *Schütz. v. 2. D. 3. th. 7. lit. H. Stryck. Disp. de for. Austreg. num. 28. Textor. ad noviss. Rec. Imp. Disp. 3. thes. 30. 31.* quæ in Praxi recepta ac in Camera præjudiciis probata opinio, teste *Mynß. 1. Obs. 89. Gail. 1. Obs. 1. num. 17.*

8. Non tantum autem Principes vel Comites, qui jure primogenituræ in avitis ditionibus & paterno regimine successerunt, hoc Austregarum jure gaudent, sed & Appanagiati. *Schütz. d. l. th. 8. l. A. Myler. de Statib. Imp. c. 20. in fin. Dn. Stryck. d. Disp. num. 26. Textor. d. D. th. 44.* Quin & omnes ac singuli eorum liberi sine ullo sexus discrimine, & tàm ante, quàm post adeptam dignitatem nati, ex matre ignobili etiam, patre saltem Principe, Comite, Barone vel Nobili existente, legitimè progeniti, itemque uxores, ex persona maritorum æstimandæ, fori hujus privilegiati sunt participes. *Schütz. d. th. 8. lit. C. D. E. F. th. 9. lit. A. Blum. d. t. 27. n. 43. Schubhard. c. 3. num. 93. seqq.*

9. In Actore, ut immediatus sit, præcisè non requiritur, si Reus immediatus sit Elector, Princeps vel Principali Dignitate præfulgens, ut ex discrimine inter primi & secundi ordinis personas intercedente *num. 7.* explicato

cato claret. At si Prælatus, Comes, Baro, vel Nobilis immediatus judicio impetatur, contra ipsum acturus non tantùm immediatus esse debet, sed simul quoque ex primo vel secundo ordine eorum, qui ex Ordin. Camer. Decreto Jure Austregarum gaudent; hinc si illorum aliquem Civitas Imperialis judicio pulsare velit, non minus ac mediatus, eum in Aula Cæsaris vel Camera Imperiali statim convenit. Num verò & extraneus sive peregrinus Jurisdictionem Imper. neque mediatè, neque immediatè subjectivè agnoscens, si Principem Imperii judicio petere velit, eum coram Austregis convenire teneatur, an contrà Tribunal Cameræ Imp. vel Aulam Cæsaris rectà adire possit? non levi contentione inter Dd. agitatur. Posterius Ord. Camerali *p. 2. t. 2. pr. j. t. 27.* magis convenire existimat Nobiliss. *Dn. D. Grave in assert. de Austreg. assert. 10.* cum *Matth. Stephan. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 3. membr. 3. num. 25. Textor. ad R. I. de anno 1654. Disp. 3. th. 42.* Prius autem frequentiori Dd. calculo probatum est. vid. *Rümelin. ad A. B. p. 2. D. 1. coroll. 4. Schubhard. cap. 4. num. 1. seqq. pag. 167. seqq. Schütz. v. 2. D. 3. th. 10. lit. E. Blum. t. 27. n. 53. 54. Dn. Stryck. de for. Austreg. num. 23.*

10. Judex pro qualitate personarum & varietate casuum variè constituitur. Nam aut primi ordinis personæ conveniuntur, & quidem vel ab immediatis ejusdem Ordinis, vel

ab immediatis aliis dignitate & ordine ipsis inferioribus, Prælatis scil. dignitate Principali carentibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus Immediatis aut Civitatibus etiam Imperialibus, vel à mediatis. Ubi primo casu secundum formam *Ord. Cam. p. 2. t. 2.* præscriptam Princeps actor Principi reo causam scripto comprehensam, sive libellum actionis transmittit, simul requirens, ut Judicio atque Juri se sistat, sive ipsi super inibi memoratis punctis Jus Justitiaque administretur *d. t. 2. pr.* 2. Princeps reus requisitus intra quatuor septimanas ab insinuata requisitione proximas actori alios quatuor Principes regentes, v. *Schubhard. cap. 6. num. 3. seqq.* ex quibus duo sint Ecclesiastici, duo Seculares, omnes ex diversis familiis orti, sine calumnia nominet, *d. tit. 2. §. 1.* nisi velit, ut eum actor pro lubitu suo recta in Camera conveniat. §. *ult.* 3. Ex illis actor intra quatuor septimanas unum pro Judice sibi eligat & electum reo per certas literas denunciet. *ibid. §. 1.* 4. Hunc ambo intra quatuordecim dies proximos pro causæ disceptatione suscipienda, ac termino partibus citandis præfigendo implorent, *d. §. 1.* 5. Electus hoc modo Judex vi Ord. Cam. delatum munus in se suscipere tenetur etiam invitus, nisi causas habeat gravissimas, quæ ipsum excusent, & Judicium in suo territorio adhibitis Consiliariis neutri parti suspectis exercere, causamque sententia

tentia sua celerrimè determinare debet. *d. t. 2. §. 1. inf. §. j. ult. ibid.* v. *Blum. d. t. 27. num. 58. seqq. Textor. ad R. I. novißs. Disp. 3. th. 34. seqq.* Secundo & tertio casu modus constituendi Judicem olim unicus saltem fuit, postmodum verò eorum octo sunt constituti sive præscripti, (quos vulgò octo vias appellant) ex quibus acturus unum eligere potest, quem conventus præcisè admittere tenetur. *O. C. p. 2. tit. 4. §. pen.* nisi Princeps reus probet, se ex consuetudine, usuve, vel privilegio Jus habere, ut non alibi, quàm coram suis Consiliariis, conveniri possit ac debeat, & sic electionem instantiæ penes actores non consistere. *Mynss. 5. O. 1. num. 2. Gail. 1. O. 1. n. 46.* quemadmodum hoc Jure Serenissimum Nostrum Würtembergiæ Ducem ex Privilegio Maximiliani I. Imp. de *anno 1495.* quod refert *Limn. l. 5. c. 10. num. 12.* gaudere constat. Cum autem octo isti modi in *d. O. C. p. 2. t. 4.* (cui addi potest *Blum. d. t. num. 99. seqq. Roding. P. C. lib. 1. tit. 4. de Austreg. c. 3.*) satis planè descripti, hic eos recensere nolo, hoc tamen monendum, quod non omnes æquè actori conducant, adeoque ipsi curæ esse debeat, ut eligat sibi commodiorem. *Schvvanm. Proc. Cam. lib. 1. c. 2. 3. Blum. d. t. 27. num. 99. seqq.* In Praxi maximè tertia & quarta via, videl. de 3. Principibus à reo requisito nominandis, & de impetrando à Cæsare Com-

Commiſſario, frequentantur, teſte *Schvvanm. c. 3. n. ult.* Dein quoad tertium caſum in ſpecie notandum, nihil quidem intereſſe, utrum mediati illi contra Principem acturi proprii ipſius, an alius Principis Imp. ſint ſubditi, *Blum. d. t. num. 52.* videndum tamen omninò eſſe, an ſubditi de Principis ſui nimiâ ſævitiâ vel nimiâ prægravatione ex impoſitis oneribus conquerantur, aut ratione alterius cauſæ civilis eum convenire velint. Poſteriori caſu dicta obtinent. *O. C. p. 2. t. 4. §. fin.* Priori verò, ſi ſubditi narrata veriſimiliter probant, ſecundum *R. I. de anno 1594. §.* So ſoll auch ꝛc. 86. Mandata S. C. (quamvis cautè admodum inibi procedere ſoleant Camerales, nec adeò in eo faciles eſſe, ob rationes, quas exhibet *Mindan. de Mandat. c. 34. num. 1. 2. Gail. 1. O. 17. num. 1.*) in Camera contra Principes decerni ſolent. *Blum. P. C. tit. 34. num. 76. 78.* adeoque Auſtregæ locum non inveniunt. *Textor. ad R. I. noviſſ. Diſp. 2. th. 60.*

11. Aut conveniuntur ſecundi ordinis perſonæ (vid. *n. præced. in princ.*) & quidem vel ab ejusdem ordinis perſonis, vel primi ordinis. Priori caſu modus judicem conſtituendi duplex eſt: Unus ut reus requiſitus tres Principes non ſuſpectos, nec ultra 12. milliaria ab actore habitantes nominet, ex quibus actor unum eligat, qui in cauſa procedat, quemadmodum *in O. C. tit. 4. §. 7.* (remiſſivè ſancitum eſt) O. C.

tit. 5.

tit. 5. pr. Alter est ut Actor à Cæsarea Majestate Commissarium non suspectum impetret, coram quo juxta modum in *t. 4. §. 9.* (remissivè) præscriptum procedatur. *d. t. 5. in fin.* Posteriori casu si sc. Elector, Princeps Prælatum Comitem &c. convenire intendit, itidem duplex judicem constituendi modus præscribitur *O. C. p 2. tit. 3.* (1.) Ut acturus ab Imper. Commissarium non suspectum, dignitate sibi parem, nec à reo conveniendo ultra 12. milliaria Germanica domicilium habentem impetret. *d. t. 3. pr.* (2.) Ut reus conveniendus à Principe actore requisitus tres Electores, Principes vel Principali Dignitate præfulgentes ab actore ultra 12 milliaria domicilii ratione non remotos nominet, ex quibus actor unum in judicem eligendi facultatem habet. *d. t. 3. inf.* vid. omninò *Blum. d. t. 27. num. 92. usque ad num. 98. & num. 149. seqq.*

12. Judicibus hisce Austregariis utrum mandata sive delegata, an verò ordinaria competat Jurisdictio? salebrosa & ambigue disceptata est controversia. Prius affirmant *Gail. 1. O. 1. num. 52. O. 33. num. 3. Schütz. v. 2. D. 3. th. 12. lit. C. ibique alleg.* Posterius probabilius defendit *Schubhard. c. 6. num. 121. seqq. Limn. l. 9. c. 5. num. 44. seqq. Blum. tit. 27. n. 12. seqq. Stryck. de Process. Austreg. num. 5. seqq. Mev. Cons. 106. num. 68.* Conf. *Textor. ad R. I. noviss. Disp. 3. th. 14, 15,* Novissimè *Dn. Uffenbach de*

Judic.

Judic. Imp. Aulico cap. 12. sect. 1. subsect. 1. p. 145. & Dn. Lyncker. hîc in analect. tribuunt ipsis talem jdictionem, quæ in nonnullis participet de natura ordinariæ, in nonnullis delegatæ. Illa autem quæstio, an uti Cameræ Imper. ita quoque Aulæ Cæsareæ Jurisdictio per Austregas suspendatur? hodie satis clarè definita est *Instr. Pac. art. 5. §. 20.* vers. *Visitatio Consilii &c sub fin.* verbis: *Cætera &c. R. I. noviß de anno 1654. §. 168. j. Capitul. Leopold. art. 18. & 32.* ubi, rejectâ negativâ *Paurmeisteri*, affirmativa, quam *Schubhard. cap. 2 Limn. d. c. 5. num. 32. Schütz. d. th. 12. lit. D.* tenent, diserte approbata. Conf. *Textor. d. D. 3. thes. 22. seq.* In Judicio Rothwilensi, ut pariter observentur Austregæ, nullibi cautum, ratio est manifesta, quia ab illo ad Cameram vel Aulam Cæsaream appellare licet, sicque causa impulsiva Austregarum ibi cessat. *Blum. d. t. 27. num. 11. Schubhard. cap. 2. in fin.*

13. Disceptantur in hoc Austregarum Judicio causæ Civiles saltem, quæ per appellationem ad Cameram devolvi possunt. *O. C. p. 2. t. 2. §. 2.* verb. Doch soll keiner Parthey ꝛc. *j. t. 28. §. 1. It. tit. 6. §. 1. Besold. voc.* Außträge ꝛc. non feudales, ceu singulare forum, tam Jure communi Feudali, quam Constitutionibus Imperii, habentes. *Struv. Synt. Jur. Feud. cap. ult. aph. 5. Gail. 1. O. 1. num. 54. & O. 29. num. 7.* nisi ordinarium forum earum cognitio sortiatur. vid.

O. C.

O. C. p. 2. t. 21. §. 2. in fin. Gail. 1. O. 6. num. 7. Schütz. v. 2. D. 3. th. 13. lit. B. Schubhard. c. 5. num. 137. p. 234. nec matrimoniales, utut personæ, quas hæ concernunt, Augustanæ Confessioni sint addictæ. *Reinking. l. 3. cl. 1. cap. 10. num. 37. seqq. Schubhard. cap. 5. num. 64. seqq.* uti bis nuperis annis quoque Inclutam Facultatem Juridicam Illustris nostræ Eberhardinæ respondisse notat Excellentiß. *Dn. D. Grave in Assert. de Austreg. ass. 11.* nec criminales, quia & in iis ratio privilegii cessat, quæ fuit, tribuere Illustribus immediatè Imperio subjectis jus quoque duarum Instantiarum, ut sic oporteat omninò præsupponere ejusmodi primam instantiam, de qua ad Cameram appellari possit. Constat verò causas criminales non involvere duas instantias, sed unam tantum, qua etiam finiendæ sunt. *R. I. de anno 1530.* §. item als etliche Zeit / etc. *Gail. 1. Obs. 1. num. 28. ibi Fabric.* Per consequens ergò nec in priori instantia causarum criminalium discussionem sibi arrogare poterunt Austregæ, *arg. O. C. p. 2. t. 6.* frustrà dissentiente *Ummio Disp. 4. ad Proc. th. 10. num. 51. Limnæo l. 9. c. 5. num. 63. seqq.* 1. ob verba Spruch und Forderung. *O. C. p. 2. t. 2. pr.* vid. *Reinking. l. 2. cl. 2. c. 16. numer. 24. Schubhard. cap. 5. num. 18. pag. 194. seqq. Rümelin. ad A. B. p. 2. D. 1. Coroll. 5. Dn. Stryck. Disp. de for. Austreg. num. 34. seqq.*

14. Et

14. Et adeò quidem præmemoratarum causarum feudalium, matrimonialium, ac criminalium dijudicatio Austregarum Jurisdictioni repugnat, ut ne quidem per modum reconventionis coram iis deduci queant. *arg. l. 3. C. de Jurisdict. j. O. C. p. 2. t. 7. Textor. ad R. I. nov. Disp. 3. th. 80. seqq. junct. Gisebert. de reconvent. cap. 24. num. 14. seqq. Dn. Stryck. Disp. de Process. Austreg. num. 24.* utut reconventio quæ etiam coram judice delegato sibi locum vindicat *c. 1. & 2. de mut. petit.* aliàs quibusdam in casibus in hoc judicio quoque locum inveniat. vid. *O. C. p. 2. t. 4. §.* so dann/ 2c. *in fin. Blum. d. t. 27. num. 143. seqq. Dn. Stryck. d. l. num. 16. seqq.* qui *Blumium* in eo redarguit, quod & in prima ac secunda via. *O. C. p. 2. t. 4.* reconventionem locum habere statuat, ac saltem in septima & octava eam cessare velit; Sed in novissima editione, quæ prodiit *anno 1676. Blumius* ipse jam mentem mutavit, & æquè in primâ & secundâ, quàm in septimâ & octavâ viâ eam cessare tradit, uti & *Schubbard. cap. 7. num. 4. pag. 333.*

15. Causas ac casus cæteros, (*v. n. præced. 13.*) quibus primæ hæ instantiæ cessent, qui pernoscere cupit, adeat eos longâ serie recensentes *Blum. sæpè cit. tit. 27. num. 163. usque ad num. 187. Schutz. d. D. 3. th. 16. Limn. d. c. 5. n. ult.* ad quos L. brevitatis amore remittimus, hoc saltem addito, quod assertum istud, quod reus invito

vito actore Austregis renunciare nequeat, sed in reum ad satisfaciendum Ordinationi per legitima remedia compellere valeat, salva authoritate *Blumii* (vid. ipsum *d. t. 27. n. 49. Schubhard. c. 9. num. 86. seqq.)* tunc obtinere credamus, si singulare aliquod interesse inde actor urgere possit, alias enim cur Imperii Princeps, Comes &c. juri suo renunciare non posset, sicut quilibet plebejus? *arg. l. 29. C. de pact.* præcipuè quoniam sic ratione unius instantiæ lites breviori tempore terminantur, quod ingenui actoris interest; dein ibi enumeratis causis quoque addendas esse censeamus controversias super vectigalibus inter Electores & alios Imperii Status exortas, in quibus scil. Electorum aliquis vel actoris vel rei partes sustinet. *per Cap. Ferd. II. art. 22. Ferd. III. art. 25. Ferd. IV. 24. Leop. art. 24. Joseph. a. 23.* item controversias de Statuum Imper. Præcedentia in sessione comitiali, aliisque Imperii actibus, in quibus solus Imperator Judex. vid. supra *Sect. 1. c. 10.* Omninò autem Austregas hodiè sublatas esse nequaquam admitti potest propter text. *Instrum. Pac. Monast. artic. 5. §. 20. R. I. de anno 1654. §. 105. 168. Capitul. Leopold. artic. 18. 32. Joseph. art. 17. 31.* Eo ipso verò, quod illarum Privilegium haud facile de novo amplius alicui concedendum esse *d. R. I. §. 116.* cautum ac decretum, eas restrictas nemo diffiteri potest.

16. Causas Judicio Austregarum in primâ instantiâ discussas in secundâ ad Cameram Imper. & propter *Jurisdictionis concurrentiam* ad Aulicum Imperatoris judicium pertinere, nemo amplius ambigit, *propter O. C. p. 2. t. 6. pr. O. J. A. t. 2. §.* Dieweil aber ꝛc. *in fin. Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. sub fin. p. m. 61.* Appellatione autem ad summa illa Imper. Judicia haud interpositâ ad quem sententiæ ab Austregis latæ executio pertineat? quæstionis est considératu non indignæ. Eam autem non Austregis, sed Cameræ Imp. competere tradunt *Gail. 1. O. 1. num. 52. Blum. d. t. 27. numer. 204. Schutz. v. 2. D. 3. th. 15. lit. F.* Sed alii dicunt, horum sententiæ apertè refragari *O. Cam. p. 2. t. 4. §.* Zum achten ꝛc. verb. Vor denen Neun die Haupt-Sach und Execution in erster Instanz gehört/ꝛc. ceu quibus expreßè sententiæ in foro Austregarum latæ executio ipsis Judicibus Austregarum concedatur, hincque etiam ipsosmet sententiam suam exequi posse statuunt. vid. Dn. *Stryck. d. Disp. de Proceß. Austreg. num. 37. seqq. Schubb. c. 6. num. 202. p. 312. seqq. Textor. d. D. 3. th. 84. seqq.* vid. verò *Blum. d. l. num. 207.*

17. II. In causis Criminalibus pro delicti genere forum variat. In causa fractæ Pacis Publicæ & perduellionis indubiè Camera & Judicium Imperatoris Aulicum competens est Judex vid. *Ord. Cam. p. 2. t. 9. §.* so jemand/ꝛc.

t. 20.

t. 20. §. weiter ob sich / *ic. Blum. P. C. tit. 29. num. 120.* qui modum procedendi *in seqq.* etiam describit. In cæteris Illustrium immediatorum causis criminalibus equidem pariter utriusque illius Judicii Jurisdictionem fundatam statuit post *Mindan. l. 1. cap. 9. num. 1. & 2. Lampad. p. 3. c. 16. num. 50.* ac ferè etiam *Besold. tr. de appellat. c. 7. num. 4.* Sed si hoc illorum assertum ad veritatis trutinam revocaveris, oppidò deprehendes, id parum habere ponderis. Primò enim quoad Cameram disertè refragatur *O. C. p. 2. t. 22.* ibi: allein Malefiz-Sachen ausgenommen. Secundò non opus fuisset speciali dispositione in *Ord. Cam. p. 2. t. 9.* super causa fractæ Pacis Publicæ, si in omnibus causis criminalibus Camera fundatam haberet Jurisdictionem. Tertiò, si Camera haberet Jurisdictionem in Criminalibus, aut haberet eam unà cum potestate exequendi, aut sine ea. Priori modo non habet. *O. C. p. 1. t. 50. §. fin.* sed nec posteriori. Haud enim potest Camera ad quenquam remittere reum puniendum, tùm quod omnes concives habeat, & par in parem nequeat imperio uti, tùm quod plus dare non possit Camera, quam ipsa habeat. Ita ergò manis prorsus esset Jurisdictio Cameræ executione destituta. Quam ob causam quoque in *d. §. fin.* quoad Personas Camerales distinguitur, utrum illæ ita deliquerint, ut puniendæ sint pœna corporis affli-

ctiva, annon? Et posteriori casu ordinaria jurisdictio & executio Cameræ conceditur; Priori autem ne quidem jurisdictio, quod enim dicitur, daß Cammer-Richter und Beysitzer gute Erkundigung dessen haben sollen / non de judiciali & ordinaria, sed summariâ & qualicunque cognitione accipiendum. Diss. *Bechman. ad A. B. c. 11. Ex. 6. n. 42. p. m. 158.*

18. Cum verò prædicti Authores *Mindanus* nim. & *Lampadius*, objiciunt 1. ex *O. C. p. 2. tit. 27.* quod jurisdictio Cameræ generaliter concessa in omnibus immediatorum causis specialiter non exceptis fundata. Causæ criminales autem nullibi in *O. C.* excipiantur, proinde regulæ generali tamdiu standum, donec exceptio probetur. 2. ex *O. C. p. 2. t. 28. §.* Nachdem ꝛc. quod ibi saltem prohibeatur, ne appellationes in causis criminalibus recipiantur, quoniam eas recipi generalis consuetudo improbat. Cessante ergò hac causâ in devolutione causarum per simplicem querelam cessare etiam debeat effectus. Et si generaliter causæ criminales non pertinerent ad Cameram, haud opus fuisset, ut speciatim de appellationibus disponeretur. 3. Præjudicium in der Grumbachischen Sach apud *Sleidanum continuatum.* 4. Quod causa nullitatis in Processu Criminali admissæ etiam principaliter intentanda ad Cameram deferatur, juxta *O. C. p. 2. t. 28.* Facilis ad hæc est responsio. Et ad 1. quidem Resp. quod

quod causæ criminales propriè sic dictæ omninò à Cameræ jurisdictione sint exceptæ, satis superque ex allatis in contrarium textibus & rationibus, quibus addi potest text. *R. I. de anno 1594.* §. Ebener massen ꝛc. *68.* patere, itaque *O. C. p. 2. t. 27.* de causis civilibus intelligendum esse, tantò magis, quod ibi disertè fiat mentio jurisdictionis, quâ concessâ merum Imperium aliàs haud concessum intelligi, sed specialem requirere concessionem tradunt Dd. Ad 2. Resp. 1. argumentum invertendo h. m. si causæ criminales non possunt devolvi ad Cameram per appellationem, multò minùs in primâ instantiâ de iis cognoscere poterit. Ea enim non ita privilegiata est, quam altera, quæ per appellationis Processum instituitur, & propterea non immeritò præsidium innocentium & theriacum contra venena judicum nominari solet. vid. *Tabor. ad Barbos. l. 1. c. 73. ax. 2.* 2. Ibidem consuetudinem Imperii confirmari, proinde quod in consuetudinem non prodiit, nec confirmationem illam tenere posse. 3. Cessante causa impulsiva non statim cessare effectum. *Everh. à Middelburg. loc. à cessat. rat. 81. num. 4.* 4. Diversa esse, super appellatione in criminalibus cognoscere, & immediatam super crimine cognitionem habere. Cognitio super appellatione non tàm esse videtur super ipso crimine, quàm sententia Judicis. Speciali itaque de non recipienda appellatione in-

terdictione opus fuisse, ne forte Camera illam ad se pertinere existimaret, utut ipsa de criminibus in primâ instantiâ cognoscere non posset. Ad 3. Resp. ibi de fractâ Pace Publicâ actum fuisse. Ad 4. Resp. querelam super nullitate judicium civile magis esse, quàm criminale, quia ibi saltem de Processu, non de meritis causæ criminalis quæritur, & nullitate deprehensâ, causa principalis ad judicem ordinarium, ut formiter ac legitimè secundum Constitutiones Criminales Carolinas in ea procedat ac judicet, remittitur. *Blum. tit. 43. num. 13. & t. 56. num. 26.*

19. Nec firmiori stare talo sententiam *Ummii Disp. 4. num. 51. Ziegleri in Comm. concl. ad Aur. Prax. Calvol. §. Austregas. concl. 3. Bechmanni ad A. B. Exerc. 6. num. 44. p. 157.* & aliorum, qui forum Austregarum hîc competens esse forum adstruunt, ex iis, quæ supr. *num. 13.* deducta, liquet. *Conf. ibi alleg.* Et quamvis aliàs illi optimè docere dicantur, qui benè distinguunt, vereor tamen, ut hîc distinguentes: an Illustres immediatè Imperio subjecti in proprio deliquerint territorio, an in alieno, & illic Imperatorem, hîc Dominum territorii judicem competentem constituentes, magno numero allegati *à Schubbardo c. 5. num. 40. p. 203. & seqq.* quibus adhuc addi potest *Stamler. de Reservat. §. 37. num. 3. Schütz. v. 3. D. 3. th. 13. lit. D. & D. 7. th. 6. lit. E.* benè distinguere dici pos-

possint, & in optime docentium numerum referri mereantur; quanquam etiam nonnulli posteriorem casum limitent, si in ipsam Domini territorii personam delictum fuerit commissum; alii verò distinctionem istam tum demum procedere agnoscant, si delinquens in flagranti crimine deprehendatur. vid. *Schubbard. d. l.* Qui autem sub illa distinctione delinquentis Curiæ in proprio territorio patrati criminis cognitionem deferunt, planè non sunt audiendi; Iniquum enim est aliquem suæ rei judicem fieri, propter affectionem ad propriam causam & inde orientem adversam suspicionem, qua sine omninò Judicia procedere oportet. *l. 16. C. de judic. Ziegler. Dicast. §. de Offic. Jud. concl. 12. §. 2 seq.*

20. Probabilior videtur illorum opinio, qui Illustres immediatè Imperio subjectos forum in causis criminalibus propriè sic dictis, exclusis omnibus his ab aliis assertis Judicibus, coram Imperatore accersitis in Consilium Principibus cognitionem suscipiente omnimodò sortiri statuunt. Probatur ea 1. ex vetusta Friderici II. Constitutione, quam his referunt verbis ex *Londorp. Tom. 1. Act. Publ. c. 5. pag. 33. n. 13.* Wo es aber Fürsten / und andere hohe Leuth an Ihr Leib / an Ihr Ehr / oder Recht ꝛc. gehet / daß wollen wir (Röm. Kaiser) selber richten / auff die Weiß / wie es in dem Heil. Reich von alten Zeiten herkommen / i. e. in Consilio Principum

2. ex Constitutione Alberti I. apud *Goldast. p. 2.* Reichs-Satzungen. *f. 27.* in qua hæc iterum occurrunt verba: Daß deß Reichs Hof habe einen Richter / der ein Freymann sey / und die Leuth richten soll / die Ihm Klagen von allen Leuthen / ohne Fürsten und andere hohe Leuth / wo es gehet an Ihr Leib oder an Ihr Ehre / ꝛc. Et 3. firmatur antiquissimo Imperii usu & observantia, ad quam provocat Fridericus II. Imp. *d. Constit.* Invaluerat enim jam ante ipsius tempora Jus illud, quod vulgò nostro idiomate vocant das Fürsten-Recht / cujus vigore Imperator in causis, ipsos Principes, eorumque bona, honorem aut vitam concernentibus, absque consilio & votis Principum nihil statuere valuit, testibus Henrici III. IV. V. Friderici I. Ottonis IV. aliorumque Impp. exemplis, de quibus *Conring. D. de Judic. Reip. Germ. th. 40.* 4. Etiam hodiernæ Reipublicæ nostræ formæ ex Monarchia & Aristocratia mixtæ, ac novioribus Imperii Legibus benè congruit, ceu quæ requirunt, ut in causis majoribus & unde tumultus in Imperio facilè timeri possunt, quorundam Electorum & Principum sententiæ & vota requirantur. v. *Instr. Pac. Osnabr. art. 5. §. 20. vers. Quoad Processum &c. Capit. Ferdin. IV. art. 40. Leopold. art. 39. circa fin. Burgold. ad Instrum. Pac. p. 2. Disp. 20, th. 13. Textor. ad R. I. noviss. Disp. 1, th. 72.*

21. Cæ-

21. Cæterum hæc, quæ hactenus de foro Illustrium immediatè Imperio subjectorum in civilibus & criminalibus dicta, Dd. communiter limitant, quoad causas & controversias inter Ipsos & Legatos eorum in Comitiis congregatos exortas, quas Vice-Mareschallum Hereditarium de Pappenheim, nomine Archi-Mareschalli ex veteri instituto decidere & executioni mandare tradunt. vid. *Bertram. de Comitiis. concl. 60. Arüm. de Comit. cap. 6. num. 42. 43. Schütz. v. 1. D. 10. th. 11. lit. H.* Addunt ipsi desuper à Civitatibus, in quibus Comitia habita, diu litem motam in Summo tribunali etiam agitatam, eandem verò primum Decreto Rudolphi II. Imp. in Comitiis Augustanis *An. 1582. d. 17. Sept.* facto compositam, sed quoniam Civitates se gravatas crediderint, eas protestando intervenisse, ac in eventum appellationem ad Electores (excepto Saxonico) Principes & Status Imperii, ad quos definitionem hujus controversiæ pertinere persuasæ, interposuisse, sicut utriusque monumenti formula apud *Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. num. 85.* reperiatur. Inde Commissarios ab eodem mox Imperatore, cumque nec tum res exitum sortita, postea quoque à Matthia constitutos, Bavariæ ac Würtembergiæ Duces, tandem per Legatos suos *d. 5. Novembr. 26. Octobr. Anno 1614.* partibus controvertentibus Augustam vocatis, certa transactionis lege, ut alia ejus gene-

ris, ita hoc quoque jus, quale sit, in apricum posuisse. Ast si paulo attentius illius *Transactionis §. tertium*, quo controversia de Jurisdictione in Comitiis exercendâ definita, inspiciam, nullam ibi Vice-Mareschallo in ipsos Imperii Status, eorumve Legatos Jurisdictionem tributam invenio, verba enim de ipsorum saltem Ministris & Officialibus sunt concepta, inque illos tantum eam ipsi concedunt. Juvabit ipsam Compositionis formulam quoad hanc partem, ut res clarius patescat, referre. Ea autem ita habet: **Was zum dritten / die biß anhero entzwischen obgemeldten Partheyen bestrittene Jurisdiction in Civilibus über der Reichs-Stände oder deren Gesandten / wie auch der frembden / und ausser Reichs gesessenen Potentaten / oder Ihrer Bottschafften Diener und Gesinde / ꝛc.** Et post: **Was aber criminalem Jurisdictionem belangen thut / ist es folgender massen mit solcher zu halten / daß der Reichs-Erb-Marschall dieselbe über der Stände und deren Gesandten / wie auch der fremden Bottschafften Diener und Gesinde mit folgender Maaß haben / und zu exerciren berechtigt seyn soll / ꝛc.** vid. totam Compositionis formulam apud *Bertram. d. l. th. 61. Arum. d. l. num. 59.*

22. III. In causis matrimonialibus autem Principes Imperii nostri Romano-Catholicæ addicti religioni spontè sese Romani Præsulis submittunt Judicio. Postquam enim ille Re-

ſe Regnum in Eccleſia occupavit, ac cùm vi, tùm aſtutia, Vicariatûs Chriſti prætextu, ut omnis in toto propè Chriſtiano orbe circa Sacra poteſtas ipſi ſoli permiſſa fuerit, obtinuit, etiam matrimonialium cauſarum cognitionem ad ſe pertraxit, & ne res colore deſtitueretur, Matrimonium Novi Teſtamenti Sacramentum à Chriſto inſtitutum eſſe finxit, anathema minatus omnibus, qui id unquam negare, ac, quod cauſæ matrimoniales non ſpectent ad Judicem Eccleſiaſticum, aſſerere auderent. vid. *Concil. Tridentin. Seſſ. XXIV. Can. 1. & 12. Petr. Suavis Hiſtor. Concil. Trident. lib. 8. p. 876.* Morem igitur hactenus huic Pontificis Decreto dogmata ejus ſequentes & ipſum pro generali ἱερομοnarcha venerantes geſſerunt, atque illi ceu ſupremo in cauſis Spiritualibus Judici in præſentem usque diem controverſias ſuas matrimoniales juxta Canones decidendas ultrò ſubmiſerunt, in gradibus prohibitis conjugia inituri etiam hucusque ex Romana Curia diſpenſationem petierunt, quam pro cauſarum gravitate aut levitate Illa nonnunquam Nunciis Apoſtolicis, Archi-Epiſcopis aut Epiſcopis delegavit, ut plurimum vero Ipſa indulſit, prout varia diſpenſationum exempla, quæ non ſolùm Imperii noſtri Principes, cæterique Illuſtres Immediati ejus Cives, ſed & alii Principes ac Reges in Illà paſſim impetrarunt, abundè comprobant

probant. vid. *Bucholtz. in Respons. pro matrimonio Princip. cum defunct. uxor. soror. num. 644. seq.* Modo autem non Curia ista Romana ultra Juris Positivi terminos hanc dispensandi potestatem extendere præsumeret, sed ostendunt eheu! exempla, eam sine ullo pudore non tantummodo in Magnis Principibus, sed etiam Nobilibus & inferioris notæ personis in gradibus Jure divino ac naturali prohibitis indies dispensare, acsi ei simul & in cœlo & in terra absolutum Imperium, ac summa atque libera ab omnibus vinculis nullâ regulâ aut lege constricta potestas cessisset. vid. *Myler. in Gamalog. Illustr. c. 8. num. 5.* In quod proindè merito acriter invehunt cum Theologis Augustanæ Confessionis nostrates pariter JCti, pro immoto ponentes principio, prohibitiones divinas ac naturales nullam admittere dispensationem, quia sunt universales & immutabiles, & nihil addendum, nihilque auferendum ab iis, quæ DEUS præcepit. *Deuter. 4. vers. 2. Matth. 5. vers. 17. Luc. 21. vers. 33.* Ac quemadmodum DEO & naturæ nemo in his terris imperare, ita quoque nemo horum legibus exui, nec dispensando quisquam easdem removere potest. *Gerhard. Loc. de Conjug. §. 307. seqq. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. part. 2. de matrim. ad Canon. 31. Kitzel. Synop. matrim. cap. 2. theor. 2. Carpzov. Juris-*

Jurisprud. Consist. l. 2. d. 109. Myler. d. c. 8. n. 2. seqq. ibique alleg.

23. Ubi autem Illustres Imperii nostri Archontes Augustanæ Confessionis addicti, qui asperum Pontificiæ Dominationis jugum in Ecclesiasticis jam dudum excusserunt, & suspensâ per Transactionem Passaviensem, *de anno 1552.* ac *anno 1555.* subsecutam Religionis Pacificationem, *R. I. de d. anno 1555. §.* damit auch/ꝛc. *20. seqq.* insertam, in terris eorum Jurisdictione Pontificum, Jus circa Sacra in partem Superioritatis territorialis receperunt, sic, ut ipsi illud nunc iterum, ut olim, antequam violentiæ Papales iis istud dubium fecerant, quasi possideant, jureque Superioritatis territorialis in terris ac ditionibus suis exerceant, & nec Pontifex, nec Episcopi, eorumque Officiales ullam amplius cognitionem circa causas religionis ibi sibi vindicare queant, *Instrum. Pac. artic. 8. pr.* verb. *libero Juris territorialis tam in Ecclesiasticis, quàm Politicis exercitio, &c.* ubi, inquam, illi in causis matrimonialibus forum sortiantur? ardua & Dd. certaminibus clara, difficultatumque plena est quæstio, quam Cæsareæ Majestatis & Statuum Imp. decisione indigere ait *Vultej. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss. num. 49. in fin.* Videntur autem nobis in difficilis hujus quæstionis dispectione initio duo consideranda & ab invicem separanda esse casus: Aut scil. res est

inter

inter partes utrinque consentientes, dum nimirum duæ Personæ Illustres immediatè Imperio subjectæ A. C. addictæ versantur in terminis matrimonii per dispensationem in gradu prohibito contrahendi; aut lis & controversia contentioso judicio terminanda inter duas Personas Illustres immediatè Imperio subjectas illius religionis de matrimonio vel contrahendo, vel quoad ipsum vinculum propter adulterium aut malitiosam desertionem dissolvendo, existit. Cum enim Principes non tantum generis nobilitatem, formæ elegantiam, & auri sacrum blandimentum, sed vel maximè, ut per affinitatem vicinorum Principum fœdera firmentur, Pax stabiliatur, Principatus ad colum delapsuri accessio speretur, aut in aliam familiam translatio impediatur, in eligenda Conjuge spectare soleant, facile fieri potest & nonnunquam fit, ut Principes, aliique Illustres Imperii Archontes A. C. arctiori consanguinitatis aut affinitatis vinculo sibi junctas in pares thori socias expetant, nec hæ quoque connubio stabili se illis jungere discupiant, sicque æquè frequenter, ubi ipsi in causis matrimonialibus dispensationem petere debeant? quàm quis in controversia de matrimonio vel contrahendo vel dissolvendo inter ipsos suborta competens sit Judex? in quæstionem veniat.

24. Olim autem in Republ. Romana, reducta

ducta Monarchia, jus dispensandi in gradibus prohibitis Imperatoribus proprio jure competiisse, ex *l. 31. l. 57. §. 1. de R. N.* plusquam apertè constat. Idem jus dispensationis in matrimonialibus in Imperio nostro Roman. Germanico Reges ac Impp. nostros quoque quondam habuisse, ac, antequam Pontifices Romani Hildebrandina tyrannide acti Imperatorum jus circa Sacra invaserunt, & velut partem ejus cognitionem in causis matrimonialibus sibi quoque arrogarunt, citra cujusquam contradictionem quietè exercuisse, intrepide affirmaverim. Constat enim & ipsos non minus de rebus Sacris quàm Prophanis regia authoritate jura dixisse ac constituisse. vid. Capitularia Caroli Magni, & Ludovici Pii cum cæteris, quæ supersunt *à diligentissimo Viro Friderico Lindenbrochio* edita. Nec quàm masculè etiam post tempora Hildebrandina Imperatorum aliqui, & imprimis Ludovicus IV. Bavarus, tàm Jus circa Sacra, quàm hanc Juris sui partem, quæ consistit in dispensatione super gradibus consanguinitatis vel affinitatis Jure Positivo prohibitis, in pristinam libertatem vindicare studuerit, quodque illustre ejus, inter Illustres Ludovicum Marchiones Brandenburgiæ, & Margaretham Ducissam Carinthiæ, ediderit specimen, quenquam latere arbitror. Qui instrumentum sive Diploma Dispensationis inter-

dictas

dictas Illustres Personas matrimonialiter copulari volentes per laudatum Imp. Ludovicum factæ videre gestit, illud reperiet apud *Goldastum tom. 2. Monarchiæ S. Rom. Imper. p. m. 1385.* qui & *Tract. de Jurisdictione Imp. in causis matrimonialibus*, pro eâ contra Pontificem defendenda à *Guilhelmo de Ockam, Anglo, ex Ordine Minorum, conscriptum in tom. 1. Monarchiæ p. m. 21. seqq.* exhibet. Sed cum fastus & protervia Hildebrandina tamen tandem obtinuerit, Pontifices cum plurimis circa Sacra Juribus hanc quoque in gradibus Jure positivo prohibitis dispensandi potestatem sibi sumpserunt, eamque de facto magis quàm jure, inter omnes, Imperii nostri etiam Principes, & alios Illustres ejus Cives, usurparunt, quoad superiori seculo Ecclesiastica Pontificis & Episcoporum Pontificiorum Jurisdictio per Transactionem Passaviensem & insecutam Pacificationem Religiosam quoad Protestantes quiescere jussa. Ex eo enim ipsi à Pontifice dispensationem petere meritò recusarunt.

25. Sed à quo casu eveniente eam petent? Multi Principes, aliosque Illustres immediatè Imperio subjectos Archontes Augustanæ vel Reformatæ religioni addictos, (vid. *Instrum. Pac. art. 7.*) si nuptias in gradibus Jure Positivo prohibitis contrahere velint, id absque ulla dispensatione facere posse ex restituto ipsis Jure

Sacro-

Sacrorum concludunt. vid. *Arithmæus in Peric. Academ. 2. Disp. de gradib. probib. fol. 35. Besold. 1. Pol. 3.* Et ita consuetudine inter Illustres receptum esse testatur *Carpzov. J. C. lib. 2. tit. 7. d. 110. num. 2.* ut matrimonia in gradibus Jure Positivo prohibitis sine prævia dispensatione contrahant, cum ipsi eo haud teneantur; Neque hoc illis invidendum esse addit, cum enim eos ob pacem, salutem, conservationem regionum, propagationem familiarum, & bonum publicum cautè agere, & qua ex gente uxores ducant, sedulò circumspicere oporteat, matrimonia ipsorum in gradibus jure positivo prohibitis contracta illegitima censeri posse minimè, cum ipsimet eo sint superiores, nec ob æqualium paucitatem tam facilè conjugia genere & splendore suo condigna invenire queant juxta *Gerhardum in Loc. de Conjug. §. 346.* Quod & Celsiß. Princeps Gustavus Adolphus, Dux Mecklenburg. in Protestatione & Contradictione contra Celsissimum Principem Christianum, Ducem itidem Mecklenburg. in puncto divortii prioris matrimonii & superinductionis alius Conjugis, (Ducissæ scilic. de Chastillon) his significat verbis: *Quodque observantia Rom. Imperii idipsum inter Principes Personas A. C. citra ullam dispensationem sustineat &c. Diar. Europ. Part. 11. pag. 529.* Indeque rarius hucusque auditum esse dicit *Myler. in Gamol. Person. Illustr. c. 8.*

num. 6. tales cauſas inter Proceres Imperii in judicium fuiſſe productas. Quia verò nonnulli exiſtunt caſus, de quibus diſceptatur, num Jure divino quoque prohibiti ſint, necne, e. c. an uxoris defunctæ ſororem ducere liceat? an comprivigni matrimonio conjungi poſſint? conſultius ac tutius eſſe ducunt accuratiores Juris Publici Scriptores, ut Proceres noſtri circa talium dijudicationem vel proprium Conſiſtorium, vel probatum Collegium Theologicum ac Juridicum in alma Univerſitate adeant, indeque Conſilium ac Judicium capeſſant, num ſine conſcientiæ vulnere tale matrimonium inire poſſint, necne? vid. *Myler. Gamol. Perſ. Illuſtr. c. 8. n. 6.*

26. Poterunt inſuper majoris ſecuritatis gratia extraneorum Theologorum ac JCtorum adhibere conſilium, vel alterius Principis Conſiſtorii ſententiam requirere, vel etiam, prout hodie ut plurimum fieri conſuevit, inſignes Facultates Theologicas ac Juridicas de conſilio & ſuffragio ſollicitare. Quod ſi jam vel Conſiſtorium, vel etiam Theologi ac JCti requiſiti, causâ probè ac penſiculatè ponderatâ, mentis ſenſa publicaverint, & juſtam ſubeſſe diſpenſationis cauſam, quæ utique ſæpius ac frequentius in matrimoniis Magnatum, quam humiliorum apparet, reſponderint, illæſa conſcientia Illuſtres Imperii noſtri Archontes A. C. nuptias in gradu prohibito contrahere poſ-

possunt, modò non Jus divinum & naturale contrarientur, quippe quorum prohibitionem nec Pontifex, nec alius Superior dispensandi Jus habens relaxare potest. *c. 13. X. de restit. spoliat. c. sunt quidam. c. 6. c. 25. q. 1. Covarruv. p. 2. tom. 1. c. 6. §. 9. num. 10. Harpprecht. ad §. 11. Inst. de nupt. num. 22.*. Atque hæc de casu primo.

27. Altero casu, quando nim. controversia matrimonialis contentioso judicio terminanda inter duas Illustres personas, quæ Imperio immediatè subsunt, existit, & principaliter de substantia, juribus & viribus matrimonii disceptatur, sive de ipso matrimonii vinculo vel constituendo vel dissolvendo agitur, (nam si saltem de accidentalibus aut consequentibus matrimonii, veluti de dote, de donatione propter nuptias, de sævitia mariti, de alimentis &c. lis sit, vel si Judicio possessorio ad possessionem matrimonii conjuge thoro expulsa interruptam redintegrandam agatur &c. ad Judicem secularem & ordinarium, qui inter personas Illustres immediatè Imperio subjectas vigore *O. C. p. 2. t. 2. seq.* Austregæ, cognitionem spectare, omnes ferè agnoscunt. vid. *Reinking. de R. S. & E. lib. 3. cl. 1. c. 10. num. 20. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 4. num. 32. Bocer. tr. de Jurisdict. cap. 3. num. 47. & Blum. tit. 43. num. 17.* Et id intellexit etiam Princeps Mecklenburgica, ideoque in tali casu Judicio Ecclesia-

stico exceptionem fori declinatoriam opposuit, teste *Diar. Europ. P. 11. p. 548.* in verbis: Und umb so viel mehr / weilen man noch zur Zeit in solchen terminis nicht versirt / darüber ein Geistliches Gericht cognosciren könte / massen unsere Strittigkeit das vinculum matrimoniale an sich selbsten nicht / sondern nur zeitliche Güter / sævitiam maritalem, Beschützung wider Gewalt und Verschaffung der Alimenten betrifft ꝛc.) quoad forum competens res admodum est dubia propter ingens sententiarum divortium.

28. Quidam enim 1. & hic parti promissa implere volenti viâ facti procedere, & innocenti ac desertæ propria authoritate vinculum matrimonii ob adulterium & malitiosam desertionem dirimere licere existimant. Sed vid. *Dn. D. Bardili Dissput. de Divort. ex causa desert. th. 20.*

29. II. Nonnulli harum causarum cognitionem adhuc hodie ad Pontificem, eique adhærentes Episcopos pertinere contendunt, quia 1. in *Pace Relig.* Jurisdictio Ecclesiastica Pontificiorum nullibi quoad illas disertis verbis reperitur suspensa. 2. *Rec. Imp. de anno 1555.* §. Damit auch obberührte ꝛc. *20.* certi casus, in quibus ea suspensa est, commemorantur, qui tanquam exceptiones à regula, vigore cujus causæ Spirituales & Ecclesiasticæ ad cognitionem Episcoporum pertinent. *c. 1. 2. & 12. X. de*

for.

for. compet. in reliquis casibus non exceptis, ut causis matrimonialibus in prædicta *Pace Relig.* non expressis, regulam confirmare videntur. 3. Expressè inibi adjecta est clausula reservatoria: Aber in andern Sachen und Fällen der Augspurgischen Confession/ Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebräuch und Bestallung der Ministerien nicht anlangende/ soll und mag die Geistliche Jurisdiction durch die Ertz-Bischöffe/ Bischöffe/ und Prälaten ꝛc. hinfüro unverhindert exercirt/ geübt und gebraucht werden ꝛc. quæ elusoria futura, nisi ad matrimonialia negotia pertinere dicatur. Hancque sententiam, utpote Episcoporum Catholicorum Jurisdictioni quàm maximè faventem, ante Pacificationem Westphalicam Dillingenses in *Compositione Pacis* præ cæteris comprobare, Episcopi verò in actum quovis modo deducere laborarunt, prout ex Gravaminibus Protestantium *Anno 1646. Mens. April.* in tractatibus Pacis propositis apparet, ibi namq; inter alia hæc invenitur querela: Daß sich die Geistliche und Catholische Ertz- und Bischöffe und andere Geistliche unterstehen/ die Evangelische Stände/ an theils Orthen/ in Ehe- und andern Sachen vor Ihr Geistliches Gericht zu ziehen. Ast omninò Jurisdictionem Ecclesiasticam Pontificiorum in causis matrimonialibus quoque quoad Protestantes per saluberrimam Pacis Religiosæ Constitutionem suspensam esse, pluribus egregiè

deduxit *Referens* in causa Dortmund contra Officialem Coloniensem ap. *Gylman. in Symph. tom. 1. part. 1. tit. 3. in vot. ad Supplic. 8. fol. 187. seq.* ubi etiam mandata S. C. contra Episcopos Rom. Catholicos, Evangelicos in harum causarum cognitione turbantes, decerni testatur, quemadmodum quoque tum factum in d. *Causa* Dortmund contra *Officialem Coloniensem*, it. in *causa* Mompelgard contra *Archi-Episcopum Vesontinum 8. Jan. 1560.* & Memmingen / contra Chor-Gericht zu Augspurg *7. Maji 1589.* teste post illum *Henric. Bruningio de Var. Univ. Specieb. concl. 20. lit. b.* Atque hoc etiam manifestè confirmat *Instrum. Pacis Cæsar. Suec. art. 5. §. 16.* ubi vera & genuina mens *d.* §. Damit auch abberührte ꝛc. *20.* declaratur, scilic. totam Jurisdictionem Ecclesiasticam cum omnibus suis speciebus suspensam esse debere.

30. III. Alii in hujusmodi causis matrimonialibus Cameram Imperii competentem faciunt Judicem, 1. ex eo, quod non amplius matrimonium inter Protestantes pro Sacramento & re spirituali colatur, sed pro re merè seculari habeatur. *Burgold. p. 2. D. 20. num. 15.* 2. quod Camera communi Cæsaris & Statuum Imperii, quos inter quoque multi Principes Ecclesiastici, de causis matrimonialibus cognoscendi & statuendi jus habentes, consensu fuerit instituta, eoque Jurisdictionem suam etiam Imperatori & Statibus Imperii simul acceptam

ferat,

ferat, ut adeò dijudicatio causarum matrimonialium, etiam ubi de ipso vinculo & substantia matrimonii agitur, ad Cameram optima ratione referri posse videatur, licet pro mixtis habeantur. Hancque sententiam in his, quibus privilegiata Austregarum instantia non competit, admittit *Petr. Frid. Mindan. de Proc. l. 1. c. 10. num. 2.* cui suffragatur *Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 4. num. 48.* in verbis: *Ex eodem fundamento neque Cameræ neque Austregis inter Protestantes cognitionem hodiè denegare possumus &c.* Qui idem repetit in *Part. 2. Dec. Wismar. 365. num. 16. 17.*

31. Sed alii probabilius Cameræ in causis matrimonialibus ipsam matrimonii substantiam concernentibus Jurisdictionem competere negant. Nam primò certum est, illam ipsi in erectione ac fundatione concessam non esse, utut etiam Principum Ecclesiasticorum Rom. Catholicæ religionis consensu accedente instituta fuerit, iisdemque non minus, quàm Imperatori & A. C. Statibus eam, quam habet Jurisdictionem, acceptam ferat. Nam illi Jurisdictionem suam Ecclesiasticam, quam non ab Imperio, sed à Pontifice jam tum recognoscebant, eidem non communicarunt, nec sine consensu Pontificis communicare potuerunt. Neque 2. per Jurisdictionem Ecclesiasticam Pontificiorum quoad Status A. C. suspensam postea in eam quidquam translatum est, per

quod nunc Ipsius Jurisdictio in causis matrimonialibus inter A. C. Archontes vertentibus fundari possit, imò per illam suspensionem, si quid Cameræ antea à Rom. Catholicis concessum fuisset, potius exspirasset. Nec 3. à nostratibus omnibus pro merè secularibus causis habentur causæ matrimoniales, sed à plerisque mixtis accensentur, quoniam in iisdem se plura diversa Jura sistunt, mutuasque sibi invicem tradunt operas, Jus nimirum Divinum, Jus Canonicum, Jus Gentium, Jus Civile, Jura Statutaria ac Provincialia, unde non possunt non oriri causæ mixti fori, tàm à Judice Ecclesiastico, quam Seculari judicandæ. *Haveman. Gamol. lib. 2. tit. 1. pos. 3. 4. & 6. Kitzel. Syn. Matrim. cap. 10. theor. 8. Carpz. J. C. l. 2. def. 1.* 4. Etiam Camera post Pacem Religiosam expresse ab harum causarum cognitione exclusa est per *Memoriale Visitat.* in Comitiis Spirensibus *8. Dec. 1570.* erectum, cujus mentionem facit *Petr. Denais. ad Jus Camer. §. 187.* in verb. *Matrimoniales causæ. Reinking. l. 3. cl. 1. c. 10. num. 34.* quodque in *Cod. Recessuum Visitat. Cam. anno 1686. typis exscripto* extat *pag. 86. seq. §. 7.* Denique 5. ipse Burgoldensis fatetur Praxin Cameralem causas has nondum recepisse, & sanè secundum dicta quoque vix est, ut recipere eas possit. Conf. *Blum. tit. 43. num. 14. Roding. lib. 1. tit. 31. num. 5. Limn. l. 4. c. 8 num. 92. Dn. D. Bardili cit. Disput. th. 14.* Cùm igitur causarum harum dijudicationem sibi

ſibi Camera vindicare nequeat, nec IV. Auſtregis illa tribui poterit. arg. eorum, quæ dicta ſunt ſupra *num. 13.* & quæ contra *Mindanum l. 1. c. 10. num. 4.* & *Zieglerum ad Aur. Prax. Calvoli. §. Auſtrega. concl. 2.* quibus noviter acceſſerunt *Limn. l. 4. c. 8. num. 96. Mevius ad J. L. lib. 1. tit. 4. num. 48. & p. 2. d. 365. num. 16.* ac *Wurmſer. Exerc. 5. quæſt. 26.* deducit *Schubhard. cap 5. n. 64 ſeqq. Reinking. d. l. n. 37. ſeqq.*

32. V. Alii cauſarum matrimonialium Immediatorum A. C. cognitionem ad Imperatorem pertinere ſtatuunt, ſanè non ſine ſpecioſis rationibus. Conſtat enim non tantùm Veteres Romanos, ſed & noſtros Romano-Germanicos Imperatores de cauſis matrimonialibus quondam ſuo jure cognoviſſe. Clara illius veſtigia extant in Legibus ac Reſcriptis Corpori Juris Juſtinianei ſub *tit. ff. & C. de R. N. de nupt. de divort. & repud. &c.* inſertis, hujus verò in ſententiâ à Ludovico IV. Imperatore inter Johannem Regis Bohemiæ filium, & Margaretham, Duciſſam Carinthiæ, ſuper divortio ob impotentiam pronunciatâ, quam unà cum tractatu Conſultationis ſuper illo caſu pro aſſerendâ Jurisdictione Imperatoris in cauſis matrimonialibus, à *Marſilio Patavino* edito, exhibet *Goldaſt. tom. 2. Monarchia S. Rom. Imper. p. m. 1383. ſeqq.* Dein certum eſt Imperatoris Jurisdictionem univerſalem eſſe, quà omnes cauſas fundatam, niſi quæ vel præſcriptione, vel lege, vel Statuum privilegio fuerint exemptæ.

Cum autem nihil horum illius Judicio à parte Protestantium in causis matrimonialibus opponi possit, optimo jure illi tribui videtur his in causis judicandi potestas, præprimis quia Jus & Cura Sacrorum quoque ad Regium ipsius spectat officium, ac utriusque tabulæ Decalogi (cujus præceptis etiam conjugium plantatum ac septum, ne quis Apulus Atabulus suo ipsi noceat acri afflatu,) custodia ei non minus ac alii cuivis Potestati Civili à DEO commissa est. Utut ergò Pontifices sequioribus temporibus cum Jure Sacrorum etiam cognitionem causarum matrimonialium, conniventibus Imperatoribus, ad se pertraxerint, postquam tamen Transactione Passaviensi, Pace Religiosa atque Instrumento Pacis Monasteriensi confirmatâ, Jus Diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica Pontificiorum, cum omnibus suis speciebus, contra A. C. Status, eorumque subditos suspensa fuit, ex suspensa Jurisdictione ad Imperatorem jus omnium eorum, quæ ante Pontificiam Jurisdictionem habuit, quasi postliminiò rediisse, resque adeò in eum Statum, in quo ante Pontificis & Ordinis Ecclesiastici arrogantiam fuit, ita deducta censetur, ut ad Tribunal Imperatoris causæ matrimoniales A. C. addictorum omninò deferri posse videantur. Hancque sententiam ex his & aliis rationibus post *Frideric. Lentium de Privileg. Immed. S. Roman. Imper. Procer. Instant. th. 32.* &

Schub-

Schubbard. de Austreg. c. 5. num. 106. nuper defendit *Dn. Textor ad R. I. noviss. Disp. 1. th. 74.* Nec dubitaremus & nos eidem subscribere, si Imperator, ipsi vi Summæ Potestatis Civilis competens Jus circa Sacra cum cognitione harum causarum, à Papa per violentiam & fraudes subtractum, in pristinam libertatem vindicaret, ut jure posset, si vellet. Nam quicquid juris circa Sacra Papa Imperatoribus ita extorsit, cum omnibus, quæ juris extorti occasione sibi sumpsit, pessimâ fide possidet, nec ullo titulo præscriptionis, multò minus Jure suo, se tueri recte potest. *Cran. de Pac. relig. part. 1. probl. 4. in connex. num. 4. Arnold. Engelbrecht. de Jurisdict. num. 95.* Utinam ergò Germania nostra, nimium quantum adhuc Pontificem colens, tandem felici Protestantium exemplo edocta vim summæ potestatis, quæ circa Sacra hactenus sopita ferè jacuit, excitaret, exemplo Reip. Venetorum, quæ Jus suum circa Sacra contra insultus Pauli V. tam egregiè defendit, ut etiam ipsos Pontificios facti sui Præcones invenerit, *Marcum* nempè *Anton. Peregrinum*, *Joh. Marsilium*, *Nicolaum Crassum*, *Venturam Vicentinum* & alios, qui exstant apud *Goldastum tom. 3. Monarch. S. Rom. Imp.*

33. Sed in præsenti rerum statu, & quamdiu ille manebit, nec Imperator, qui hic se lubens Romano Pontifici ac Decretis Canonum,

quæ

quæ hosce casus & causas Secularium Judicum Jurisdictione in totum eximunt, submittit, & ne quidem in hæreditariis suis Provinciis inter sui territorii subditos Jdictionem Ecclesiasticam exercet, atque de causis matrimonialibus cognoscit, se facilè circa matrimonium, quod ex hypothesi Pontificiorum pro Sacramento habet, Judicem competentem declarabit, cum juxta dogmata Pontificia, quæ ipse sequitur, piaculum existimetur, ad Pontificia Reservata manus extendere; nec Status A.C. contra quos Pontificiorum Jurisdictio Ecclesiastica suspensa, Cæsari secundum principia Pontificiorum haud dubiè judicaturo causas suas matrimoniales, salvâ religione suâ & sine maximo suo præjudicio, subjicere possunt, metuendum enim ipsis est, ne causæ ad Imperatorem delatæ, iterum ad dijudicationem Papæ atque Tribunal Romanum redeant, sicque ipsi deterioris conditionis reddantur, quam sunt eorum subditi. Et inde pro hoc rerum statu Imperatori in causis hisce matrimonialibus Illustrium immediatorum Evangelicæ religioni addictorum quoque Jurisdictionem denegant *Reinking. l. 3. cl. 1. cap. 10. num. 34. Limn. l. 4. cap. 8. num. 90. Blum. t. 43. num. 15. Wurmser. Exercitat. 5. quæst. 26. Myler. de Stat. c. 20. num. 19. Dn. D. Bardili cit. Disput. th. 12.*

34. Durante hoc rerum statu VI. nec per Commissarios ab Imperatore ad id constitutos

tos ejusmodi causæ jure examinari posse quidem videntur. Nam Commissarii ab Imperatore constituti nihil aliud sunt, quam Judices delegati, quibus scilic. cognitio in causa aliqua ab Imp. delegatur vel mandatur. Qui autem aliis causæ alicujus cognitionem vult delegare, se eam habere ac exercere posse agnoscere debet, cum delegati potestas ex delegantis potestate æstimetur & dependeat. *c. 11. c. 29. x. de Off. Jud. Deleg. Brunnem. ad l. un. C. qui pro sua Jurisdictione.* Sed Imperator non agnoscit sibi Jurisdictionem ratione causarum matrimonialium competere, quomodo g. eam per delegationem aliis poterit conferre. vid. tamen *Myler. d. c. 20. num. 20.* ubi hoc aliquoties factum testatur, & in d. causa Principis Mecklenburgicæ, Christinæ Margarethæ, modò à S. Cæsarea Majestate Commissionem decretam esse, apparet auß Ihr Fürstl. Durchl. Protestation-Schreiben an die Schwerinische Ministros *Diar. Europ. P. 11. p. 546. seq.* verb. die in Gott ruhende Röm. Kayserl. Majestät. glorwürd. Angedenckens nicht allein in causa Principali, sondern auch absonderlich in puncto sævitiæ, dero Käyserl. allergnädigste Commission ergehen lassen / welcher Commission hochgedachte Unsers Herrn Gemahls Liebd. Sich / wie billich / submittirt / darin würcklich eingelassen / deren Extension auff unterschiedlich Chur- und Fürsten deß Reichs selbst gesucht und

und erhalten: Welche den annoch nicht geendigt/ sondern von der jetzt regierenden Röm. Kayserl. Majestät continuirt/ sub dato den *24. Septembr.* abgewichenen Jahrs renovirt/ und an die Herrn Commissarien außgefertigt worden.

35. Et ubi tandem, si inter Personas Illustres, quæ Imperio immediatè subsunt, controversia aliqua matrimonialis suppullulat, illa tuto & jure examinanda ac decidenda venit? VII. Præ cæteris mediis ex naturâ potestatis subjectionis nesciæ Compromissi viam hic omnium tutissimam esse putat *Bœckelman. in Disput. Inaug. med. 1. ax. 8.* in quam quoque inclinat *Myler. de Stat. c. 20. num. 20. Burgold. p. 2. D. 20. num. 13. p. m. 204.* Ast nec hunc modum ex omni parte perfectum aut sufficientem ostendit *Schütz. v. 2. Disp. 3. th. 13. lit. C.* quia scil. causæ matrimoniales pro arduis & difficilibus habentur, criminalibus comparantur. *Menoch. de arbitr. Jud. quæst. lib. 2. cas. 205. num. 7. Udalr. Zas. l. 2. Cons. 3. num. 27.* & inde in iisdem compromisso secundum Jus Canon. non est locus. *c. p. de in int. restit. B. Dn. D. Lauterbach. tr. Synopt. de arbitr. §. 28. num. 6.* Dein (quæ principalis ratio est,) ad compromissum non unius tantum partis, sed utriusque, quin & arbitri electi consensus requiritur, pars fugiens ac nocens autem nunquam non dissentiendo, alioque quovis modo,

com-

compromiſſum declinare ſtudebit. Alii igitur VIII. ad rei conveniendi Conſiliarios aut Conſiſtorium, quod ex prudentibus Theologis ac piis JCtis conſtitutum, habet, ejusmodi cauſam deferendam exiſtimant, quoniam ob ſuſpenſam per Pacem Relig. Jurisdictionem Pontificiam Illuſtres Imper. Archontes A. C. in ejusmodi cauſis non aliter cenſeri poſſunt, quam Superiorem non recognoſcentes, itaque ad inſtar aliorum ſuperiorem haud recognoſcentium non niſi coram Conſiliariis, vel Conſiſtorialibus ſuis, juramento ſuo hactenus pro more liberatis, etiam conveniri poſſe videntur. vid. *Schütz. d. l.* Quem modum imprimis Practicabilem cum *Reinkingio* & *Limnaeo* cenſet *Myler. d. l. num. 19. Blum. t. 43. num. 16.* Et ſanè videtur res carere difficultate, ſi utraque pars conſentiat, ſponteque ſe ejusmodi Judicio ſubjiciat. Licet enim Conſiſtoria ab Illuſtribus Imperii Archontibus conſtituantur, ut tanquam ab iis dependentia judicia non in conſtituentes, ſed ſubditorum illorum controverſiis matrimonialibus cognoſcant ac judicent, attamen ſi ipſi ſe ſponte iis ſubjiciant, nil obſtat, quo minus etiam in propriis ipſorum cauſis judicent, quia per ſpontaneam ſubjectionem paritas & majoritas, quæ cauſa impedimenti erat, tollitur. *l. 14. de Jurisdict. Barboſ. locupl. l. 14. c. 3. axiom. 5.* At ubi reus ſeſe ſuis Conſiliariis vel

Con-

Consistorio subjicere renuit, omnis vis compulsiva contra ipsum cessat.

36. Nec IX. aliorum etiam Principum ac Statuum Consistoria ullam, nisi in illa compromittatur, adversus immediatas personas in causis eorum cognoscendi facultatem sibi arrogare valent. *Textor. ad R. I. noviss. Disp. 1. th. 76.* Quamobrem adversus Consistorium Augusti Ducis Saxon. coram quo Dux Megapolitanus, Christianus, conjugem suam ex causa desertionis convenire tentavit, Inhibitionem Cæsaream emissam esse refert, **die Fr. Hertzogin zu Mecklenburg in Ihrem** Protestation-**Schreiben an die Schwerinische** Ministros, in *Diar. Europ. p. 11. pag. 547.* Multo autem minus X. ad proprios Consiliarios vel proprium Consistorium Actor reo invito causam talem trahere potest. *arg. l. 2. C. de Jurisdict. l. fin. C. ubi in rem act. t. t. C. ne quis in propr. causa*, quod maximè adursit Ducissa Mecklenburg. in d. Protestatione, verbis: Noch weniger aber in propria causa, da sie Partis Stelle vertretten/ zugleich Judex seyn/ und also Jurisdiction, so Sie selbst nicht haben/ andern nicht demandiren können ꝛc. Cum igitur quæstio hæc de Illustrium immediatè Imperio subjectorum A. C. foro in causis matrimonialibus ita in ancipiti hæreat, tantaque circa eam sit sententiarum varietas, magni nominis Viri in ea decidenda judicium suum suspendunt, defini-

finitionem publicam ex Comitiis Imperii expetentes. vid. *Vultej. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Clariß. num. 49. Schütz. v. 2. D. 3. th. 13. lit. C. in fin. Kitzel. Syn. matrim. cap. 10. theor. 9. lit. H. Bœckelmann. Disp. Inaug. med. 1. ax. 5. Dn. D. Bardili cit. D. th. 20.* ubi addit, ad eam obtinendam jam sæpius illam in Comitiis quoque propositam fuisse, ac Principes Imp. A. C. addictos ejusdem decisionem instanter & instantius sollicitasse, rem tamen nihilominus hactenus indecisam remansisse. Ut nos g. eam definiamus, & certam in re tam gravis momenti sententiam dicamus, sicut nemo forte prudentium à nobis postulaverit, ita ad tantæ temeritatis facinus nunquam nos propria judicandi libido auctoraverit.

37. Subjungamus adhuc unum, alterumvè pro illis causis felicius in hoc rerum statu expediendis à Prudentioribus suppeditatum Consilium. Putat autem primò *Dn. Linck. Disp. de Immediat. Imp. Protestant. foro in caus. matrim.* quod forsan è re Illustrium Imperii Archontum A. C. addictorum foret, si, deficiente Comitiali decisione, ad ejusmodi matrimonialium & aliarum Ecclesiasticarum ipsos concernentium causarum dijudicationem, vi restitutæ per Pacem Religiosam Jurisdictionis Ecclesiasticæ, peculiare Consistorium unanimi consensu constituerent, Illustri Præside f. Directore, & Assessoribus ex sanctiore præ aliis vi-

vitæ integritate & sincero ac infucato religionis candore fulgentium, omnique suspicionis, sordium ac hæreseos labe carentium Theologorum ac JCtorum numero electis, statoque tempore, vel etiam pro re nata, exigente sc. necessitate, in certo ac determinato loco comparituris, & Judicium secundum Praxin nostrarum Ecclesiarum exercituris, animarent, & executionis peragendæ modum authoritate sua ita munirent, ut victores quoque in casum contumaciæ de executione sententiæ contra refractarios securi esse possent. Sed cum & hic omnium omninò A. C. addictorum Statuum ad minimum consensus necessarius, resque illa altioris adhuc indaginis sit, cum ipso eam doctiorum exactiori scrutinio expendendam relinquimus.

38. Aliam viam, quâ Illustris Conjux A. C. addictus & immediatè Imperio subjectus à conjuge desertus sibi contra desertricem tutò ac citra læsionem conscientiæ, interim dum prodeat Comitialis quæstionis illius decisio, vel aliud à Protestantibus apprehendatur medium, consulere queat, quæsivit *Dn. D. Bardili in sæpe laudata Disp. th.22.* quam pace ipsius huc transferam. Arbitratur autem Vir Nobiliss. primò omnium reconciliationem tentandam, & partem fugientem monendam esse, ut alteri conjugi cohabitet, ipsique debita officia matrimonialia præstet. Quod si hanc componendi

nendi rationem rejiciat, videndum esse, an in proprium Consistorium, vel in arbitros consentire velit. Si nec hîc se accommodet, vel etiam arbitri causam recipere recusent, partem læsam, causâ cum aliis A. C. Statibus communicatâ, eorumque adhibito consilio, querelas suas cum omnibus facti circumstantiis vel ad extraneum Consistorium, vel etiam ad Academiam non suspectam deferre posse, insimulque petere, ut ibi à Theologis & JCtis pariter de qualitate causæ diligenter cognoscatur, an nimirum talis sit, ut ob eam Processus desertionis legitimè institui possit. Si Collegia requisita justas procedendi causas apparere responderint. Eam vel ex propriis Consiliariis aut Consistorialibus, Juramento, quo Ipsi obstricti, iis ad actum istum remisso, vel ex Theologis ac Jure-Consultis suæ Jurisdictioni non subjectis, neque suspicione ulla gravatis, Judicium Extraordinarium formare posse. Quod si autem Pars fugiens vel latitando, vel mandata Inhibitoria impetrando, Judicium tale declinare contendat, parti innocenti non deesse remedia, quibus huic illusioni occurri possit. Citationem enim Edictalem adversus latitantem legitimam reddere casum necessitatis, contra rescriptum impetratum ex una parte æquitatem causæ stare, ex altera malitiam nocentis evidentem & manifestam debito loco & tempore ostendi posse.

39. IV. In causis Feudalibus quemnam Principes habeant judicem? ostensum est supra *sect. 1. c. 9.*

40. Refertur eò III. facultas citra solennitatem testandi, quam non tantùm Principibus regentibus, sed & illorum fratribus territorio carentibus, nec non liberis, utriusque quidem sexus, atque uxoribus, vindicat *Myler. de Statib. Imper. c. 26. cum pluribus ibid. alleg.* Sed non sine gravi aliorum magni quoque nominis JCtorum contradictione, quos magno numero adducit *Hulder. Eyben. Diss. de Testamento Principis vel Comitis S. R. Imper.* quæ ap. *Fritsch. vol. 2. Ex. I. P. Ex. VIII.* ubi utriusque partis rationes & argumenta quoque refert, in horum & ipse inclinans sententiam. vid. *Diss. nostra de Privilegiis Person. Illustr. sect. 2. c. 2. θ. 31.* IV. Facultas paciscendi de futura successione *v. supr. c. 10. n. 10.* V. Libere donandi conjugi ac liberis in potestate constitutis, de qua vid. *Myler. de Stat. c. 27.* VI. Quod promissiones eorum per fidem Principalem, bey Ihren Fürstl. Treuen und Glauben/ citra casum testimonii dicendi, vel ubi Sacramentum ad validitatem actus requiritur, in juramenti vicem valeant, teste *Gail. 2. O. 59. num. 6. Mynf. 1. O. 17. Ruland. de Commiss. p. 2. l. 2. c. 11. n. 41. seqq.* VII. Quod rem justo emptionis, donationis titulo à Principe aut ejusdem fisco accipientes statim & perpetuo tuti sint, adeò ut nec à vero domino

inquie-

inquietari possint. *juxta l.2.3.C.de quadr.præscr. Myler. c. 32. Mev. 7. 67.* VIII. Quod Principum bona domanialia à præscriptione libera & exempta. *Myler. cap. 33.* & *citata Disp. nostra de Privileg. Person. Illustr. Sect. 2. c. 2. th. 26. seqq.*

CAPUT XVIII.

De Membris Imp. immediatis, quæ non sunt Status.

HActenus de Statibus Imperii. Considerabimus adhuc paucis cætera Imperii Membra, quæ vel immediata vel Mediata; Membra Imperii immediata non tamen Status sunt liberi Nobiles, sed & nonnulli ex Commendatoribus Ordinis Teutonici. Dicitur Nobilitas à noscendo, quasi noscibilitas (est enim vi vocis nil aliud, quam celebritas, claritudo sive æstimatio præ aliis) & Nobilis quasi noscibilis, i. e. virtute sua aliis præfulgens & cuivis noscibilem & conspicuum se reddens, German. ein Edelmann / à voce Edel / & Mann; Vocis Adel autem etyma varia adferuntur, nonnulli enim ab Adelingis vel Edlingis Saxonicis, qui erant præcipuæ dignitatis Proceres. *Knichen. de jure territor. c. 1. num. 13.* quidam ab Adelo Frisonis, Frisonicæ gentis conditoris, filio, alii ab Aquila, idiomate nostro Adler dicta, (quia ut illa omnium aliarum volucrum regina & domina, volatu altius penetrando cæteras aves omnes

longo post se relinquit intervallo, ita & Nobiles virtutum gloria cæteros hominum ordines longe antecellere debent) alii à Græco ἀεθλιος, quod bene meritum seu præmio affectum significat, alii aliunde deducunt. vid. *Besold. Polit. 1. c. 11. §. 6. Nolden. de Nobil. c. 1.* it. Juncker/ quasi Junger Herr/ h. e. ætate ac robore juvenili pollens, armis rebusque gerendis aptior Heros s. Dominus, qui titulus olim etiam Ducum, Principum, Comitumque filiis tribuebatur. vid. *Springsfeld. de Apanag. c. 3. num. 17. seqq.* nunc Nobilibus relictus; Saxonibus Schufft/ quæ appellatio usu παραχρηστικῶς hodiè ignominiosa est, licet in se honorifica, descendens ab Hebraico Schophet, quod judicem significat.

2. Cum autem non sit animus de Nobilitate in genere multa dicere, sed in specie de Nobilitate Imperii nostri Inferiori, (superior enim, quæ totum complexum dignitatum civilium ab Imperatore ad Barones comprehendit, hic jam non amplius adeò venit in considerationem) ejusque Statu & juribus pauca afferre, absque ulteriori præfamine notamus, Nobiles Imperii nostri (qui meritò aliis præferuntur, quod nobilitatem consequantur à maximo Orbis Christiani Principe, Imperatore scilicet Rom. qui cum Rege Roman. solus in Imperio nostro Nobilitatem suo & proprio Jure concedere potest, aliis tamen quoque

que eandem ex Jure communicato conferre valentibus; quomodo nobilitate possunt Vicarii S. Rom. Imper., Rex Bohemiæ in Bohemia & Provinciis eo spectantibus, ut Moravia, Lusatia, Silesia; Archi-Duces Austriæ in suis Provinciis, Comes Palatinus Rheni; non autem omnes Imperii Principes, uti vult *Vultejus lib. 1. de Feudis. c. 8. num. 10. vers. Ignobiles, &c.)* esse duplices. Quidam immediatè Imperatori & Imperio parent, nullique *quoad personam* subsunt Statui, indeque Immediati & liberi, Freye vom Adel (non quod ab omni planè, sed Ordinum Imperii Jurisdictione liberi sint, solum Imperatorem pro superiore recognoscentes, daß sie von anderer Herrn Lands-Obrigkeit gefreyet seyn/und Kayserl. Majestät/ und dem Reich allein mit Pflicht zugethan. vid. *R. I. Spir. de anno 1542.* dieweil aber etliche/ rc. *de anno 1555.* §. und in solchem Frieden/ rc. ibi: Welche ohn Mittel der Käyserl. Majestät unterworffen. *Cap. Leop. art. 3. & 18.)* vocantur; Dixi autem *quoad personam*: Ex hujus enim immediatâ subjectione ipsorum libertas æstimatur, hæcque primum, adæquatum & substantiale signum est, quo Immediati à mediatis differunt: ut sic ipsorum Immedietati nihil officiat, quod quæ possident bona, vel ex parte vel in totum, à Principib. Comitibus Imperii recognoscant, (exinde enim tantùm Vasalli sunt, Lehen-Leuthe/ non autem

ſubditi vel Status Provinciales, Landſaſſen/ nullam quippe ipſi in eos exercent Jurisdictionem, quam eam, quæ ad curiam feudalem pertinet. *Limn. l. 6. c. 3. num. 3. ſeqq.)* vel ratione bonorum aliis Statibus reperiantur ſubjecti *Inſtr. Pac. art. 5. §. 27. num. 10.* Alii Principibus & Ordinibus ſubjecti ſunt.

3. Illi à loco ubi degunt vulgò in tres Claſſes, Suevicam ſcil. Franconicam & Rhenanam, diſtribuuntur. Equites Sueviæ in quinque dividuntur Loca, German. Viertheil / communiter, rectius forſan Orth vocantur. vid. tamen *Renovationem Ferdinandi II. confirmat. Privilegii* wider der Juden wucherliche *Contract de anno 1620.* §. ſo haben wir demnach. Sunt autem hæc: 1. An der Donaw. 2. Im Hegaw/ Boden-See und und Allgau. 3. Am Necker / Schwartzwald und der Ortenaw. 4 Am Kocher. 5. Kreichgaw. Equites Franconiæ rurſus in ſex dividuntur Loca, ſcil. 1. Odenwald. 2. Steyrwald. 3. Gebürg. 4. Altmühl. 5. Die Buchen oder Buchenau. 6. Die Röhn und Werra / vel die Rohn oder Währen. Rhenani in tria. 1. Im Gaw und Waſgaw. 2. Nider-Rhein-Strohm/Hundesrück/ Eberswald. 3. Wetteraw/ Weſterwald/ Rheingaw. Præ quibus Suevici & Franconici hoc habent præcipuum, quod in bello ac acie vexillum *S. Georgii* alternis vicibus præferant, de quo ipſi olim inter ſe multum diu-

que

que concertarunt, notante *Sprengero Lucern. mod. Stat. Imper. c. 3. p. 231. Limn. tom. 4. J. P. in add. ad lib. 6. c. 3. num. 57.* His accesserunt etiam Nobiles inferioris Alsatiæ in tractu ab Eckerbach incipiente, & se ad saltum Hagenoviensem extendente, die Freye Reichs-Ritterschafft deß Bezircks im untern Elsaß/ æqualibus cum aliis gaudentes juribus, vid. *Confirm.* deß *Conjunctur Receß* zu Mergentheim auffgericht *D. Ferdin. III. anno 1652.* it. das Käyserliche Diploma über deß Ritterlichen Ordens-Prædicats Erhöhung. *Ejusd. Ferd. III. Imp.* deß Reichs Freyen Ritterschafften der Creysen / Viertel/ Ritterorth und Bezircken im Land zu Schwaben / Francken / Rhein-Strohm/ und deß Bezircks im untern Elsaß/*an. 1654.* ertheilt. Conf. *Casp. à* Lerch / *de Ord. Equestr. 2. summ. 53. verb.* der Elsäßische Adel / ꝛc. *Limn. t. 1. addit. ad l. 6. c. 3. n. 70.*

4. Occasio, qua Nobilitas Suevica atque Franconica unà cum Rhenana hanc suam obtinuit libertatem, fuit mors Sueviæ & Franconiæ Ducum. Nullum enim est dubium, quin Ducibus Sueviæ, dum isti fuerunt, dumque Ducatus Sueviæ adhuc unius Corporis meruit nomen, Nobiles pariter, ut aliis Ducibus, Marchionibus &c. subjecti fuerint, cur enim deterior fuisset potentissimæ hujus familiæ, quam aliorum Magnatum conditio? Postquam autem cum Conradino Illustrissimum Sueviæ

Ducum genus, & potentissimus Sueviæ Ducatus sinistro simul corruerunt fato, Ordo Equestris *an. 1259.* ad Imperium pervenit. Parili plane occasione post Franconiæ Ducum interitum Nobilitas Franconica Imperio cessit, &, qua adhucdum fruitur, libertatem nacta est. Tractus tandem Rhenanus præter Sueviæ Duces nullos alios certos Dominos, qui conclusum (quod vocant) habuerint territorium, agnovisse videtur *Besoldo de Ordine Equestri num. 8.* In utraque autem Bavaria, Saxonia, aliisque locis, ex familiis priscis successores cum territorio, districtuque ab Imperatoribus investiti fuere, nulla sibi in Nobiles reservata potestate, hinc Nobilium Ordo ibi Principibus immediatè, Imperio verò mediatè subjectus remansit *Besold. d. l.*

5. Nobiles hos immediatos olim Status Imp. fuisse, ac Jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii habuisse *Buxtorff. ad A. B. Concl. 9. Rümel. ad A. B. p. 1. D. 1. th. 12. Besold. d. Disc. n. 13. aliiq;* tradunt. Aliis autem ex his, quæ hactenus pro ista sententia adducta fuere (*text. scil. ex A. B. proœm. in fin. Bulla Sigismundi ap. Goldast. tom. 1. Const. Imper. p. 143. Reform. Friderici III. Francofurti anno 1442. promulgata in pr.*) id minimè probari videtur. Proinde & requisitionem causæ, cur vocari desierint, & Jus illud amiserint, frustraneam ducunt. v.

Limn.

Limn. l. 6. c. 3. num 7. 18. seqq. ibique addit. Bechman. ad A. B. Ex. 10. ad tit. 20. num. 49. 50. 51. Quicquid verò tandem olim fuerit, hodiè sane eos ad Comitia haud evocari, votoque in illis haudquaquam gaudere, consequenter Status non esse, apud omnes in confesso est. vid. *Capitul. Leopold. artic. 8.* verb. Chur-Fürsten und Stände deß Reichs/ sampt der unmittelbahren Reichs-Ritterschafft/ ꝛc. *& art. 15.* verb. Und andere Stände deß Reichs/ inglei-chem die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft/ ubi Status imperii & Nobiles Imp. Immediati expreßè à se invicem distinguuntur, quod quoque in *Instr. Pac. art. 3. & art. 5. §. 2.* observatum deprehendes. Nec ullum creant dubium *text.* im Königl. Land-Frieden zu Wormbs. *anno 1495.* aufſgericht. *pr.* vers. darumb. *j. §.* hierbey *in fin. R. I. de an. 1542.* §. Dergleichen und wie jetzt im Nechsten Artickel angezeigt ꝛc. vers. Es wollen dann dieselbe ꝛc. *Rescript. Rudolph. II. ad Immediatos Sueviæ, Franconiæ & Rheni Nobiles de anno 1610. d. 18. Martii* verb. Auff Uns Euren respect und Obacht habt/ und im übri-gen als gehorsame Stände deß Reichs ruhig und friedsam verhaltet ꝛc. *Literis Elector. Moguntini, Trevirensis, Coloniensis, ac Saxonis, & Maximiliani Bavariæ Ducis, ac Ludovici Landgravii Hassiæ ad eosdem exaratis, de dato* Mülhausen *21. Martii An. 1620. Cap. Ferd. II. art. 13. III. art. 17.* ibi die Chur-Fürsten/ Fürsten/ Prä-

Prälaten / Graffen / Herren / vom Adel und andere Stände und Unterthanen deß Reichs rc. & quæ ulterius pro contrariâ stabiliendâ frustrà adducit *Hippolit.* à Treyßbach im unvorgreifflichen Bedencken über etliche Fragen / der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben / Francken und am Rhein-Strom / Stand und Session betreffend rc. & *Joh. Frid. de Lendersheim. de jure ac Privileg. Nobil. liber. th. 5. l. K.* vid. *Limn. d. l. Burgold. p. 1. D. 22. num. 4.*

6. Interim non præfractè negavero, dari etiam Corpora Nobilium, quæ Statibus rectè accenseantur, sic de Ganerbinatu Fridbergensi id omninò fateri cogimur, utut in Comitiis dudum non comparuerint, hoc enim in modum privilegii explicant, suumque Jus actuale satis eo conservari arbitrantur, quod ad Conventus publicos inter alios Status Imperatoris literis vocari nondum desierint, adhuc enim ad ea, quæ hodienum durant à Cæs. Maj. solenni formula sunt invitati. Sub immediatæ autem Nobilitatis Corpore hos Castri Fridbergensis Ganerbios (quorum nomen Germanicum est, latina terminatione donatum, compositum à Gan quod sine contractione effertur Gemein / & Erben / quod hac in materia Dominum denotat, ita ut castri Ganerbii nihil aliud sint, quàm arcis Con-Domini, Gemeine Burgherren / & Castri Ganerbinatus Jus quoddam societatis, confraternitatis & confœderationis, cer-

certis legibus ac conditionibus inter Nobiles & Illustres eum in finem olim introductum, ut à communi patria hostiles incursiones arcerent, exterorum expilationes averterent, se suasque facultates contra prædonum, latronumque invasiones conjunctis viribus defenderent, ac denique familiâ unâ extinctâ ex reliquis superstites ei succederent; exempli loco arcium hujusmodi Ganerbicarum præter hanc Fridbergensem allegari præ cæteris solent Arces Rottenburgensis, tribus milliaribus Norinbergâ distans, Reifenbergensis, Stadensis, Geln-hausen & Bönnigheim. vid. *Jacob. Werneri Killinger. tr. de Ganerbiis Castrorum*, *hîc Tubingæ anno 1620. impressus.* & *Joh.* Leiben *tr. sim.* add. *Rittershus. part. feud. l. 1. c. 17. Webner. voc.* Gan-Erben) comprehendi constat ex actis ap. *Limn. addit. tom. 1. ad l. 6. 3. 32. p. 56.* quippe quæ manifestè produnt, frustrà laborasse Comites Wetteravicos, dum Castrum Fridberg in Conventu Francof. *A. 1633.* habito in Collegium suum, procul dubio ratione Kaichensis Comitatus ab eodem possessi, perducere voluerint.

7. Tametsi verò Nobiles hi liberi in universum omnes Statibus annumerari nequeant, insignia tamen nihilominus habent ex Impp. concessione & usu Jura & privilegia, quæ in generalia & specialia *Dn. de Lindersheim. d. Dissert. th. 6.* distinguit. Generalia sunt partim jure com-

communi, partim consuetudine, statuto vel speciali lege concessa, & competunt universaliter omnibus Nobilibus, vel mediatè vel immediatè Imp. subjectis. Ex his quædam consistunt in *immunitatibus*: ab officiis enim civilibus personalibus plus oneris, quam dignitatis annexum habentibus excusationem merentur, hinc pupillorum ignobilium tutelam subire non coguntur; imò & ab onere vectigalium (modo à jure negotiandi abstineant,) immunitatem iis tribuunt *Bocer. de Regal. c. 2. num. 197. Nolden. c. 14. num. 37. seqq. Besold. de jure Ordinibusq; Civium. c. 11. t. 41. seqq. Limn. l. 6 c. 2. num. 53.* quam ex privilegiis Impp. in specie sibi Immediati vindicant. vid. *Klock. de vectigal. concl. 31. l. B. Limn. l. 6. c. 3. num. 52. & 70. ibique in addit* ubi refert Privilegia, wegen der Zoll-Befreyung. Nobilibus immediatis concessa. Confer tamen *Kreidenman. tr.* von deß Teutschen Adels/sonderlich der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Statt und Stand. *quæst. 4. num. 66 seqq. Dn. Maurit. Diss. de Nobilit. thes. 40.* Num & à Collectis immunes sunt? non omninò vid. *Limn. l. 6. c. 3. num. 24. ibique addit.* imprimis verò Dn. *Maurit. d. Disput. th. 39. 40.*

8. Quædam verò in *Reverentia & Honoribus* Nobilitati deferendis consistunt; Sunt enim Nobiles præ cæteris honorandi, præ aliis reverenter salutandi, in Judiciis potestas sedendi,

dendi, alibique dignior plerumque locus eis tribuitur, horum facta majori solennitate pertractanda, dos iis major ab uxore constituenda, usus eis relictus uberius est interpretandus, injuria iis facta gravius punitur, quam quæ facta plebejis, & damnum iis datum utili L. Aquiliæ actione instituta majoris æstimatur quàm quod ignobilibus illatum, alimenta ipsis largius præstanda, Nobilium Exequiæ majoribus expensis & solennitatibus sunt celebrandæ, &c. quæ latius probat. Dn. *de Lendersheim. th. 7, Nolden. c. 13. per tot.*

9. Quædam in *pœnis temperandis*, nam regulariter Nobiles mitius puniendos esse dicunt, quam ignobiles. *c. fin.* x. *de pœn.* (quomovero hoc intelligendum, & quatenus procedat vide apud *Nolden. c. 15. num. 4. seqq.* & Dn. *Eric. Mauric. d. Disput. de Nobilit. th. 41. 47.*) ignominiosissima laquei pœna non plectendos, sed potius decapitandos, flagellis non cædendos, nec damnandos ad triremes, quæstionibus & torturis non subjiciendos, nec in carceribus propter debitum civile, nec adeò strictè in vinculis subterraneis propter delicta, ex quibus capi possunt, detinendos, ad palinodiam denique non condemnandos. *Lendersheim. th. 8.* Sed vide *Dn. Maurit. d. Disp. thes. 42. seqq.* Quædam in *præsumptionibus*, major enim pro Nobilibus, quam pro plebejis stat virtutis, innocentiæ & integritatis præsum-

ptio.

ptio. Unde ipsis in testimoniis ferendis magis credendum esse dicunt, quam ignobilibus. vid. *Gail. I. O. 101. n. 13.* ubi testatur, in quibusdam Germaniæ locis, præsertim in Regno Bohem. & vicinis provinciis, item in Austria & Bavaria, Nobiles testimonium dicturos personaliter comparere non teneri, sed sufficere, si per scripturam, unter ihren Handschrifften und Pitschafften/ absque corporali juramenmento deponant, & depositionem obsignatam judicis examini transmittant. Sed id ultra loca illa non est extendendum. In aliis enim non minus Nobiles quam plebeji consuetum testium juramentum, nisi illud partes iis remiserint, præstare tenentur. *Schütz. v. 1. D. 8. thes. 5. lit. D. Kreidenman. art. 4. num. 246.* Hincque porrò deducunt, quod promissiones, quas Nobiles faciunt sub singulari fidei suæ allegatione, bey ihren Adelichen Ehren/ Treu und Glauben/ quoad valorem promissionum, ubi non præcisè Juramenta corporalia requiruntur, juramentis quandoque æquipolleant. *Mynſ. 1. Obſ. 11. Gail. 2. Obſ. 59. ibiq; Grav. & Fabric.* Dein eos fideliores censeri, & in rebus arduis præ cæteris adhiberi, ad secularia officia & beneficia spiritualia, legationesque obeundas præ aliis regulariter admitti, atque in his ipsis fidem haberi, licet literas credentiales non exhibeant. *Nolden. de Stat. nob. cap. 12. num. 113. seqq.* (Quæ tamen opinio non tan-

tantùm fundamentis Juris destituitur, sed etiam Praxi in Imperio observatæ repugnat, uti ostendit *Schütz. v. 1. Disp. 9. thes. 6. l. D. Maurit. Diss. de Nobilit. thes. 33.)* vid. *Lendersheim. thes. 9.* In electionibus denique & aliis quibuscunque actibus, ubi voces sunt undique pares, eos præferri.

10. Specialium ad immediatos imprimis spectantium Primum est, quod à Principum territoriali Jurisdictione sint liberi, Imperio & Imperatori immediatè subjecti; hincque eundem solum & Cameram pro superiore recognoscunt judice, (licet nulla etiam bona ab Imperio habeant, sicut eorum multi, qui nulla libera castra, prædiaque possident, reperiuntur) & sicuti cæteris immediatè Imper. subjectis civibus, ita & ipsis Camera vel Imperator Tutores ac Curatores constituit aut jam constitutos confirmat. *Gail. 1. Obs. 1. num. 47. seq. Schütz. v. 1. Disp. 9. θ. 9. l. D.* II. Inde plurimi eos Superioritate ac Jurisdictione territoriali in castris, vicis & pagis suis gaudere, & quod in Principibus, die Fürstl. hohe Lands-Obrigkeit/ in Civitatibus, die hohe Lands-Obrikeit/ idem in Nobilibus immediatis die hohe Adeliche Dorffs-Obrigkeit esse statuunt. vid. *Schütz. v. 1. D. 6. thes. 4. l. E. thes. 10. l. F. & D. 9. thes. 10. l. A. Reinking. l. 1. cl. 5. c. 3. num. 55. Bidenbach. quæst. Nob. quæst. 1. num. 11. Burgold. p. 4. Disp. 22. num. 5. Dn. de Lendersheim.*

thes. 10. l. B. Denegant tamen eandem illis post *Speidelium, Strauch. Diss. Exot. 4. thes. 22. Ludolph. Hugo de Stat. region. Germ. Dn. Rhetius Disp. de jure Stat. circa Sacra. cap. 2. num. 17.* Utut verò hanc iis negent, omnes tamen concedunt lubentissimè, eos III. plenariè, (sed ex speciali Privilegio) beneficio Pacis Religiosæ, tam quoad professionem, quam quoad exercitium instituendum, gaudere *R. I. de anno 1555. §.* und in solchem Frieden/ꝛc. *Instrum. Pac. art. 5. §. 10.* ubi ipsis circa negotium religionis idem jus, quod Electores, Principes & reliqui Status habent confirmatum. Ut adeò vi hujus juris & beneficii in Possessionibus suis, ad Instrumenti Pacis normam, religionem libere mutare, novæque, quam amplectuntur, exercitium in templis ac scholis introducere possint, & hoc quidem ipsos non tantum in liberis, sed & in feudalibus illis, quos ab aliis Imperii Statibus, sive Ecclesiasticis sive Secularibus, tenent pagis facere posse tradunt Authores mox allegandi, dicentes, quod sicuti vigore Pacif. Relig. nulla vis propter religionem ulli metuenda, ita etiam à suis Dominis Vasalli propterea nil quicquam metuere, nedum pati, debeant. *Schütz. v. 2. Disp. 4. thes. 15. l. B. Wurmser. Ex. 5. th. 4. Bidenbach. quæst. nob. 2. num. 9. Myler. de Stat. Imp. c. 84. num. ult. Nicol. Kern. in Diss. de Jurisdict. Eccl. Nobilibus Imperii vigore Constitutionis de Pace*

Relig.

Relig. legitime compet. quæ in *Fritsch. vol. 1. Ex. J. P. Ex. IV. per tot.* Sed v. *Instrum. Pac. art. 5. §. 28.* verbis: *Nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subjecti, &c. Dn. Rhet. Disput. de jure Stat. Imp. circa sacra. c. 2. in f.* & *Inst. Jur. Publ. l. 2. c. 1. n. 39.* Et IV. Jure Austregarum fruuntur, si vel à similibus vel ab aliis immediatis in jus vocentur & personali actione conveniantur per *text. in Ord. Cam. p. 2. t. 3. 5. Schütz. d. l. l. B.* nec non Constitutionibus Imperii in puncto arrestorum, pignorationum, litigiosæ possessionis, diffamationis. *Kreideman. d. tr. qu. 4. n. 141. Dn. Schütz. v. 2. D. 5. th. 3. & D. 7. th. 6. & 9.*

11. V. Habent quoque jus collectandi. VI. Bannum ferinum, hohe und nidere Wildbahn. VII. Merum & Mixtum Imperium, (die hohe Fräyß. Bott. Hals. und Land-Gerichte/ Obrigkeit/) quanquam hoc etiam multis in locis Nobiles mediati habeant. VIII. Jus fœderum, uti apparet auß der Freyen Reichs-Ritterschaffe und Adels der fünff Theil im Land zu Schwaben von Kayser Ferdinand *anno 1561.* confirmirter Ordnung. vers. wiewohl auch von altem Herkommen und mit derohalb auffgerichter ꝛc. & testatur der Ritterschafft Bruderliche Vereinigung zu Lindaw auffgericht *an. 1522.* ap. *Goldast.* in Reichshandlungen. *p. 108.* ac non ita pridem in bello Wildfang. cum Electore Mogunt. &

aliis contra Palatinum ab immediatâ Imper. Nobilitate tractus Rheni initum fœdus. IX. Jus diætas, Rittertäge / absque speciali veniæ impetratione instituendi. Quod Jus quidem aliquando Nobilitati à Principibus dubium redditum fuisse, ex gravaminibus illius Imperatori ac Statibus Norinbergæ *anno 1523.* exhibitis constat. vid. *Limn. ad Otton. I. P. c. 13. p. m. 494.* ubi verba refert. Provocavit autem ipsa ad 200. annorum observantiam. Et post denuò expressè ei hoc jus concessum est à Ferdinando I. *anno 1555. d. 26. Julii*: confirmatum à Rudolpho II. *anno 1609. d. 11. Maji. Nolden. de Stat. Nobil. cap. 17.* X. Jus Archivi *Fritsch. de jur. Archiv. & Cancellar. c. 3. num. 28. seq.* XI. Jus recipiendi Judæos. *Spreng. Lucern. mod. Stat. Imp. c. 3. p. 228.* Et Privilegium, quod nullus Judæus cum subditis eorum ullum contractum, nominatum, vel innominatum, præter emptionem venditionem, citra consensum & approbationem Magistratus, celebrare debeat. *Kreideman. q. 4. num. 72. seqq. & Priv. 4. Limn. l. 6. c. 3. num. 67.*

12. XII. Jus Legatos mittendi tam ad Imperatorem, quam ad Reges exteros & alios Principes ac Status, secus ac *Dn. de Lendersheim §. 12.* existimat, ejus enim assertioni quod ad Imperatorem Legatos mittere nequeant, non modo disertè refragatur *Capitulatio Leopold. art. 19.* sed & quotidiana Praxis vid. *Limn.*

l. 6.

l. 6. c. 3. n. 60. 70. Dn. Kulpis. de Legat. Stat. Imp. c. 9. num. 2. Quod tamen, sicut & Jus præcedens, non singulis, sed universis sive conjunctim consideratis competit ex vera *Wurmseri Ex. 4. q. 7. Myleri de Stat. Imper. c. 19. num. 6.* sententia, quotidiana Praxi confirmatâ. Id verò non sic intelligendum, quasi solùm universum Nobilitatis Corpus de rebus ad se communiter pertinentibus Legatos mittere valeret, sed de singulis Classibus est accipiendum, illarum enim quamlibet quoque in causis suis particularibus legationem adornare posse, exempla, quæ in utramque partem prostant, satis probanr. vid. *Dn. Kulpis de Legat. Stat. Imp. c. 8. num. 17.* Cum singulæ etiam singularis Corporis habeant speciem, item Senatum suum Equestrem Ritter-Rath / Concilia, Ritter-Täge / Magistratus Oberhauptmann / und Unterhauptleute / Statuta, consuetudines &c. de quibus quoad Nobilitatem Franconicam v. *Wehner. voc.* Crayß-Tag. quoad Suevicam *Kreideman. laud. tract.* add. *Limn. l. 6. c. 3. ibique addit.* ubi singula singularium Classium Privilegia ex ipsis Codicillis Imperatoriis fusissimè recenset. Quibus à Ferdinando III. accessit hæc gratia *a. 1654.* Daß die Freye unmittelbahre Ritterschafft im Lande zu Schwaben / Francken und Rheinstrom / auch deß Bezircks im untern Elsaß / als jedes Corpus, Viertel / Ritter-Orth und Bezircke erbethene Directores,

Hauptleute/Räth und Außschuß mit dem Prædicat Wohlgebohren und Edel/ihre Mitglieder aber welche nicht Herren Standes seyn/ auch alle die jenige/ so sich bey ihnen gebührend angeben/ und mit ihrer Erlaubnis/ als tüchtige Mitglieder erkant/ und ordentlich auffgenommen werden/ auch ihren hergebrachten Statutis sich/ wie billich/ gemäß bezeigen/ mit dem Titul Edel/ die aber Herrenstands seyen/ Wohlgebohren/ allergnädigst begabt und versehen. vid. *Limn. ad A. B. proœm. Observ. 24.* Et quod paris cum Comitibus, qui Status Imp. non sunt, Dignitatis haberi debeant ex *noviß. Capitul. Leop. art. 40.*

13. Prætendit etiam Inclutus hic Nobilium Ordo præcedentiam præ Civitatibus Imperii liberis, causamque ejus defendit latè *Hippol. à Träyßbach/ scripti sui quæst. 6.* cujus verum authorem *Philippum Knipschildium* esse, conjecturatur *Maurit. d. Diss. 6. 29.* Controversia primum orta est in Conventu Correspondentium Ordinum Norinbergensi *anno 1619.* in quo tamen Legati Civitatum prærogativam obtinuere, teste, post *Crusium de præced. lib. 3. c. 28. num. 24. Mylero de Stat. Imper. c. 13. n. 5.* nullo Nobilibus præjudicio, ob Memoriale *die 11. Nov. ejusdem anni* ab ipsis exhibitum, addita solenni protestatione, quam, si Civitates non desisterent, Protocollo, actisque publicis inseri petierunt. vid. *Limn. l. 6. c. 3. num. 35.*

Reno-

Renovata & iterum agitata eſt illa in Conventu Francofurtenſi *anno 1631.* ac *1633.* & *1634.* it. Heilbronnenſi *anno 1633.* ut patet ex his quæ *Limn. t. 2. addit. ad d. l. 6. c. 3. num. 35.* exhibet acrius autem recruduit in tractatibus Pacis Weſtphalicæ, Ablegato Nobilitatis, Wolffgango à Gemmingen, in ſubſcriptione Gravaminum Evangelicorum, poſt Legatos Civitatum nominari recuſante, his, ſi ſecus fieret, ſeceſſionem minantibus, quam in rem varii tum compoſiti ſunt libelli, Civitatenſes enim apud Electores & Principes ideò conqueſti exhibito ſcripto: Bericht mit Bitt der Erb-Frey- und Reichs-Stadt Abgeſandten wegen der Gefreyten Reichs-Ritterſchafft angemaſſten Præcedenz. Legatus verò Nobilitatis variis memorialibus tam Statibus Evangelicis, quam Suecis Jus ſuum approbare conatus petiit, ne in præjudicium ſuorum Principalium quicquam ſtatueretur, ad quæ Civitatum Legati reſponderunt alio ſcripto: Bericht und Antwort auff der Gefreyten Reichs-Ritterſchafft Memorialien / mit in eventum angehenckter Proteſtation / Contradiction / und reſervation. Ordines Evangelici ſeparationem metuentes, ideoquè de mediis componendi ſolliciti, hoc in vim temperamenti propoſuerunt, ut, duobus confectis libelli exemplis uno quidem Civitates, altero verò Nobiles priori ponerentur loco, eaque ſimul offerentur, addita in fine

clausula, ne iste actus in præjudicium cujuscunque partis vergeret. Displicuit autem & id Civitatum Ablegatis, post longas tamen ventilationes denique ita res composita, ut eodem ac in Pace Religiosa modo Electores, Principes ac Status absque interruptione, interque eos Civitates implicite ponerentur, mox Nobiles subjungerentur cum suis gravaminibus, denique Civitatum expressa rursus, ea tamen conditione, mentio fieret, quod priori quidem loco sub vocabulo Status comprehensæ, hic autem majoris evidentiæ causa denuò nominatæ sint, quemadmodum ista monumenta & compositionis media collegit *Londorp. Cont. p. 6. lib. 3. c. 43 seqq.* Summatim verò exhibuit *Author Histor. Pac. Westphal. l. 3. n. 97.*

14. Membris Imperii immediatis non Statibus I. nonnullos ex Commendatoribus Ordinis Teutonici annumerari posse diximus. Dicuntur illi sic à Commenda s. Commendatura sacræ militiæ, quæ est beneficium, quod Magister Ordinis militi Sacro & emerito propter exantlatos in militia labores & pericula confert. Germ. Commenthurey vocatur *Steph. l. 4. de Jurisdict. c. 10.* Magister Ordinis, seu supremus Dux, Rector & Princeps militiæ Sacræ, habet & exercet omne Imperium Jurisdictionem & potestatem non solùm in milites Ordini addictos, sed domos quoque & prædia ei subjecta, nisi in his obstet reservatio Juris

ris à Dominis territoriorum. *Steph. d. c. 10.* ut verò Ordinis authoritas eo magis conservetur, domibus sive prædiis ad illum pertinentibus milites emeritos præficere solet, qui Præceptores, Gebindiger / vulgò Commendatores, Commenthuren / à bonis ipsis commendatis, vocantur, comparantur quoad modum & formam agendi pro domibus sibi traditis Exercitoribus vel Institoribus sive Custodibus vel Vicariis, & est inter eos hæc differentia, quod quidam simpliciter Commenthuren / quidam Land-Commenthuren / quidam Hauß-Commenthuren vocentur. vid. omnino *Steph. d. l. Speidel. voc. Commenda*, Commenthurey / ꝛc. Dein ex Commendatoribus Ordinis Teutonici quidam Imperio nostro immediatè subsunt, tanquam Status in Comitiis comparent, & Prælatis accensentur; quidam Imperio immediatè quidem sunt subjecti, contra quos etiam tanquam immediatos in Camera Imp. Processus decernuntur, sed sessione & voto in Comitiis destituuntur, adeoque in numero Statuum non inveniuntur; nonnulli Principibus, in quorum territorio domicilia & possessiones habent, subsunt, sicque non immediati sed mediati sunt Imperii subditi, quales die Commenthuren der Balley Thüringen / Hessen / ꝛc. vid. *Reinck. l. 1. cl. 5. c. 11. n. 23. 24.*

15. II. Iis etiam Collegia quædam Canonicorum libera, etliche Freye Käys. Stiffter /

annumerat *Schüz. v. 2. D. 9. th. 19.* & talia quidem *inquit* esse Collegium Canonicorum Brucsalense, am Bruxhein / prope Spiram, item Burscheidense, quod est Monasterium Virginum prope Aquisgranum, ac Collegium in Arnuell prope Saarbrücken / quæ exinde in Camera recte conveniri tradit, præjudiciis id ostendente *Gailio 1. O. 30. num. 9.* item *de pignor. O. 7. num. 6. Matth. Steph. de Jdict. l. 2. p. 1. c. 3. n. 67.* Sed priora duo Statuum Imperii jure gaudent, habuerunt enim Ablegatos suos in proximis Comitiis Ratisbon. *An. 1654.* uti patet ex *sub script. Rec. de d. ann.* Utriusque enim, illius inter Prælatos Rhenan. hujus inter Abbatissas, extat nomen, hincque non dubitavimus etiam supra *c. 6 num. 10.* Prælatis illis Brucksalensem, & Abbatissis Burscheidensem accensere. Tertium autem forsan rectè huc retuleris, & ei Monasterium Erbacense in Ostro-Francia in Sylva Steigerwaldt / ac Monasterium S. Michaelis in colle Münchberg juxta Bambergam, quæ ambo immediatè Imperio subjecta esse testatur *Schubbard. de Austreg. c. 3. num. 27. Blum. Proc. Cam. tit. 26. n. 44.* addideris.

16. Porrò immediatè Imperio subjectis quoque accensentur Communitates ac Pagi, quorum meminit *Instrument. Pacis art. 5. § 2.* verbis: *Fiat itaque restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis, comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & Communita-*

nitatibus & Pagis immediatis. Conditionem autem clarius describit *Goldastus* additis etiam nominibus, in *Epist. Dedic.* Der Reichs-Handlungen. verbis: Es seynd Freye Reichs-Dörffer Sufflheim/ Godramstein/ Gamb/ und andere/ so mit Hoch- und Nider-Gericht begabet/ und allein Käys. Majestät ohne Mittel unterworffen. Et denique Liberi homines auff der Leutkircher Heyde/ und zu Megloß/ de quibus *ibid. Goldast.* scribit: Es seynd auch freye Reichsleute auff der Leutkircher Heyde und zu Megloß. vid. *Ludolph. Hugo de Stat. Region. Germ. cap. 1. §. 8. & cap. 5. §. 9.*

CAPUT XIX.

De membris Imperii mediatis.

MEdiati Imperii subditi (qui scil. immediatis Imp. Civibus quoad personam subjectionis nexu, homagium & alia subjectionis onera exhibendo, devinciuntur,) vel eminentioris vel inferioris sunt ordinis. Inter illos sunt Principes, Comites, Barones, Nobiles, sub aliorum Principum & Ordinum Imperii Jurisdictione viventes, quales sunt Principes Lignicenses, Teschinenses, Monsterbergenses in Silesia &c. Comites de Hardeck sub Austriacis, Comites de Hohenstein sub Electore Brandenb. &c. Nobiles in Austria, Bavaria, Superiori Palatinatu, Saxonia, Ducatu Brunsuicensi, Hassia, Marchia, Pomerania, imò & illis Fran-

coniæ

coniæ partibus, ubi Domus Saxonica imperat, ut colligitur ex literis à Joh. Casimiro, Duce Sax. ad Pro-Electorem Frid. Wilhelm. *Anno 1597. 4. Maji* datis, quarum tenorem vide ap. *Carpz. Diss. de Jur. ac priv. Ser. Elect. & Ducum Sax. de non appell. th. 53.* aliisque provinciis, quarum territoria conclusa vocantur, sive in quibus Landsassiatus viget, quales quidem esse videntur omnes Imp. Provinciæ, præter Rhenanam, Wetteraviam, Alsatiam, Sueviam & Franconiam, reliquam scil. ubi degentes Nobiles immediatè Imperatori subsunt, ut *praecedenti cap.* dictum.

2. Hi Nobiles mediati pro provinciarum diversitate diversas patiuntur distinctiones; In Saxonia sive Provinciis Ducibus Saxonicis subjectis distinguuntur in Schrifftsassios & Amtsassios qui sic à se invicem differunt, quod Schrifftsassiis, den Schrifft- oder Canzleysassen Princeps jussa ac mandata sua per Cancellariam ut territorii Princeps; Ambtsassiis, den Amptsassen verò ut Præfecturæ Dominus, per Quæstores & quandoque Capitaneos exponat; quæ primaria & principalis differentiæ ratio est, cui innititur altera Justitiæ administratio & Jurisdictionis exercitium, in Schrifftsassios à Cancellaria Principis vel Curialibus judiciis, in Ambtsassios à Præfecturarum Officialibus expediendum, in prima videl. instantia, nam per viam appellationis causæ Ambtsassiorum vel ad Cu-

Curialia Judicia, vel Senatum Aulicum & Appellationum, utrum scilic. appellans maluerit, devolvi etiam omninò possunt, imò certis de causis (ob denegatam scilic. vel protractam ab Officiali justitiam, continentiam causæ, &c.) & primam instantiam coram Curiis Provincialibus statim sortiuntur Ambtsassii. In Originem hujus discriminis inquirit *Wilhelmus Leiserus in Dissert. de Landsassiis, itemq; Schrifftsassiis & Ambtsassiis. th. 38.* quæ in *Fritschii vol. 2. Ex. 3.* In Pomerania Electorali distinguuntur in Schloßgesessene, & gemeine Edelleut. Ex quibus isti sibi singularia privilegia, eoq; prærogativam præ his vindicant, hi vero ea illis negant, nomen der Schloßgesessenen/non nisi ratione bonorum valere, nec quicquam personis prærogativæ addere dicencentes. Utut autem Nobiles hi mediati sive Landsassii immediatis ratione privilegiorum, & jurium quorundam specialiter his competentium cedant, quoad insignia tamen mit offenem Schild und Helm / statum & ordinem dignitatis iis pares sunt.

3. Nobilibus suo modo comparantur Patricii Privilegiis Nobilitatis ornati, die Adeliche Geschlechter. Sunt enim Patriciorum quidam Nobilitatis privilegiis decorati, quidam æstimatione suorum civium, & ob honores ac merita majorum sive ejusdem familiæ hominum honorati, Erbahre und Burgerliche Geschlechter.

ter. Originem horum ab Henrici I. ævo arcessit *Dracol. 3. de Patric. cap. 1. 2. Spangenberg. Wolffgang.* Crauß in seinem Stamm- und Ankunfft-Büchlein deß Hauses Sachsen/*an. 1555. edito & 1587. Magdeb. recuso lit. c. iii.* §. zu dem hat Er. Sed invito *Bœclero N. I. lib. 23. c. 3. n. 6.* Hodiè indubiè inter eos eminent Patricii Norinbergenses, Augustani, Ulmenses, Francofurtani v. *Felvvingeri Diss. Pol. de Patriciis.* Edidit etiam tractatum *de Patriciis Superioris Germaniæ, eorum nobilitate, antiquitate, prærogativa & juribus Michael Braun, Consil. Sereniss. Marchion. Badens.* Admissi quoque fuere Patricii hi nobilitati ad torneamenta, zu dem Thurnieren/ quæ quando in Germaniam invecta, ubi celebrata, qui ad ea vocati & admissi, quiq; ab iis exclusi, quando iterum omissa, &c. fusius tradit *Limn. l. 6. c. 5.*

4. Inferioris ordinis sunt Civitates Municipales seu Provinciales, Erb-Land oder Fürsten-Städte/ mittelbahre Städt/ so denen Fürsten oder andern Herrschafften zuhören/ (quarum jura singulari tractatu descripsit, *Balth. Conrad Zahn,* qui titulo *Ichnographiæ Municipalis* allegatur,) inque iis degentes Cives, qui vel literati vel illiterati, hi iterum vel artifices vel opifices, &c. ac Pagi, de quorum Statu ac Jure extat specialis tr. *Ahasv. Fritschy.*

TANTUM
SOLI DEO GLORIA.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus primus Paginam, sequens minor Thesin notat.

inito

CAU-

173.

CO-

dentia

Eccle-

FLU-

HISTO-

 tur

gni-

 tate

MILES

tus

O.

Fami-

suam

posse

RIGEN-

sint

Can-

FINIS.

ERRATA.

Pag. 306, *lin*, 19. leg. *ap. eundem tot lib.* 5. *lin.* 24. leg. *primariarum. pag.* 337. *lin.* 25. leg. *specialiter. pag.* 400. leg. *specialioris æquitatis causa, ob quam generaliter æquitas temperanda videtur. pag.* 640. *num.* 5. leg. *fœderum pro feudorum. pag.* 957. *lin.* 9. leg. *Legitimatio.*

Cætera Benevolus Lector pro candore suo ipse corriget.